R. P.

NICOLAI SERARII

SOCIETATIS IESV THEOLOGI,

&

SS. LITERARVM IN ACADEMIIS, PRIMVM HERBIPOLENSI, DEINDE MOGVNTINA INTERPRETIS.

IN LIBROS REGVM ET PARALIPOMENON.

Commentaria Poſthuma,

Nunc primùm in lucem edita.

Collegij Gotzinij Scriptu: Litera H. Soc. Jesu A° 1628. N. 2




MOGVNTIÆ,

Excudebat Balthaſarus Lippius.

Anno Domini M. DC. XVII.

EX LIB. CONG. MISS.
DOM. S. NICOL. TOL.



Ioan Chriſtoph: Neuſtetter dictus Sturmer Custos. | Georg. Frideric. Greiffenklaw a Volraths Præpoſitus. | Ioan: Suicardus D.G. Archieps Mag: Sri R. Imp. Archicancellarius & Princeps Elector | Iacobus ab Eltz Decanus. | Iodocus a Ried Scholasticus



Antonius Walbot a Baſſenheim Cantor. | Fridericus Georgius a Schönborn. | Emmericus Henricus a Ried | Philippus Chriſtophor' a Söteren | Anshelmus Caſimirus Wambolt ab Vmbſtatt. | Ioannes Theodoricus a Daun | Ioannes Philippus a dienheim.



Iulius Echter a Meſpelbron Senior | Hugo Cratz a Scharfenſtein | Ioannes Reinhardus a Metternich. | Ioannes Philippus a Warsberg. | Ioannes Godofridus a Furſtenberg. | Wilhelmus Hund a Saulheim. | Conradus Ludouicus Zobel a Gibelstat.

Reu^mis & Illuſt^mis Principibus ac Dominis,

D. IOANNI SVICARDO,

S. SEDIS MOGVNTINÆ ARCHIEPISCOPO, S. ROM. IMP. ARCHICANCELLARIO, ET PRINCIPI ELECTORI, &c.

D. GEORGIO FRIDERICO EPISCOPO VVORMATIENSI, AC METROPOLITANÆ ECCLES. MOGVNTIN. PRÆPOSITO, &c.

DOMINIS AC PRINCIPIBVS SVIS CLEMENTISSIMIS.

Summè item Reuerendis, ac Prænobilibus Dominis,

D. IACOBO AB ELTZ, eiuſdem Metropolitanæ Eccleſiæ Decano,
D. IOANNI CHRISTOPHORO NEVSTETTER dicto STVRMER, Cuſtodi.
D. IODOCO à RIEDT, Scholaſtico.
D. ANTONIO VVALDBODT à BASSENHEIM, Cantori.

Ceteris demùm omnibus ac ſingulis, admodum Reuerendis ac Prænobilibus DD. Canonicis dictæ Eccleſiæ Metropolitanæ, Dominis ſuis gratioſis.

COLLEGIVM MOGVNTINVM SOCIETATIS IESV.

REu^mi ac Illuſt^mi Principes, Domini clemẽtiſſimi: ſummè & admodum Reuerendi ac Prænobiles Domini Prælati & Canonici, Domini gratioſi. Si R. P. Nicolaus Serarius ſuos ipſe libros, quos partim priuatim cõpoſuit, partim in Academijs publice dictauit, innumeriſq; deinde locis auxit, inſtruxit, & ornauit, percenſere, exactiſſimiq; judicij ſui limâ perpolire, atq; ſupremam manũ imponere potuiſſet: iam eius in pleroſq; ſacræ Scripturæ libros ſolidę eruditionis, & feliciſſimi ingenij monumenta, non Germania modó; ſed tota Europa poſſideret. Verùm aliter æternę prouidentię viſum fuit: cum enim vacatione publicarũ lectionũ donandus eſſet, vt vnico labori ſcri-

):(2 pt



Ioachimus a Wildberg | Fridericus a Sickingen | Georgius Antonius a Rotenſtein. | Adolphus a Waldeburg dictus Schenkern a hilgshous | Ioannes Vdalricus ab Andlauu Archiprel | Iodocus Philippus a Weiler.

pta ſua relegēdi, ornandi, edendiq; reliquū vitæ impenderet; peracto iam vetere ſtadio, in procinctu nouæ occupationis, cū nec inexſpectata, nec immatura mors ad regni cœleſtis præmia euocauit; vt veritatem creatricē, atq; immutabilem, in cuius perueſtigatione, atq; explanatione omnem curam, ætatem, vitamq; ipſam poſuerat, facie ad faciem contemplaretur. Nobis præter vitæ innocētiſſime laborioſiſſimeq; actæ exemplum, & iucundiſſimam tantæ virtutis memoriam, etiam libros affectos reliquit, de quibus cū habita eſſet deliberatio; Primò tentatum eſt, an quæ ipſe temporis interuallo ad dictata ſuâ manu addiderat, legi, & reliquo corpori adaptari, ac inſeri poſſent; quorum neutrum fieri potuit, quod & character planus non eſſet, & notæ ita breues, obſcuræq;, vt non niſi ab ipſo auctore, qui vt temporis, ita ſcriptionis parciſſimus erat, intelligi poſſent.

Alterum itaq; conſilium placuit; vt quæ à diſcipulis excepta, & commodè exſcripta eſſent, ita vt in ſcholis prælecta erant, deſignatis ad id cenſoribus recognoſcēda traderentur. Et operæ precium fuiſſe iudicū ſententiâ pronunciauit. Magnorum etenim artificum opera, quāuis parergis, & epiſyndetis ſuis deſtituantur, natiuâ tamen formâ, & ipſo ornamentorum neglectu eruditę manus ductum oſtentant, probanturq;. Quamobrē nihil dubito, hęc ipſa docta, ſolida, rara, breuia, ſine calamiſtris, & fuco placitura, & qui noſtri propoſiti ſcopus eſt, profutura. Meminimus olim, cum adhuc tenue eſſet Serarianum nomen, dictata eius magnis precijs ab exteris redempta, ab Italis & Hiſpanis vehementer expetita; vt iniuria videatur diutius ea premere. quamuis n. ſuprema manus auctoris abſit: adeſt tamen eruditio, grauitas, & in quęſtionib. arduis ſuccinctè explicandis dexteritas. Verum ad commendationē ſui noſtra voce Serarius non eget, ſine magnâ admiratione eius volumina, nemo qui intelligit, legere poteſt. Et habuit tū alios, tum ingeniorū, & eruditionis ſapientiſſimum æſtimatorem Cęſarem Baronium, S.R.E. Illuſtriſſimum

Cardi-

Cardinalẽ, qui eum Tom.11. Virũ inſignis nominis, & tom.12. Lucis ipſum iubar Germaniæ Eccleſiæ appellat.

Huius nos lucidiſſimi iubaris quoſdam radios, & emicantes ſcintillas ad Collegium veſtrum R^mi & Ill^mi Principes, &c. Admodũ Reuerendi & prænobiles Domini, hoc eſt ad principem Germaniæ Eccleſiam, ad ſedem quæ Archiepiſcopali atq; Electorali maieſtate, velut ſidus inter ſocia aſtra eminet, & præfulget, adferimus: Veſtrasq; Celſitudines, & veſtras gratioſas Dominationes demiſsè veneramur, vt animis beneuolis, vultu ſereno, hos in Regũ ac Paralipomenon libros P. Nicolai Serarij cõmentarios, in veſtram tutelã patrociniumq; admittere dignemini. Nõ ſumus equidẽ neſcij, nihil vobis iſtâ dedicatione, oblationeq; acquiri; Verũ auctoris & profeſſoris Moguntini cauſâ vos appellamus. A magnatibus Moguntinis præſidium, patrocinium poſthumis doctiſs. viri ſcriptis poſcimus. Veſtræ humanitatis eſt beneficiũ cõferre, accipere dignitati vix decorũ eſt; niſi forte eo animo, vt reddẽdo vincatis. Nos verò pro maximo beneficio accipiemus, ſi optimi doctiſſimiq; libri frontẽ, Collegij veſtri titulis, dignitate, virtute inſigniri, atq; illuſtrari patiamini. Meretur hoc de vobis ipſius Serarij erga Eccleſiã Mogũtiniacẽſem affectus, & in eruendis illius originib. dignitateq; explicãda ſtudiũ, atq; induſtria: quã nos tãto augere amplius debemus; quo maiore beneficio Societatẽ noſtrã, atq; adeò Academiam, patriamq; vniuerſam obligatã nouâ in nouas ſcholas munificẽtiâ tenetis. ideoq; nos operã adhibere par eſt; vt ſi aliud grati animi indiciũ ꝑbere nõ poſſimus; hoc publicũ ſaltẽ monumẽtũ nõ deſit; quod & veſtram beneficentiam, & noſtram de vobis bene merẽdi promptitudinẽ, ad ſeros nepotes deferat, laudemq; veſtram nunquam intermoritura memoria proſequatur.

Quod ſi ẽt ſcriptionis genus, modusq; ſpectetur, & materies, hæc quidẽ natura ſua ad vos viam affectat: genus aũt ſcribẽdi eſt, quod ingenioſum, & doctũ vnumquẽq; facile rapiat. Nã eſt in his cõmentarijs ordinatiſſima breuitas, & in arctũ coacta, ſine obſcuritate, inſignis

tio. quod neceſſario faciendũ auctori fuit, vt qui vnius anni curriculo quatuor libros Regũ, & duos Paralipomenon nõ exponere modò, ſed in vnum etiam corpus redigere cõſtituerat. Itaq;, quod gratiſſimum eſt doctis atq; occupatis, facilia, & vulgaria prętermittit, in arduis difficillimiſq; quæſtionibus explicandis hęret diutius: quod in multis eſt hactenus deſideratum; qui vbi nemo requirit interpretẽ, fuſi ſunt, de eo quod pauci intelligunt, ſilent. Ingenijs igitur & tempori egregiè cõſulit.

Diximus materiam ipſam etiam Eccleſię veſtrę conuenientem eſſe, de regno & regibus commentarij ſunt: ſed de regno tamẽ, quod erat in Eccleſia: & regibus, quibus ſacrorum tuẽdorum prima cura cõmiſſa fuit. In Samuele diuini cultus reſtauratio, in Dauide & Salomone cęrimoniarũ, & latrię in ſummũ faſtigiũ deducta maieſtas deſcribitur. Aliorũ regũ pietate regnũ firmatũ, idololatria deſtructũ eſt: eadẽ fuit templi & regni fortuna. Roboam initio regni bonum principem egit; ideò firmatũ eſt regnum in manu eius: mox vbi à Deo deflexit, traditus eſt in ſeruitutem Seſaco ſiue Seſoſtri Ægyptio; nec magis ſcuta aurea, quàm ſæcula aurea in æ̨rea conuertit. Eadẽ initia Abiæ, Aſæ, Ioæ, Amaſiæ, pia ſanctaq; fuerunt, à quibus in perfidiam, tyrannidemque cum degeneraſſent, ſeſe euerterũt, regnum cõcuſſerunt, ſubiectos populos afflixerunt. E contrario Dauid, Ioſaphat, Ioathan, Ioſias, Ezechias, dum templo ſumptus parant, illud inſtaurãt, cęrimoniarũ decus, grauitatemq; adornant, omnibus illud bonis, cumularunt. Quod ſi è diuerſo regnum Iſraelis à domo Dauid diſtractũ, à fide & cultu Dei alienũ conſpiciamus, annis ducẽtis ſexaginta, reges nouẽ & decem, oẽs impios, omnes ambulantes in via Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Iſrael, cũ laceratione totius regni, cũ totis familijs pleroſq; ſublatos inueniemus. ne verò vnde tantæ clades naſcerẽtur, ignorare poſſent, ab Elia, ab Eliſęo, alijs prophetis, prædictę fuêre. Ad Eccleſiã igitur, Eccleſiarũq; præſides, &

membra

membra nobilia,ſacrę Regũ hiſtorię conſideratio præcipue pertinet: propria tamē eſt ſedis Moguntinæ. Si enim antiquitatem ſpectes, per tantã temporis ſeriem, regnorumq; vices, ab initio Chriſtianitatis acceptam fidem ſeruauit, non minore tempore quam illud fuit, quo in Palęſtina poſt excuſſum Ægypti jugum vetus Eccleſia conſedit.

Nec minus hæc Regia Eccleſia, quã illa Iſraelis fuit; nobiliſſimam, Reginam, Regiam vrbem, caput regni Orientalium Francorum, Francorum ſedem inclytam autores antiqui nominant. Regię igitur & inclytę Eccleſię hiſtoriam regalem, & veteris regalis ſacerdotij geſta conſecrare rationi conſentaneum duximus. Quod ſi ornamenta cetera veſtigemus, hanc Eccleſiam fidem veram ardẽtius amplexam, perſeuerantius retinuiſſe, collata Moguntiæ, & Regum hiſtoria docebit. Neq; ſilentio inuoluẽdum eſt, quod ſicut Ieroſolymis erat principatus Eccleſiæ è tribubus tredecim collectæ; ita Moguntinam etiam Eccleſiam metropolim eſſe nobilium Eccleſiarum; Tribus enim Iſraelis diuiſâ in duas familiâ Ioſephi tredecim omnino erãt: & Mogũtina Eccleſia duodecim dioeceſes, diuerſiſſimis regionibus poſitas, opibus, pietate, nobilitate inclytas, iuris eccleſiaſtici prærogatiua, & ſacrę auctoritatis ſceptro quaſi in vnum corpus redactas, more chriſtiano moderatur: non modò felicior & ſanctior, quam duodecim tribubus circumfuſa Ieruſalem, aliquãdo ſancta, ſępius tamē auerſatrix, & templi ſui contēptrix; ſed etiã imperio latior: vt cuius poteſtatē non vicini modò pręſules agnoſcant; ſed Hildesheimiũ etiã & Curia, ditione hinc ad Alpes, inde ad Oceanũ penè Arctoum extenſâ. De dignitate Electorali nobilitate, eruditione, pietate,

Cleri

Cleri,ciuiumq; diceremus: niſi idem ille Nicolaus Serarius in hiſtoria Moguntina copioſe docteque tractaſſet. Hoc ſolum affirmamus, exiſtimare nos, Moguntinam Eccleſiam, ſi vllo vnquam tempore poſt clades barbaricas,& ciuium cum ſuis Sacerdotibus Martyria floruit, nunc potiſſimum florere, atq; indies ſeipſâ florentiorem euadere. Si enim ciuium religionem, pietatemq; ſpectes, non fuit alio tempore morum integritas cultior, nunquam ad ſacras conciones, ad ſanctiſſimorum myſteriorum venerationem, ac participationem tam frequẽtes, tam numeroſi concurſus. Si Eccleſiaſtici ſtatus dignitatem, ſi pietatem, ſi diuini cultus dignitatem ac diligentiam, haud facile ſęculum dabitur, quod huic anteponas. Nam ad eruditionem quod attinet, nemini dubium eſſe poteſt, in ſola vrbe Moguntinâ virorũ doctorum maiorẽ nunc eſſe numerum, quam ante annos centum Germania habuerit vniuerſa. Ad quam rem plurimum valuerunt non ſolum ſalutaria inſtituta,& ſtudiorum incitamenta; verumetiam Principis Cleri exemplum: in quo videmus non ſolum pleroſque humaniores diſciplinas didiciſſe, ſed Theologiæ, Iurisprudentiæ, philoſophiæ, exterarum etiam linguarum peritos eſſe, ſpectatisq; variarum nationum legib. moribus, inſtitutis, gubernandi prudentiam, cum pietate in Deum coniunxiſſe.

Tu ô magne Deus, Religionis accurate exactor, ſeruatæ pietatis ipſe merces, & violatæ vindex æterne, Eccleſiam Moguntinam pace, fide, eruditione, religione perpetua florentem, continuò ſanctifica,& exhibeas tibi glorioſam Eccleſiam, non habentem vel rugam vel aliquid eiuſmodi; ſed vt ſit ſancta & immaculata.

IN

IN LIBROS REGVM ET PARALIPOMENON.

HORVM librorum particulam explicaturi Diuus Gregorius Magnus, & Origenes, diuinæ ſibi gratiæ auxilium prorſus neceſſarium eſſe profitentur. Profiteor & ego, Auditores, perlibenter, cum *ingentem hanc hiſtoriam*, vt idem Gregorius vocat, totam; & quidem perexiguo paucarum aliquot hebdomadum ſpatio, explicare debeam: neque ingenio, doctrina, ſanctitate, vllâue omninò re, tantis cum viris, vllo modo comparandus ſim. Veſtrarũ igitur apud Deum Opt.Max. qui ſanctos, de quibus mihi iam agẽdum, puerulos, Samuelem & Dauidem docuit: adeoque ad hos ipſos, alioſque beatiſſimos cælites omnes, precum opem peto, quæſoque.

Prolegomena, quæ vocantur, ſex erunt.

PRIMVM. Qui apud nos ſunt quatuor libri Regum, ij apud Hebræos, quos Theodoreto, & Procopio teſtibus, ſequitur Aquila, duo tantum ſunt; ſed eorum prior, duos noſtros priores continet, ab ijſque vocatur *Samuel.* vbi etiam notat apud Euſeb. lib. 6. hiſt. cap. 25 Græcus Origenes à Syris, inquit Procopius; *prophetia Samuelis*: quia ab eius ortu, rebuſq; geſtis incipit, & in ſecundo ſcripturarum ordine, quem, vt alias dixi, *priorum prophetarum* vocant, tertium locum obtinet. Poſterior duos noſtros poſteriores complectitur, proprieque inſcribitur *Reges*, apud Origenem tamen loco citat. ex ipſius libri 3. Hebraico initio, vehammelech Dauid. & in eodem librorum ordine locum quartum ſortitur. Rectè tamen à Latinis, 70. aliiſque Græcis, omnes à Regibus appellationem ſumunt, quia non poſteriores tantum, ſed duo etiam priores de Regibus agunt. Apud 70. tamen, Græcoſque omnes, non *Regum* ſed *Regnorum* inſcriptio eſt, quam veterum *Latinorum* plerique ſecuti ſunt. Eam Galeato prologo S. Hieron improbat, quia ea inſcriptione plurium hic gentium regna deſcribi ſignificaretur, cum ſolius tamen Iſraëlitici populi regnum proponatur. Sciendum tamen, regni nomine ſignificari non populum & terram tantum, q̃ regnatur, ſed ipſam ẽt monarchicæ gubernationis ſpeciem, vt apud Ariſtotelẽ, polit. 3. deinde ipſam regis cuiuſque regnationem, ſeu quæ re-

gnans geſſit, & tempus quo regnauit, vt apud Xenophont. lib. 8. & apud Plautum ille, qui dicebat; ſub Veneris regno vapulo, non ſub Iouis: ſicque quot Reges, tot regna ſunt. Daturque hoc intelligi ex Origenis interpretatione apud Euſeb. lib. 5. vbi illud libri 3. principium: Et rex Dauid; vertit: βασιλεία Δαβίδ: omiſſo &. Caſſianus coll. 6. c. 3. Regnorum liber, id eſt, totum opus. Tertull. adu. Marc. l. 4. habes tertium Baſiliarum &c. Cyprianus c. 11. de exhort. martyrij; in primo Regnorũ libro legimus &c. idem l. 3. ad Quir. c 61. Innocent. ep. ad Exup. Regnorum libri quatuor; &c. conſimilia legas apud Hier. Aug. Ruffinum, &c. Hieronymus etiam vocat librum temporum apol. adu. Ruffin. Et verò prima etiam illa notione poſſent plura his in libris regna conſiderari; cum poſt Salomonem aliud Iudæ regnum, aliud decem tribuum fuerit. Ideoque & ipſe Hieronymus aliquando Regnorum libros vocat, vt l. 2. in Gal. c. 54. ep. 142. 132. in Mich. c. 4. ſub finem.

Secvndvm. Scriptor verò quis fuerit, cum Abulenſi q. 19. prologi Galeati, & l. 1. Reg. c. 12. q. 11. dicendum videtur, à pluribus prophetis plures, quæ cuiuſque temporibus congruerent, hiſtorias conſcriptas eſſe, poſtmodum verò in vnum vnius voluminis corpus adductas eſſe: vt etiam aſſeruerunt Rabanus lib. 2. de inſtit. Cler. c. 54. Procopius hic, & S. Gregor. prologo hic. Sed à quo adductæ fuerint, dum rurſum quæritur: dicendum, priorem partem à Samuele conſcriptam videri, vt ait Bababathra c. 1. fol. 14. Baſil. edit. & c. 1. Abulen. & S. Greg. lib. cit. & lib. 1. c. 1. licet in eo minus rectè ſenſiſſe videatur, quod duorum librorum authorem eum cenſet (tametſi D. Hier. ep. ad Pam. de opt. gen. interp. t. 2. p. 369. generalius etiam dicat; legamus Samuelem; ſiue vt in communi titulo habetur; Regnorum libros) cum lib. 1. c. 25. ipſe Samuel moriatur. ideoque alius aliquis quæ ſequuntur adiunxit, eumq́; aliqui putant Eſaiam fuiſſe, ſed vſque ad finem hoſce libros eum non ſcripſiſſe, vel inde conſtat: quod vltima Babyloniorum tempora non viderit: plerique Ieremiam duorum maximè poſteriorum librorum ſcriptorem tradunt, vt Arias Montanus in Iſaiæ cap. 5. f. 117. Dauid Camius, Iſidorus, lib. 6. & alij, incipiendo ſcilicet à Salomone. Nam quæ ad hunc à Samuele tradita non ſunt, ea tribuunt nonnulli Dauidi. alij vt Rabbi Moſes Kimhi, & Genebrardus in Chron. Nathani & Gad prophetis. Nominatim verò hiſce duobus tribuitur l. 1. Reg. c. 38. verſus de Samuelis morte ac ſequen. Baba-Bathra f. 15 edit. Baſ.

Tertivm. Paralipomenon libri apud nos duo ſunt: apud Hebræos vnicus, qui inſcribitur verba dierum, id eſt, res, ſeu geſta dierum. Sunt vero dies iſti vel propriè accipiendi, & ſic diaria ſeu ephemerides vocarentur: vel potius anni, vt annales nominentur, ſeu vt appellauit Villalpandus libr. 2. appar. vrbis c. 23. pag. 125. librum Faſtorum Regum Iuda & Iſraelis. Hieron. prologo gal. chronicum totius diuinæ hiſtoriæ. Græci vero vocarunt τὰ παραλειπόμενα, vel vt apud Procopium eſt, τὰς παραλειπομένας, ſcilic. ἱστορίας, quod, cum ſcriptio hæc Regũ maximè geſta perſequatur, nõnulla tamẽ iis addat, q̃ in libris Regũ tradita non ſunt, quaſi hæc ſint relicta ſeu reſidua, q̃ ẽt cauſa, eorum lectio cur copulanda ſit. à D. Hier. citata illa ep. 142. vocantur libri præteritorum. epiſtola ad Domnionem & Rogat. ſeu præfati. in paralip. longe aliter quam hodie Lutheri Cõcordia. Eorum ordo apud Hebr. eſt in hagiographis, ſed apud veteres, teſte S. Hieron. l. cit. erant Paralipomena iſta loco ſeptimo, apud recentiores maſorethas primo, Rabbinos nono, Germanicos Iudæos vltimo, vt præfatione alias cit. docet Elias. Horum author nõ vnus, ſed hiſtoriographi plures à Procopio, initio ſcholiorũ ſtatuuntur, in principio tamen ſcholiorum in paralipomena, vnus quiſpiam traditur, qui ex

qui ex multis Prophetarum ſcriptis eam hiſtoriam conſignarit. hunc verò Eſdram fuiſſe ſcribit Rabbi Salomon, in c.7.l.1. Paralip. Quiſquis verò fuerit, certum eſt, poſt Babylonicam captiuitatem ſcripſiſſe, vt ex lib.2. cap. vlt. v.22.23. conſtat.

QVARTVM. Tam librorum Regum, quam Paralipomenon explanatores nullos è veteribus inueniri, queruntur S. Greg. prologo. Angelomus præfatione, & Caſſiodorus de diuinis lect. c.2. Poſſeuinus lib.2. biblioth. c.29. nonnullos enumerat, ſed eorum plerique fruſtula tantum quædam expoſuerunt. Extant tamen hodie ſanctus Eucharius Lugdunenſis Epiſcopus; Romæ apud Paulum Manut. editus ann. 1564. de eo tamen dubitant nonnulli. Procopius, quem M.S. Græcum è Reipub. Auguſtanæ bibliotheca D. Marci Velſeri, viri vti genere & opibus, ſic literis, omnique humanitate præſtantiſſimi, beneficio habui. Beda, Iſidorus, Angelomus, qui circa annum Domini 830. hortatu Drogonis Metenſis Epiſcopi, Caroli Magni filij, hos in libros ſcripſit: & ita quidem, vt lib. de Eccl. ſcrip. Trithemius hoc vocet excellentiſſimum opus, & quale, ait, ne in ſcripturis ſanctis aliàs legiſſe memini. Lyran. deinde Abul. Dionyſius Carthuſianus, Caietanus Pariſiis editus anno 1546. apud Ioan. Roigny, ſub Baſiliſco, & quatuor elementis. & author qq. ſeu traditionum hebr. qui falsò Hieronymus putatur, vt oſtendit Victorius, & ante ipſum Abul. & Lyran licet ſcriptorem eſſe antiquum, vel ex eo colligatur, quod ab Angelomo ſæpè citetur.

QVINTVM. Vtilitas horum ex S. Greg. l. cit. patet, Hiſtoria, inquit, Regum quia eo ſpiritu condita, quo & cætera ſcripturæ ſanctæ volumina cognoſcuntur, non debet credi eis eſſe minor ſacramentis, quibus non eſt inferior titulo authoritatis. nam omnes ſcriptores eius fuiſſe prophetæ referuntur, qui cum hiſtorica narrant, ſpiritalia ſignant; exteriora loquuntur, & intima innuunt: terrena proponunt, vt cæleſtia exequantur, &c. Et poſt: Suauis eſt hiſtoria Regum in ſuperficie literæ, altior in typis allegoriæ, moribus inſtruendis vtilis, lucida in exemplis exhibendis. D. Auguſt. l.17. ciuit. c.1. Ipſa ſcriptura, quæ per ordinem Reges eorumque facta & euenta digerens, videtur, tanquam hiſtoricâ diligentiâ, rebus geſtis occupata eſſe narrandis, ſi, adiuuante ſpiritu Dei, conſiderata tractetur, vel magis, vel certè non minus prænunciandis futuris, quam præteritis enunciandis inuenietur intenta. De Paralipomenis verò ita breuiter epiſtola 103. S. Hieron. Paralipomenon liber, id eſt, inſtrumenti veteris epitome, tantus ac talis eſt, vt abſque illo, ſi quis ſcientiam ſcripturarum ſibi voluerit arrogare, ſeipſum irrideat. Caſſiodorus l. cit. In Paralipomenon libris duobus, ait, à patribus magna prædicatur vtilitas, qui rerum geſtarum notitiam breuiter quidem, ſed pleniſſimè continere noſcuntur.

SEXTVM. Diuiduntur libri Paralipomenon duas in partes. prior continet genealogiam totius penè humani generis, vt ait Procopius, ſed maximè Iudaici vſque ad cap.10. Reliqua pars res geſtas. Regum verò libri diuiduntur in ea, quæ regnum conditum anteceſſerunt, & in ea quæ conſecuta ſunt. Illa ſunt vſque ad c. 8. multiplicia, vnius tamen Samuelis rebus geſtis includi poſſunt omnia, prout deinceps patebit.

SAMVEL.

LIBRI PRIMI,

CAPVT I.

FVit vir vnus de Ramathaimſophim, de monte E-
phraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij E-
liu, filij Thohu, filij Suph, Ephratæus; 2. & habuit duas
vxores, nomen vni Anna, & nomen ſecundæ Phenen-
na. Fueruntq́, Phenennæ filij; Annæ autem nõ erant liberi. 3. Et
aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt adoraret & ſa-
crificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij
Heli, Ophni & Phinees, ſacerdotes Domini. 4. Venit ergo dies, &
immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori ſuæ, & cunctis filijs
eius, & filiabus partes; 5. Annæ autem dedit partẽ vnam triſtis,
quia Annam diligebat. Dominus autem concluſerat vuluam e-
ius. 6. Affligebat quoq; eam æmula eius, & vehementer angebat,
in tantum, vt exprobraret quod Dominus concluſiſſet vuluam
eius; 7. ſicq́; faciebat per ſingulos annos, cum redeunte tempore
aſcenderẽt ad templum Domini; & ſic prouocabat eam. porro
illa flebat, & non capiebat cibum. 8. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus;
Anna, cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur
cor tuum? numquid non ego melior tibi ſum, quam decem filij?
9. Surrexit autẽ Anna poſtquam comederat, & biberat in Silo. Et
Heli ſacerdote ſedente ſuper Sellam ante poſtes templi Domini,
10. cum eſſet Anna amaro animo, orauit ad Dominũ, flens largi-
ter, 11. & votũ vouit, dicens: Domine, exercituum, ſi reſpiciens vi-
deris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec obli-
tus ancillæ tuæ, dederiſque ſeruæ tuæ ſexum virilem: dabo eum
Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſu-
per caput eius. 12. Factum eſt autem, cum illa multiplicaret preces
coram Domino, vt Heli obſeruaret os eius. 13. Porro Anna loque-
batur in corde ſuo, tantumque labia illius mouebantur, & vox
penitus non audiebatur. Æſtimauit ergo eam Heli temulentam,
14. dixitq́; ei: Vſquequo ebria eris? digere pauliſper vinum, quo
mades. 15. Reſpondens Anna, Nequaquam, inquit, Domine mi:
nam mulier infælix nimis ego ſum, vinumque & omne quod ine-
briare poteſt, non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu
Domini. 16. Ne reputes ancillam tuam quaſi vnam de filiabus Be-
lial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta ſum vſ-
que

que in præſens. 17. Tũc Heli ait ei: Vade in pace: & Deus Iſrael det
tibi petitionem tuam, quam rogaſti eum, 18. Et illa dixit: Vtinam
inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abijt mulier in vi-
am ſuam, & comedit, vultuſque illius non ſunt amplius in diuer-
ſa mutati. 19. Et ſurrexerunt mane, & adorauerunt corã Domino:
reuerſique ſunt, & venerunt in domum ſuam Ramatha. Cogno-
uit autem Elcana Annam vxorem ſuam: & recordatus eſt eius
Dominus. 20. Et factum eſt poſt circulum dierũ, concepit Anna,
& peperit filium, vocauitque nomen eius Samuel: eo quòd à
Domino poſtulaſſet eum. 21. Aſcendit autem vir eius Elcana, & o-
mnis domus eius, vt immolaret Domino hoſtiam ſollemnem, &
votũ ſuum, 22. & Anna non aſcendit: dixit enim viro ſuo: Non
vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante
conſpectũ Domini, & maneat ibi iugiter. 23. Et ait ei Elcana vir
ſuus; Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes e-
um; precorque vt impleat Dominus verbum ſuum. Manſit er-
go mulier, & lactauit filium ſuum, donec amoueret eum à lacte.
24. Et adduxit eum ſecum, poſtquã ablactauerat, in vitulis tribus,
& tribus modijs farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad do-
mum Domini in Silo. Puer autẽ erat adhuc infantulus; 25. & im-
molauerunt vitulum, & obtulerũt puerum Heli. 26. Et ait Anna;
Obſecro mi Domine, viuit anima tua Domine; ego ſum illa mu-
lier, quæ ſteti coram te hic orans Dominũ. 27. Pro puero iſto ora-
ui, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam poſtulaui
eum. 28. Idcirco & ego commodaui eum Domino cũctis diebus,
quibus fuerit commodatus Domino. Et adorauerunt ibi Domi-
num. Et orauit Anna, & ait;

COMMENTARIVS.

PRIMÒ quæ ad eius ortum, tum quæ ad eius ætatem totam ſpectant, proponuntur. Ad ortum hæc. *1.* Fuit *ex ſtirpe Leui* & familia *Caath*, quemadmodum *1.* Paralip. *6.* traditur, non quidem per Amram, vnde Moyſes & Aaron, ſed per Amrami fratrem *Iſaar.* *Hæ*c enim loco citato genealogia texitur, v. *34.*

1. Leui.
2. Caath.
3. Iſaar.
4. Chorè, de quo Numer. *16.*
5. Abiaſaph.
6. Aſir.
7. Thohu.
8. Sophonias.
9. Azarias.
10. Iohel.
11. Elcana.
12. Amaſar.
13. Mahath.
14. Elcana.
15. Suph.
16. Thoha.
17. Eliel.
18. Ierohã, nõ Ieroboam, vt in Bibliis Regiis Græcè & Lat.
19. Elcana.
20. Samuel.

Ex quibus tria vides. primò hic verſu 1. non niſi ad tritauum, relicto eo qui ſequebatur Elcana perueniri: ſecundò curtiorem eam apud D. Hieronymum libro primo contra Iouinian. & Procopium Genealogiam eſſe, quæ Samuelem à Leui facit duodecimũ, rurſumq; illam, quæ apud Theodor. q. 3. eundem decimumquintũ numerat tertiò, Nimium anxiè D Auguſtinum lib. 2. Retr. cap. 43. retractaſſe, quod lib. 17. ciuit. cap. 5 rectè dixerat, Samuelem de filiis Aaronis non fuiſſe. Neque enim in filiis Aaron reperitur Samuelis Pater, ſed in Iſaaris, vti oſtenſum. Idem porrò Pater dicitur eodem v. 1. Ephratæus, quia nobilis admodum vir, magnæque exiſtimationis, vt in Ruth capitis primi principio exponit Ralchi: vel potius quia ex Betlehem, quæ Ephrata etiam dicitur, vt Ruth 1. v. 2. quæſt. 3. dictum eſt. Fuit eius mater, quemadmodum ait author Traditionum & Angelomus, ſed non ex matre iſtiuſmodi denominatio in ſcripturis ſumi ſolet, quin 70. & Græci alij pro Ephratæo expreſsè in Ephraim ponunt. Sanctus Gregorius ex ipſa Ephraim tribu eum fuiſſe cenſet. at quomodo Leuita tum fuiſſet? Dicendum igitur Ephratæum vocari, quia licet Leuita eſſet, in ea tamen Ephraim tribu natus erat, & adhuc morabatur, vt Ioſue 21. Iudicum 19. Dicitur verò fuiſſe de Ramathaim, id eſt, de Ramatha, quemadmodum infra vocatur cap. 1. verſ. 19. cap. 2. verſ. 11. cap 8 Sed duali numero ab Hebræo. effertur, quia duplex (Saligniacus verò cap. 3. titul. 6. dicit eſſe quinque Ramas: quarum hæc iuxta Gabaa, & hodie Ramula, in qua palmæ abundantes, & præcelſæ turres: in quibus lampades oliuo perpetuo ardent: non enim vllus vſus candelarum, & cereorum apud Turcas) Ramatha erat, quarum vna, quæ Samuelis & Elcanæ patria, Sophim dicitur. Vocatur eadem etiam Rama, vt ait Beiamin in itinerario, licet alia ſit ab ijs quæ in Aſer & Nephtalim, de quibus libr. de locis hebr. Hieron. Eadem ab Euangeliſtis dicitur Arimathia, (Dux Olicenſis epiſt. 2. f. 129. Ramam ait vrbem quondam elegantem & magnam, nunc totam dirutam: quam Stephanus Raguſinus eſſe velit Arimathiam, illius Ioſephi patriam, qui ſaluatorem de cruce depoſuit, & ſepeliuit. incolas habet Æthiopes Chriſtianis infenſiſſimos, monaſterium eſt diues, in quo peregrini habent hoſpitium, ibidem ſunt capellæ quatuor, quarum vna Nicodemi &c.) præpoſito A, quemadmodum Ruth 4. in Aram fiebat, idque patet 1. ex Syriaco teſtamento, vbi ſemper Rometha, & 70. hic aliique Græci præponunt A, & Sancti Hieronymi temporibus loc. cit. Remphtis nominabatur. Iudic. 9. v. 41. Ruma, hebr. Aruma. Sophim verò putantur duo in excelſis oppida poſita, quæ ſeſe mutuò aſpicerent, quaſi mons biceps in quo ſita eſſent. Alij tamen vt Hebr. Author Traditionum, Lyran. & alij, putant dici, quaſi contemplatorum oppida, quia ibi prophetarum & eorum, qui ſacrarum literarum ſtudio tenebantur, ſedes quædam fuit. Rabbi Salomon mauult ſpeculatorum familiam ſignificari, intellecta præpoſitione, Ex: vnde Chald. fuit, ait, vir vnus Ramathæus ex prophetarum diſcipulis.

Ei erant vxores duæ, more illo, de quo & aliàs & in Gedeone monui. De Anna & Helcana ſcripſit ſanctus Hippolyt. vt habet Scal. in ipſius canonem. Principalis erat Anna, cui Melaniam Sanctus Paulinus epiſt. 10. confert: minus principalis & ſecundaria, verſicul. 2. non tempore, inquit Gregorius, coniugalis copulæ, ſed inæqualitate prærogatiuæ, fuit Phenenna: prior ſterilis erat, verſicul. 2. 5. hæc filiorum filiarumque plurium parens, verſicul. 4. Ideoque vt Saram Agar, Geneſ 16. Annam deſpicere, variisq; contumeliis afficere cœpit. vbi notat Rabbi Salomon duas vnius viri vxores vocari Soroth, id eſt æmulas ſeu inimicas, quia inter eas inimicitiæ

micitiæ & rixæ fere ſemper. Vnde Ruth 4. v. 6. Chaldæus ait propinquum illum noluiſſe Ruth, quod vxorem iam haberet, & nil niſi contentiones ex altera naſcerētur. Parentis vero huius religio in Deum ex aſcenſu ad tabernaculum quod Silunte tunc erat, Ioſue 18. intelligitur, cum præſcripto Exodi 23. tempore diligenter ac religioſe aſcenderet, v. 3. 4. præſertim cum ſuas ſecum vxores pietatis cauſa deduceret, totamque ſimul domum, v. 21. & offerret non præceptas tantum ibi hoſtias, ſed alias etiam ex voto, v. 21. imo addunt ibi 70. cum terræ ſuæ decimas omnes obtuliſſe; quod de ſuburbana terra intelligendum, vt Ioſ. 21. dictum eſt, & de decimis decimarum, Num. 18. non autem de vxoris, quæ ex alia tribu foret, bonis, aut emptis poſſeſſionibus, vti cenſet veteris Teſt. quæſt. Auctor. q. 46. Dabat vero partem vnam ipſi Annæ, v. 5. amicitiæ enim cauſa & honoris, ſic ſolebant priſci quoſdam γεραίρειν lib. 1. Athen. quæ pars licet à 70. aliter non explicetur, hebraice tamen dicitur pars facierum, quod Pagninus explicat, quaſi partem cum furore, vel in ira ipſi Annæ daret: quod cum eam diligeret, indignaretur plures ei partes dare ſe non poſſe, vel dabat, inquit, partem ſuper faciem proſtratus, precans pro ſua vxore ſterili, vt hebr. Geneſ. 19. v. 1. 42. v. 6. Rabbi Dauid Camius interpretatur partem honorabilem, & Chald. electam. illius vero pater Rab. Ioſeph, partem iratum & triſtitiæ, quod ſequitur noſter interpres, dum ait, partem vnam triſtis. Pars hæc à quibuſdam putatur fuiſſe veſtium nouarum: ſed ex re ipſa, Origene, Ioſepho, Chald. v. 1. conſtat fuiſſe hoſtiarum partem, quæ ſacrificatæ erant, & ſacro iam epulo abſumebantur. Erat enim aliis etiam in conuiuiis vſitata κρεωδαιςία vel κρεωνομία, vt ex Homero & Plutarcho conſtat. fiebat id ab eo quotannis, non ſemel, vt Lyran. putat, ſed ter, feſto ſcilicet Paſchatis, Pentecoſtes, Tabernaculorum, vt author Trad. & Angelomus. Aſcendebat enim ſtatutis Exodi 23. diebus, quin Abul. q. 9. 10. putat eum ſæpius etiam ventitaſſe, ſed alia de cauſa & ſine vxoribus, vt Leuiticæ ſcilicet functionis aliquid obiret; neque quam ſtatuit Lyranus diſpenſatio aliunde colligi poteſt: neque Ramatha ſeptem milliaribus Silunte aberat, vel non multo amplius.

Anna vero primo præ mœrore cibum non capit, v. 7. Sed quomodo v. 9. dicitur, poſtquam comederat & biberat? 70. S. Chryſoſt. hom. de Anna, & Chald. quodammodo id de aliis legunt, poſtquam ederant & biberant ipſi; eam tamen aliquid ediſſe innuere videtur, cum v. 15. non ſe aquam bibiſſe negat, idque tradunt S. Gregor. l. 1. & 2. c. 1. S. Chryſoſt. l. cit. Ideoque reſpondet Lyranus, eam cibi adeo parum ſumpſiſſe, vt quaſi nihil videretur. Ex ipſo tamen textu dixeris, eam initio quidem ab omni cibo & potu abſtinuiſſe, poſtea tamen, mariti hortatu, aliquantulum guſtaſſe. Quæ afflicta, inquit Gregor. l. 1. c. 2. comedere noluit, à viro cohortata manducauit. Notat lib. de ebrietate Philo, eam, vita tota, à vino & omni ſicera prorſus abſtinuiſſe. de qua D. Chryſoſtomus hom. 62. ad pop. tribulatio (ait) philoſophiæ mater eſt. Anna ſuam habens æmulam, contumelia eam perſecuta non eſt.

Secundo ad Dei ſe templum contulit, v. 9. quod tunc tabernaculum tantū erat, ſed amplius quibuſdam ędificiis iam circumſeptum, vt Abulen. q. 24. vel patentibus certe locis ampliſſimis, vt in ea qui orare aut legem audire vellet, intrare poſſet ſemper, cuiuſq; tribus aut ſexus eſſet. Tempus vero meridianum erat, ait, Chryſoſtom. hom. citata de Anna, poſt prandium ſcilicet v. 9. Quod omnes, ait Chryſoſt. faciunt tempus recreationis, illa facit tempus orationis. Vnde in quibuſdam monaſteriis ſtatim à cibo preces; & S. Hieron. epiſtola 7. ad Lætam, ſic, ait, comedat, vt ſtatim à cibo poſſit legere, orare, pſallere, & ad Epheſios homilia 24. vis diſcere vigiliam animæ? vade

ad Annam &c.vſq;,audite viri & mulieres. & rurſum hom. *79.* ad pop. pag.
394.B.C.non ad ſomnum iit,&c.Orat vero primo flendo largiter,v.10.dein-
de preces multiplicando, v.12. vbi S. Gregor.& Orig.notant, quemadmo-
dum Theſſal. 5. ſemper orare oporteat, eiuſmodi ſcilicet agendo , quæ vel
ad orationem referātur,vel orationi ſimiles ſint.i.ſpiritales & bonæ. Sanctis,
ait epiſtola *22.* S.Hieron.etiam ipſe ſomnus ,eſt oratio Sonabat, ait Chryſo.
eadem aſſidue , nec deſtitit iisdem verbis iterandis multum temporis abſu-
mere, quod contra eos, qui earundem precum in corollis repetitionem ca-
lumniantur,notabis.Sanctus Ephrem t.1. de conſ. S.F.*175.* licet labores ma-
nibus, ſemper tamen mente ora. nam & beata Anna mater Prophetæ Sa-
muelis orabat, & labia eius tantummodo mouebantur, & ſer.de Iudi..extr.
f.*252.* Anna per lacrymas Samuelem accepit prophetam in exultationem,
& gloriam cordis ſui.de tali oratione,quæ absque ſono eſt, vide Caſſ. coll.*9.*
c.*25.*&*27.*Chryſ. hom.*70.* *S.*Dorotheus comparat Annam hanc ad An-
nam B.Virginis matrem, & eſt lectio 4.in feſto Præſent. B. Virginis. Orabat
vero,vt ibid.dicitur coram Domino, attentione & reuerētia maxima, quod
diligenter idem Chryſoſt.obſeruat. Diuus Auguſt.ep.*121.*c.*16* & in pſ.98.o-
rauit cum gemitu magno p. 4*52.* D. huc trahe relationem ex Omuranis li-
teris,è Iaponia datis,anno *96.*f.*215.*Vocis nihil fundebat,v. *13.* *S*ed vt ait Gre-
gor.intus cor clamabat. hoc enim ſignificat animæ illa effuſio , de qua v. 15.
*S*tabat vero ante ipſum Heli *S*acerdotem in throno ſedentem,v. *12.26.* foris
tamen labia ita motitabat,vt ebriæ inſtar,os diſtorquere,nimiumque depra-
uare videretur.*S.*Chryſ. h.*79.* ad p. expendit orationis eius feruorem : quod
non reſonans foris,ſed attenta & c.& quod contumeliam non indigne tule-
rat, quod in menſa temperans, & c. quod ante fores templi. &c. Vouit por-
ro ſi prolem acciperet maſculam,duo; primum eam fore Nazaræam, & qui-
dem Nazaræatu perpetuo,vnde præter intonſum capillum,v.11.ponunt et-
iam *70.*& Chald. abſtinentiam à vino, & omni eo, quod ebrietatem gignere
poſſet.*S*ed de his in *S*amſone dictum eſt. *S*ecundum,Futurum vt filius ille in
tabernaculo Deo ſemper miniſtraret, id eſt,omnibus vitæ diebus , v.*28.* ſeu
iugiter,id eſt,in ſæculum,ſeu in ſempiternum,vt hebr. Chald.& 70.dicunt,
verſ. *22.*

Nota. Licet eſſet *S*amuel Leuita, duo tamen hic, quæ Leuitis impoſita
non erant, voueri, quoad Leuiticum miniſterium. Cum enim vt aliâs dixi,
ante annum vigeſimum miniſtrare non inciperent Leuitæ, Numer. 4. hic
quaſi à primo ſtatim lacte deſerto,miniſtrare debuit. Deinde miniſtrare de-
ſinebant Leuitæ,ab anno 50.ætatis;hic verò quoad viueret, miniſterio ſacro
dicatus erat. Ab anno *60.*inquit *A*uthor Traditionum, *1.* Paralip.c.*2.*& Leui-
tæ miniſtrare & milites pugnare deſinebant, vnde & Romani eos emeritos
vocant.*A*bul. Leuit.*27.*q. 4. de votitis, & q.7. *12. 13.* ſub fin. & 14.*52.54.65.*an
cum eſſet primogenitus potuerit voueri? & *67.* ſub finem : vbi addit ad duos
hic poſitos vouendi modos hunc tertium, vt ſcilicet ſemper domino ſerui-
rent Leuitæ,absque intermiſſione,quam concedebant *ἐφημερίαι*, claſſesque
ſingulorum.

Grauiter vero innocens arguitur,v.*14.*quaſi ebria.70.Philo,de ebrietate,
Chryſoſt. hic de Anna, & hom. *15.* in acta, veteresque Græcorum libri tra-
dunt , Sacerdotis puerum ſeu famulum hanc reprehenſionem inſtituiſſe,
Hebræi tamen, Chald. & Latini libri nullam pueri huius mentionem ha-
bent. Vnde videtur à Græcis illis ſignificari, reprehendiſſe quidem ipſum
Heli Annam quaſi ebriam,ſed per puerum, vel quia paulo ab ea longius ab-
erat,vel grauitatis & modeſtiæ ergo.Illa vero humillime reſpondit,v. *16.*vbi

Author

Author Tradit.notādum,inquit, quod omnes qui ebrietatem ſectantur,filij Belial vocentur, idemque inculcat Angelomus. Græci filios Belial hic appellant filios peſtilentes. Dominum ſacerdotem vocans, ebriam ſe eſſe abnegat, ait Greg. vt ſuperiori ordini ex humilitate ſe ſubderet, & falſæ obiectioni ex veritate contrairet. Hinc ſacerdotis benedictio & fauſta precatio excitata v. 17. mulier, ait Chryſoſt. ex accuſatore fecit patronum nacta eſt intercesſorem, quem habuerat obiurgatorem. Quod ſequitur, v. 18. idem Chryſoſt. interpretatur; vtinam è fine rerumque exitu diſcas, non ex vinolentia meam hanc orationem extitiſſe. Hebr. tamen & Vatabl. ſic; Ineam tecum hanc gratiam, vt pro me orare velis; tum ſpei plena, vt Ioſeph ait, abiit primo ſuum in Silontinum hoſpitium, poſtero deinde die Ramatham, cibumque iam lætabunda ſumpſit, nec triſti deiectoque vultu amplius fuit, ſed æquabili & conſtanti. Vides, inquit Chryſoſt. mulieris fidem? priuſquam acciperet quod poſtularat, perinde confiſa eſt, quaſi iam accepiſſet. in cauſa erat, quod oraret multo cum feruore, &c. Idem h. 62. ad p. docet vtilitatem tentationis; exemplo Annæ. Antequam vero ſe itineri daret, non ipſa tantum ſed maritus etiam aliique domeſtici ; bene mane ad tabernaculum ierunt, ibique coram Domino adorarunt, v. 19. quod Chriſtianis commendat Abulenſis. Egredientes de hoſpitio ait Hieron. epiſt. 22. armet oratio, regredientibus de platea oratio occurrat ante, quam ſeſſio. Exaudita igitur eſt Anna, & magno miraculo natus ei filius. Tertull. l. de Ieiunio, c. 7. Anna impetrat facile à Deo, inanem cibo ventrem implere, & quidem prophetâ.

Die octauo dum circumciditur, vocatus ab ea eſt Samuel; quod valet quibusdam, exauditio Dei; ἐπακοὴ θεοῦ, ait Græcus ſcholiaſtes manuſcripti Procopij Græci: Franciſco Georgio tomo 1. problem. 442. poſitus à Deo, Philoni l. Quod Deus. & lib. de ebriet. τεταγμένος θεῷ, Origeni, vbi ipſe Deus: S. Gregorio & Angelomo, nomen eius Deus: Ioſepho, poſtulatus à Deo. Et apud Euſebium l. 6. c. 25 θεόκλητος. Sunt hæc poſteriora magis conſentanea, licet penultimum in hebr. magis, quam Latino vel Græco hæreat v. 20. Vltimum vero in nominis ratione, ibid. Sed vti monet Vatablus mulier hebræi verbi primam tantum litteram retinuit. Hinc Ioſephus, & ex eo Procop. c. 2. Theodor. q. 8. Samuelem vocat θεαίτητον. ſicuti ſe idcirco Theodoretum eſſe nominatum Theodoretus ſcribit, epiſt. 81. & c. 13. hiſtoriæ ſanctorum, vbi Macedonij precatione ſeſe à Deo parentibus, & ab his Deo donatum refert. Philippus II. Franciæ Rex, vocitatur Deodatus, quod eum obſecrationibus à Deo pater Ludouicus, natu iam grandis ex tertia tandem vxore impetraſſet. Demaratus filius Ariſtonis Lacedæmoniorum Regis, ideo ſic appellatus eſt: quod populus omnis vota feciſſet, vt Ariſtoni Regum optimo filius naſceretur, Herod. l. 6. D. Hieronymus ad Lætam de inſtit. fil. vidimus aliquid temporibus noſtris de prophetalibus libris. Anna ſterilitatem alui, fœcunditate mutauit. tu luctuoſam fœcunditatem vitatis liberis commutaſti fidens loquor: accepturam te filios, quæ primum fœtum domino reddidiſti. ſic natus eſt Samuel: ſic ortus Samſon eſt: ſic Ioan. Baptiſta. & ſub finem, Anna filium, quem Deo vouerat; poſtquam obtulit in tabernaculo, nunquam recepit, indecens arbitrata; vt futurus propheta in eius domo creſceret, quæ adhuc alios filios habere cupiebat. denique & c. vſque fidem.

De vita Samuelis. I. De infantia.

PRimò, dum lactet, à matre domi retinetur, v. 23. & eo tempore aſpiciebat puerum mater, non tantum vt infantem, ait homil. de Samuele Chryſoſt. verum etiam vt rem Deo conſecratam, eumque reuerebatur. Si enim

nim qui phialas poculáve aurea (nota contra hæreticos) Deo dicaturi ſunt, poſteaquam ea iam confecta acceperint, domique repoſuerint, nequaquam ea quaſi profana vaſa intuentur, ſed tanquam Deo ſacra, nec audent ea temere citraque cauſam attingere, quemadmodum alia; multo magis hæc mulier, &c. Maxime quod Samuel Chriſti typus à quibusdam Patribus vocetur, nonnunquã & nouus Moyſes Hebræorũ: Sed die 40. qui purificationis dicitur, oblatus nõ fuit? Reſpõdet Abul. q. 27. 28 29. Leuitas ad hoc obligatos non fuiſſe, vt ex legis & ſacrificiorũ cauſa patet, quia ipſi Deo ſacri iam erant, & in ipſorum fere vtilitatem ſacrificia illa (purificationis) cedebant.

Secundò, Vbi ablactatus fuit, ilico Silontẽ ducitur, & Domino in tabernaculum offertur, v. 24. Erat vero tunc annorum tot, quot eo tempore ac regione ſolebant eſſe qui ablactabantur. Sed duplicem hic aliqui ablactationem faciunt: propriam, & metaphoricam: hancque facit Lyranus anno 10. vel circiter, quando ait, incipit puer vti aliis cibis communibus. Alij, hiſtoriæ ſcholaſticæ, c. 3. eandem duplicem ſtatuunt, vnam anno 7. quando à pædagogo remouetur: alteram 12. quando à tutore. Dicunt igitur iſti poſt metaphoricam ablactationem Samuelem oblatum fuiſſe, quia quid tam imbecilla ætate in tabernaculo egiſſet? Propriam tamen hic ablactationem accipiendam patet: Primo, ex illa communi regula, quæ verborum proprietatẽ, niſi quid impediat, retineri ſemper vult; in hiſtoria præſertim. Secundo, quam ablactationem vocat, v. 23. & 24. eandem latinus interpres, v. 23. vocat amotionem à lacte. Tertiò, apertiſſime indicatur v. 24. puer erat adhuc infantulus, & apertius Hebr. & Chald. Quartò, Ex vitulis tribus, qui annis reſpondent, & idcirco, vt ait Theodor. q. 5. vnum quidem vitulum ponunt 70. ſed trium annorum, vt ætati pueri congruat. Quintò, Si impropria hæc ablactatio admittenda eſſet, multo ea plurium annorum ſtatui poſſet, ex 1. Corinth. 3. & 13 Hebr. 5. Sextò, Infra vero duodecimum vel ſeptimum annum Samuelis iſtam oblationem ponunt Orig. Ignatius epiſt. 3. Ioſephus, Carthuſ. & qui ad huius ſimilitudinem docent B. virginem trimulam oblatam. Euodius epiſt. ad Antiochenos, Niceph. l. 1. c. 7. Gregorius Nicomedienſis hom. de B. virgine, Germanus Patriarcha, Andreas Cretenſis, alij apud Caniſium lib. 1. Marial. c. 12. Chryſoſt hom. de Samuele: *A mamma*, inquit, *diuulſus. Et poſtea: Prima ſtatim pueritia, à mamma matris venit ad mammam ſpiritualem.* D. Hier. ad Ruſt. quid tam pium, quam ſanctæ matri ſanctum filium cuſtodire? *Anna Samuelem non ſibi, ſed tabernaculo genuit.* S. Auguſt. in pſal. 98. natus Samuel fuit apud matrem tempore lactis. mox vt eum ablactauit, dedit in templum, vt ibi creſceret, ibi roboraretur in Spiritu, ibi Deo ſeruiret.

Verſic. 24. Hebr. & puer excutiebat, ſiue diſcernebat inter bonum & malum, ſicut cribrans excutit, &c. ita Rabbi Kimhi: ſed in comm. ſic: & puer, puer erat: id eſt, erat valde puer, ac tener. non enim expectauit, dum eſſet robuſtus: ſed ſtatim poſt 24. menſes (quod eſt lactationis tempus) oblatus fuit. Chald. ait: dum eſſet lactens: non quod adhuc lacteret (iam enim ablactatus) ſed ſic Aramæa lingua vocatur puer. In S. Pachomij vita refert Metaphraſtes ab eo in monaſteriis educatos pueros, adeo ſimplices, vt ne ſuam quidem dextram, aut ſiniſtram noſſent. Denique in metaphoricis illis ablactationib. abſurda plura ſunt, de pædagogis, tutoribus, &c. vt ex Plauti Bacchidibus, & Iuſtiniani inſtitutionibus de tutela intelligitur. Vera vero ablactatio apud Aëtium, ſerm. 4. c. 28. fit menſe 20. quando infans frumentaceo iam pane vti incipit. Sed anno tertio in Iudæa fieri ſolitam dixi Geneſ. 21.

Tertiò, Offertur Samuel primò cum quibusdam ſacrificalibus, quæ omnia vo-

nia vocat Ioſephus decimas, & ſunt triplicia. Primò, vituli tres, vt hebr. Chald. latinus, S. Gregor. & Angelomus legunt. 70. tamen & Græci, Origenes, Chryſoſt. vnum, vt dixi, vitulum ponunt, ſed triennantem. nam & v. 23. vnius tantum mentio fit. Hic tamen pro plurali ponitur ſingularis. Secundò modij farinæ tres, vt iidem Latini legunt: licet, vti fatetur Author traditionum & Angelomus, vnus etiam modius lectus ſit. quæ tamen duo eundem habere ſenſum, dixi Ruth 2. Tertiò vini amphora, cuius hebr. nomen retinent 70. Adiunxerunt ambo parentes communem adorationem, v. 28. Mater vero etiam orationem ad Sacerdotem & Deum; in illa v. 26. eſt iuriſiurandi formula quædam, viuit anima tua, id eſt, per animæ tuæ vitam, vel tam verum quod loquor, quàm te viuere, vel me vitam tuam optare. Domino commodare, eſt ſimpliciter ad ſacrum vſum donare, vel quem à Deo accepiſſet, reddere: non autem vt hebr. & Græca oſtendunt, commendare, prout olim S. Gregorius legerat.

Hæc vero oratio eſt ipſius canticum, c. 2. Allegoricè vero cum Anna interpretatur gratia, Phenenna verò gemma, potiſſimum quæ rubinus dicitur ab interprete noſtro, Thren. 4. ebur antiquum. Significat hæc ſynagogam tunc fœcundam, nunc ſterilem: illa vero Eccleſiam gentium tunc ſterilem, nunc fœcundam, vt ſeq. c. 2. Moraliter vero eadem Anna vitam ſignificat contemplatiuam, aut ſpiritalem: Phenenna vero actiuam, aut naturalem; prout docent Orig. Angelomus, Beda, omnium copioſiſſime S. Gregorius. Anna in primo regnorũ libro, inquit S. Cyp. lib. de orat. dom. eccleſiæ typũ portans, dominum non clamoſa petitione, ſed tacite & modeſte, intra ipſas pectoris latebras precabatur. Loquebatur prece occulta, ſed manifeſta fide: loquebatur non voce, ſed corde: quia ſic Deum ſciebat audire, &c. pag. 265. monet Nazianz. orat. 40. vt exemplo Annæ, ſuos ſtatim infantulos per baptiſmum Deo conſecrent parentes. Chryſoſt. vero hom. de Samuele, vt liberos Deo in templa offerant, bene ipſos educent, à vitiis auocent, maxime vero laſciuia, inquit idem hom. de Anna.

CAPVT II.

1 EXultauit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: quia lætata ſum in ſalutari tuo.

2. Non eſt ſanctus, vt eſt Dominus: neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

3. Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes: recedant vetera de ore veſtro: quia Deus ſcientiarum, Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes.

4. Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore.

5. Repleti prius, pro panibus ſe locauerunt: & famelici ſaturati ſunt, donec ſterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.

6. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.

7. Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat.

8 Suſci-

8. Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem:
vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Domini enim
ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.
9. Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris con-
ticeſcent: quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.
10. Dominum formidabunt aduerſarij eius: & ſuper ipſos in
cælis tonabit: Dominus iudicabit fines Terræ, & dabit imperium
regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui.
11. Et abiit Elcana Ramatha, in domum ſuam: puer autem erat
miniſter in conſpectu Domini ante faciem Heli ſacerdotis.
12. Porro filij Heli, filij Belial, neſcientes Dominum, 13. neque
officium ſacerdotum ad populum: ſed quicumque immolaſſet
victimam, veniebat puer ſacerdotis, dum coquerentur carnes, &
habebat fuſcinulã tridentem in manu ſua, 14. & mittebat eam in
lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſiue in cacabum: & omne
quod leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi. ſic faciebãt vniuer-
ſo Iſraeli venientium in Silo. 15. Etiam antequam adolerent adipẽ,
veniebat puer ſacerdotis, & dicebat immolanti. Da mihi carnẽ, vt
coquam ſacerdoti: non.n. accipiam à te carnem coctã, ſed crudã,
16. Dicebatq; illi immolans: Incendatur primum iuxta morẽ ho-
die adeps, & tolle tibi quãtumcumq; deſiderat anima tua. Qui re-
ſpondens aiebat ei: Nequaquam: nunc enim dabis, alioquin tollã
vi. 17. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domi-
no: quia retrahebant homines à ſacrificio Domini. 18. Samuel au-
tem miniſtrabat ante faciẽ Domini, puer, accinctus ephod lineo.
19. Et tunicam paruam faciebat ei mater ſua, quã afferebat ſtatutis
diebus, aſcendens cum viro ſuo, vt immolaret hoſtiam ſollemnẽ.
20. Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius: dixitq; ei: Reddat tibi
Dominus ſemen de muliere hac, pro fœnore quod commodaſti
Domino. Et abierunt in locum ſuum. 21. Viſitauit ergo Dominus
Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias; & magnifi-
catus eſt puer Samuel apud Dominum. 22. Heli a. erat ſenex val-
de, & audiuit omnia quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraeli; & quo-
modo dormiebant cum mulierib. quæ obſeruabant ad oſtium ta-
bernaculi; 23. & dixit eis; Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego
audio, res peſſimas, ab omni populo? 24. Nolite filij mei; nõ enim
eſt bona fama, quam ego audio, vt tranſgredi faciãtis populũ Do-
mini. 25. Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus; ſi a. in
Dominũ peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vo-
cẽ patris ſui; quia voluit Dominus occidere eos. 26. Puer a. Samu-
el proficiebat, atq; creſcebat, & placebat tam Domino quam ho-
minibus

minibus. 27. Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit
Dominus: Nunquid non aperte reuelatus ſum domui patris tui, cũ
eſſent in Ægypto in domo Pharaonis? 28. Et elegi eum ex omnibus
tribubus Iſrael mihi in ſacerdotem, vt aſcenderet ad altare meum, &
adoleret mihi incẽſum, & portaret ephod coram me: & dedi domui
patris tui omnia de ſacrificiis filiorum Iſrael. 29. Quare calce abieci-
ſtis victimam meam, & munera mea quæ præcepi vt offerrentur in
templo: & magis honoraſti filios tuos quam me, vt comederetis pri-
mitias omnis ſacrificij Iſrael populi mei? 30. Propterea ait Dominus
Deus Iſrael: Loquẽs locutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui
miniſtraret in conſpectu meo, vſque in ſempiternum. Nunc autem
dicit Dominus: Abſit hoc à me: ſed quicumq; glorificauerit me, glo-
rificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. 31. Ecce
dies veniunt: & præcidam brachium tuum, & brachium domus pa-
tris tui, vt non ſit ſenex in domo tua. 32. Et videbis ęmulum tuum in
templo, in vniuerſis proſperis Iſrael; & non erit ſenex in domo tua o-
mnibus diebus. 33. Verumtamen non auferam penitus virum ex te
ab altari meo: ſed vt deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua: & pars
magna domus tuæ morietur, cum ad virilem ætatẽ venerit. 34. Hoc
autem erit tibi ſignum, quod venturum eſt duobus filiis tuis, Ophni
& Phinees: In die vno morientur ambo. 35. Et ſuſcitabo mihi ſacer-
dotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet; & æ-
dificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cun-
ctis diebus. 36. Futurum eſt autem, vt quicumq; remanſerit in domo
tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tor-
tam panis, dicatque: Dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdo-
talem, vt comedam buccellam panis.

COMMENTARIVS.

CAnticum Annæ, ſeu vt vocat Auguſtin. & Procopius, hymnus vel hymnodia; quam voce depreſſa legi à Iudæis aſſerit Abulenſ. q. 32. quaſi carmen non eſſet, quod tamen aſſeruerat antea. Prophetiam continet, vti fatetur v. 1. Chaldæus, & docent noſtri, Orig. Theodor. Procop. Gregor. Angelom. Et ex v. 5. ac 10. probat Auguſtin. lib. 17. ciuit. cap. 4. Nam vt aiunt Theodor. & Procopius, quæ prophetam concepit, prophetæ quoque gratiam participauit, ſicuti Eliſabeth & B. Virgo. Id tamen Auguſtin. l. cit. & alij quidam ita explicant, vt hymnus totus mera de Chriſti Eccleſia prophetia videatur; quod etſi allegorice veriſſimum, vt in Sara & Agar, ad Galat. 4. prima tamen & litteraria ſententia, partim de præteritis & præſentibus; partim verò de futuris agit. vt ſit Dei laudatio propter acceptum beneficium, & ſimul prophetia, prout ait Theodor. Procop. Abulen. & explicando patebit.

Pronunciauit verò Anna carmen iſtud, cum ſacerdoti filiolum in manus tradidiſſet, ante vel poſt ſacrificium. Decem conſtat verſibus, in quibus acceptorum bonorum eſt commemoratio, v. 1. tunc Dei laudatio, vt colatur & timeatur, v. 2. eiusque operum & potentiæ commemoratio, v. 4. & ſeq. Interpoſita quadam ad impios apoſtrophe, v. 3. Tandem futurorum prædictio, verſic. 9, 10.

In quibus Nota primo. verſic. 1. *Exultatio* & lætitia ipſius eſt in Domino, vt Luc. 1. Philip. 4. & *in ſalutari*, id eſt, in ſalute conceſſa per liberationem à ſterilitate, vt aiunt Chald. Ianſenius: vel in Chriſto IESV, vt Auguſt. l. cit. de quo Simeon Luc. 2. Oris dilatatio facta eſt, dum facta iam facultas opprobrationes illas cap. 1. verſic. 5. refellendi, vti Geneſ. 30. verſic. 23. *Cornu* verò in ſcripturis ſæpiſſimè robur & gloriam ſignificat, Luc. 1. Pſalm. 74. &c. Et quidem maximam gloriam: vt regiam, verſic. 10. ducta metaphora, non à Moyſis cornibus, vt Abulen. ait: ſed à cornigeris animantibus, quæ & cornibus defenduntur, & decorantur: vnde ipſæ coronæ regiæ, earumque radij, cornua interdum dicuntur; vti probat lib. 7. hieroglyphicorum Pierius. Vnde etiam Moyſen cornutum, id eſt, radioſum fuiſſe cenſet, &c.

Verſic. 2. Non alius extra te, 70. dicunt ſeu vertunt, non eſt iuſtus ſicut Dominus. poſſet tamen ita intelligi, non eſt ſanctus ſicut Dominus, non eſt, inquam, quiſquam extra, ſeu præter te ſanctus, ſumma videlicet abſolutiſſimaque ſanctitate, de qua in hymno, Tu ſolus ſanctus. Vel ſic; non eſt alius Deus præter te, vt Eſaiæ 43. 44. &c.

Verſ. 3. Recedant, id eſt, ne exeant, inquit Rab. Dauid. vetera, quibus ſcilicet conſueueratis, prout hebr. ſonat, licet quænam iſta fuerint, exprimat Chaldæus, dicens blaſphemias. 70. magniloquium: alij, verbum durum, arrogans prout apud Prudentium pſychomachia.

Deſine grande loqui, frangit Deus omne ſuperbum.
Alta cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur.

Et Claudianus ep. 23.

Pulchris ſtare diu Parcarum lege vetatur.
Magna repente ruunt, ſumma cadunt ſubito.

Additur cauſa, quia Deus ſcientiarum, atque ideo arbiter conſcientiarum, inquit l. cit. Auguſt. Chald. verò, Deus omnia nouit. Ipſi præparantur cogitationes, quæ ſunt vel ipſiuſmet Dei, vt aiunt 70. & Chald. vel creaturarum intelligentium: vtræque præparantur, id eſt, à Deo diriguntur, diſponuntur. vel vt prouerb. 16. 21. ponderantur, numerantur, quemadmodum hebr. importat, & ſic creaturarum cogitationes à Deo examinantur. Vnde addit Chald. vobis retributurus eſt culparum veſtrarum vltionem. Verſ. 4. arcus fortium ſuperatus eſt Hebraicè arcus eſt num. ſing. gen. fœm. at confracti ſunt plur. num. & gen. maſc. vetus quidam ſic; arcus & fortes contriti ſunt. eſt tamen eadem ſententia.

Verſ. 4. & 5. antitheta quatuor proponuntur, vt à B. virgine Luc. 1. Eſurientes, &c. Sed particula Donec, intelligitur pro etiam; vel, & quemadmodum habet Chald. 70. quia. Plurimos. hebr. Chald. & 70. habent, ſeptem. Cum vero Anna quinque tantum filios pepererit, infra v. 21. quomodo ſeptem peperiſſe dicitur? Philo lib. quod diuinum immutabile, ait monadem & hebdomadem eandem eſſe, quia in vno ſolo Deo quies; ſed allegoricum id eſt. Ioſephus videtur ſeptem filios Annæ tribuere. tres enim filias ponit, & vt cum textu hebr. & græco videtur, tres alios filios, ita vt ſeptimus ſit Sa-

ſit Samuel: ſed expreſſe v.21. duas tantum filias numerat. Rabbinorum aliqui quinque tantum *Annæ* liberos tribuunt, ſed Samuelis duos adiici volunt, inquit Author Trad. Alij vero vt Rab. *S*alomon, duos ipſius Phenennæ filios eidem Annæ tribuunt, vt ſeptem habeat. idque quia quoties ipſa pareret, toties duo ſemper Phenennæ filij morerentur. Cumque duo tantum ſupereſſent, hos illa rogata ſuis precibus conſeruauit. at hæ ſunt illorum fabulæ, vt in hom. vocat Origen. Ideoque dicendum, per ſeptem intelligi plurimos, vt Ruth 4. dixi, vt ſit prophetia, & de illis quos poſtea paritura erat Anna, maxime tamen de illis, quos ex omni gente innumerabiles enixura erat Chriſti Eccleſia, vt ait Auguſt. loc. cit. Orig. Theodor. Procop. & ſignificat Chaldæus, dum Annam inquit, implendam prole ſcilicet plurima. Pulchre D. Hieronym. in *Iſ* cap. 54. fol. 198.

Verſ. 5.6.7.8. Dei potentia demonſtratur, quod humanis in rebus quæcunque libet, efficit, etiam difficillima & maxime contraria, ideoque horum paria quinque proponuntur, licet poſtremi membrum alterum non expreſſe ponatur; ſed facilime intelligatur, illi ſimillimum, depoſuit potentes, &c. *I*nferorum porro nomine quidam putant metaphorice ſignificari ſummas calamitates, quemadmodum apud Artemidorum, lib. 2. de ſomniis, dicitur ad inferos quis proficiſci, qui longam vel diuturnam peregrinationem peregrinatur. S. Auguſt l. cit. de carnalium affectuum mortificatione accipit. Alij ſepulchrum; vt ſit idem cum ſuperiori, & ita idem Auguſt. Angelom. Lyran. Abul. Hic tamen putat etiam proprie intelligi poſſe de inferis, quo ad limbum & purgatorium; Et de limbo clariſſima eſt Theodoreti ſententia hic, dum non communem tantum reſurrectionem, vel quorundam propriam, vt Lazari, &c. per aſcenſum ex inferis notari ait, ſed reductionem etiam animarum ab inferis, quãdo illuc deſcendit Chriſtus, fecitque vt poſt ipſius reſurrectionem corpora ad tempus reſurgerent, & Hieroſolymæ conſpicerentur, vt cognoſcerent ſanctos viros liberatos eſſe ab animarum carcere, vt ipſe loquitur, & in alia loca translatos, paradiſum ſcilicet, vel Angelorum cælos. quod contra hæreticos, qui limbum negant, obſeruandum. De purgatorio vero iſtum locum explicat Leuit. 1. Rab. Racanatenſis, Thalmudici tract. Baba Metſia c. Anram, & in 13. art. ſui ſymboli Clichtoueus; & Laineſius tract. de Purg. Et fortè vtrumque ſignificat Chaldæus, quando ab inferis deduci ait, non ſimpliciter ad vitam, ſed ad vitas æternitatis.

Cauſa vero quæ v 8. additur, vel metaphorice cardinum nomine ſignificat Principes, qui ſunt veluti mundi huius baſes & columnæ, vel vt aiunt Traditiones hebr. ipſos humiles corde, quorum meritis terram ſtare autumant Hebræi, inquit Auth. Trad. vel proprie non præcipuas tantum terræ partes quatuor, vt ait Ianſenius, ſed terram ipſam ſignificat, vt ſit quaſi à maiori ad minus ratio. Deus mundi huius fundamenta & columnas ſua in poteſtate habet, quanto magis omnia, quæ iam dixi, efficere poteſt? Chaldæa vero paraph. notanda: *A*nte Dominum, inquit, reuelata ſunt filiorum hominis opera, ab inferiori parte apparauit gehennam improbis verborum ſuorum tranſgreſſoribus, & in iuſtis voluntatem ſuam facientibus fundauit orbem. hiſce vero antithetis ſimilia tradunt, pſal. 112. Eccleſiaſti. 10. Luc. 1. 14. 18. Et apud Heſiodum operum initio, Laërtium in Chilone, 70. hic addunt, Deus votum vouenti dat; & Aug. l. cit.

Verſ. 9. 10. prædicuntur futura ſeptem. Primum. ſeruandi ſanctorum pedes, ne ſcilicet in culpam, & inde in gehennam cadant, inquit D. Greg l. 2. c. 1. Corpus, ait, Chald. ſeruorum ſuorum iuſtorum cuſtodiuit Deus à gehenna. 70 pro pedibus annos verterunt: Eſtque ſimile pſal. 90.

Secundum. impij in tenebris tacituri vel immobiles futuri: improbi tranſgreſſores, ait Chald. in gehennam iñ tenebris iudicabuntur, ad oſtendendum non eſſe quemquam in quo puritatis fortitudo ad iudicij diem futura.

Tertium. formidaturi aduerſarij Dominum, quod de Diaboli per Chriſtum euerſione, qui 70 ſequuntur, explicant *Aug.* Theod. qui 70. hic adiiciunt iis quæ v. 2. & 3. dicta ſunt ſimilia, & quaſi ex Ieremiæ 9. v. 23 24 deprompta.

Quartum. Toniturus in cælo ſuper impios, 70. clare de Chriſto Domino. Aſcendit ad cælos & tonuit ibi. ſignificando ſcilicet Chriſti aſcenſionem, & Spiritus ſancti aduentum, qui tonitru adiunctum habuit, Act. 2. Addit Theodor. & Procop. prænotari Apoſtolicæ prædicationis tonitru.

Quintum. Iudicaturus Deus fines terræ, vbi vt iidem aiunt, & Euſebius lib. 4. demonſt. prædicitur ſecundus Chriſti aduentus, monetque *A*uguſtinus, confeſſionis ſeu ſymboli fidelium ordinem hic teneri: aſcendit in cælum Dominus Chriſtus, & inde venturus, &c. idem tamen per extrema terræ putat etiam hominis extrema intelligi, quia in quibus extremis inuentus quis fuerit, ait, iudicabitur.

*S*extum. Daturus Deus imperium ſeu robur Regi ſuo, qui eſt vel Chriſtus Dominus, vel quiſquis ad regnandum à Deo conſtituitur, vnde 70. vertunt regibus noſtris. Chald. verò cum hebr. conuenit, ſed ſuperiorem prædictionem refert ad vindictam, quam Deus de Gog facturus eſt, & de populorum exercitu, qui rapiunt & ex vltimis terræ finibus veniunt.

*S*eptimum. Erecturus cornu Chriſti. Chald. multiplicabit regnum Meſſiæ ſui. putat Auguſt. omnes fideles Chriſtos etiam hic, id eſt, vnctos, vocari poſſe, quia Chriſti chriſmate vncti ſunt.

Idem canticum tribus homiliis expoſuit Chryſoſt. ſed tertia tantum extat. Lyran. & *A*bul. q. 34. ex Chaldæo aliam adferunt expoſitionem, quæ tamen recentium potius Rabinorum eſt, Meſſiam nondum veniſſe putantium.

Pueritia Samuelis.

POſt oblationem in tabernaculo quid in pueritia egerit, deſcribitur dupliciter, generatim & ſpeciatim. Generatim c. 2. v. 11. 18. 21. 26. c. 3. v. 1. Diſcebat videlicet litteras, legiſque rudimenta: & quidem multo quam alij vlli perfectius, qui tamen à prima ætate omnes eam ediſcebant; vt quam proprium nomen eam facilius recitarent, inquit libr. 2. contra *A*pion. Ioſephus. Et ſimile quid de *S*. Willibrordo Albinus in vita.

Diſcebat etiam muſicen, ait Vatablus, cum ab eo cantores illi extiterint, de quibus 1. Paral. 6. & 25. Diſcebat denique omnia quæ ad Leuitam, perpetuumque templi miniſtrum ſpectare poterant, eaque iam, quantum ipſa quidem eius ætatula ferebat, facere incipiebat, vt cuſtodire ſanctuarium, inquit q. 8. Abulenſ. lucernas accendere, cap. 3. verſ. 3. &c. Vnde ſanctus Gregor. libr. 2. cap. 2. ex eo quod audiuit, omnipotenti Deo placere ſtuduit. Et cap. 3. per *S*amuelem, inquit, communiter viuentium vita eruditur. Deo itaque & hominibus quiſque eorum placet, cum fratribus vtilis eſt, Deo deuotus. Sic ergo agant curam ſui, vt ea quæ ſunt proximi non omittant, quatenus ex benignitate his placeant, qui ſecum in imo ſunt, &c. ſanctus Chryſoſtomus homil. de Samuele. Quamquam, ait, in puero ætas erat immatura, virtus tamẽ erat matura, omnibus enim in templum aſcendentibus multæ pietatis ac religionis magiſter factus eſt. D. *A*ug. in pſal. 98. *S*amuel quid fecit infans ad templum datus? omnes ætates ſuas inter ſancta ſacramenta Dei peregit ab ineunte ætate famulus Dei. Ipſius coma promittebatur, & potus aqua erat, inquit Ioſephus.

&qui-

& quidem vſq; ad eius mortem, inquit lib. de ebrietate Philo, & patet ex Nazaræatu, c. 1.

Speciatim verò traditur, quomodo veſtitus fuerit, & propheta factus ſit. De veſtitu, v. 19. mater ei tuniculam exteriorem & talarem afferebat. (Pallium oblongum & talare. quod oblongum ratione aliarum veſtium, paruum tamen ratione ſtaturæ pueri ait Radi. libellus) quoties ſtatutis illis tribus diebus feſtis, de quibus c. 1. aſcendebat. & erat accinctus Ephod, v. 18. Quod ſacerdotale tantum cum eſſet, exiſtimant Procop. & Theodor. q. 8. id ei ex priuilegio ab Heli Pontifice conceſſum, propter admirabilem Dei gratiam in ipſo efflore- ſcentem: melius tamen cum Auguſt. q. 41. Iudicum, Hieron. lib. contra Iouinian. dicitur duplex Ephod fuiſſe, vnum ſoli ſacerdoti conueniebat, Exodi 28. alterum etiam aliis quibusque, vt de ſacerdotibus minoribus infra c. 22. & de Dauide l. 2. c. 6. dicetur, maxime tamen Leuitis. Ideoque dicitur hic Ephod iſtud lineum fuiſſe. Sed idem Auguſt. l. cit. & Abul. q. 10. maternam illam tuniculam cum Ephode iſto confundunt. Notandum hoc loco illud Pet. Damiani lib. 2. ep. 10. pag. 94. linum laborioſe peruenit ad candorem; & Clerici modo literarum ſtudiis inſudando, modo quibusdam gradibus aſcendendo, difficile promouentur ad ſacri ordinis dignitates, &c.

De prophetia vero eius quinque potiſſimum traduntur. Occaſio, tempus, locus, modus, euentus.

Primum, Occaſio fuit ſcelerata filiorum Heli vita, nimiaque huius in illos indulgentia. iis enim pœnas Deus infligere voluit, ſed quas ipſis prius per Samuelem prophetice denunciaret. Illi ergo propter improbitatem filij Belial vocantur, v. 12. qui c. 1. v. 3. Sacerdotes Domini vocabantur. Sed tunc, ait Grego. l. 1. c. 1. à ſimulachrorum ſacerdotibus diſtinguebantur, eorumque fides, non vita prædicabatur; quia & prauitatem exercebant operis, ſed non errabant in fide conditoris.

Eorum verò peccata potiſſimum quatuor deteguntur. Primum. Ignorantia Dei, & officij ſacerdotalis, non ſimpliciter; ſed quatenus id populum attingebat, v. 13. licet Vatablus non ſecundam iſtam ignorantiam, ſed nouam ab illis conſuetudinem inuectam ſignificari putet: cum tamen vſitatum ſit Hebræis, in poſteriori membro negationem intelligi, quando priori membro appoſita iam fuerit, vt noſter interpres aduertit. Colligit verò Abulen. q. 6. in iis quæ ad Deum ſpectabant, v. g. panum propoſitione, lucernarum accenſione, &c. ſedulos fuiſſe: ſed ex iis quæ foras erumpunt, ea quæ latebant forte ſcriptura indicauit. recte tamen ibid. hanc eorum ignorantiam, non tam theoreticam, quam practicam fuiſſe docet: monetque etiamſi theoretica fuiſſet, ideo tamen abſque culpa futuros non fuiſſe, quia quæ ſui ſtatus & muneris ſunt, vt quiſque norit, iubet naturæ lex, D. Aug. c. 4. l. 14. de Ciu. teſte: Vnde quarto Oſeæ, quia tu ſcientiam repuliſti. &c. Videatur Concil. Nicæni canon 3. & q. 1. de beneficiis 2. 2.

Secundum peccatum. Impietas circa Dei ſacrificia, quæ v. 13. in vno pacificorum genere declaratur. In his enim cum pectuſculum tantum & armus ſacerdotibus deberentur, Leuit. 7. accipiebant illi quandoque carnes aliter affectas, crudas ſcilicet, cum coctæ tantum & elixæ deberentur; & quidem alio tempore quam oportebat accipiebant, v. 15. quandoque partes alias, & carnium plus quam ipſis debebatur, v. 14. deinde alio modo, vi ſcilicet ac minis, ibid. & per famulum impium, cum tridente fuſcinula, è quatuor vaſorum generibus, quæ ad tria 70. reuocant, eaque tantum differunt materia & figura. Denique alio fine accipiebant, quam deceret, ad voluptatem ſuam, ſcilicet, v. 14. & v. 29. hebr. ad ſaginandum ſe, quod & ait ſcholiaſtes, 70. v. 15. ad aſſandum, hebr. Chald. & 70. vnde S. Greg. cum tres gulæ ſpecies

ſic notaret, tandem ait; Coctam carnem renuens, crudam exigebat, communi præparatione eandem carnem edere faſtidiebat. Fuit hoc peccatum grande, v. 17. quia ſacrificiorum Domini & oblationum contemptionem pariebat, ibid. & faciebat populum transgredi, v. 24. adeò vt idcirco dicantur illi Domini victimas calcibus abiicere, v. 13. quia ab illis populum abſterrebant. Demum ſibi ordinique ſacro malam famam conciliarant, ibid. & c. 3. v. 13. At S. Ephrem nimium exaggerat peccatum, dum ait; propriis eos manibus ſuos iugulaſſe filios ſubter omnem arborem frondoſam.

Tertium peccatum, Luxuria, v. 22. quam in quibusdam libris etiam correctis 70. omittunt. Hebræi verò quidam apud Auth. Trad. & Angelomum non agnoſcunt, ſed aliud impietatis genus ſubſtituunt, quod mulierum ſcilicet à menſtruis & partu ſacrificia non immolarent, ſed ea ſibi acciperent, nullisque peractis ſacrificiis domum illas redire, ſuisque cum maritis contra legem, Leuit. 12. dormire facerent. Eſt tamen aperta verborum deprauatio: cui etiam reclamant Chaldæus, Ioſephus, noſtri: è quibus S. Hieronym. epiſt. 45. in hebræorum, ait, voluminibus legimus, fornicabantur cum mulieribus in tabernaculo Dei. iſtas verò mulieres dicit Ioſephus eas fuiſſe, quæ ad religionem, ſeu Dei cultum acceſſiſſent, vel in eo perſeuerarent. Chaldæus quæ veniebant ad orandum in tabernaculi tera, id eſt, porta. Rab. Salomon, puerperas quæ turmatim purificationis cauſa ad Dei tabernaculum ventitabant. Sed repete, quæ de iis Exodi 38. dicta ſunt, & vide Caniſium l. 1. c. 12. de B. virgine. Abul. q. 15. cenſet filiorum Heli peccatum hoc nullam Dei cæremoniis iniuriam intuliſſe. Sed ad tabernaculi oſtium iſta loqui & tractare, an parum loci diuinique cultus ſanctitatem contaminabat? cum illi tales præſertim eſſent, & hæ fœminæ tales? Vnde Chald. v. 32. dicit illos in domo ſanctuarij peccaſſe. S. Hieron. lib. cit. locus tabernaculi ipſe ſubuerſus eſt, & propter vitia ſacerdotum Dei ſanctuarium deſtitutum eſt. Aſsyriorum Rex apud Lucianum de Syria Dea, iuueni cuidam impietatem obiicit, quod cum Dei templum ædificaret, ipſi reginæ vitium attuliſſe, falſo licet, putaretur; quantò magis, ſi in ipſo iam ædificato templo? Vide Hieron. loc. cit. Et in Ezech. c. 8. vbi (alludens ad illum qui in Bethleemitico Sacello virginem ſacram ad flagitium pellexerat: vt habetur in ep.) ſic ait f. 401. D. in exemplum Ophni, & Phinees, idolorum ſcelera operamur in tabernaculo Dei, & fornicamur cum his, quæ ſe militiæ, & miniſterio Dei vouerint, &c.

Quartum peccatum Contumacia, cum ne moniti quidem reſipiſcerent, v. 25. cauſa verò quæ additur intelligenda eſt, quod illi mortem mererentur, non autem mererentur ſpecialis gratiæ, qua mortem euaderent, ac reſipiſcerent, beneficium. ideoque ex iuſtitia ſua mori eos Deus iuſtiſſimè volebat, vt explicat q. 21. Abulenſis.

Secundum. Heli parentis indulgentia intelligitur nimia, primò quia nimium eos leuiter monuit, cum famam publicam cognouiſſet, v. 23. 24. 25. 29. c. 3. verſic. 13. Eos, inquit D. Gregor. ferire debebat, D. Hieronym. lib. 1. contra Pelag. & l. 1. aduerſus Iouin. abiicere. D. Chryſoſtom. l. 3. Monaſt. iis minari, à ſuo eos conſpectu remouere, atque abdicare etiam (id eſt, exhæredare) & verberibus afficere, multoque illis grauius & durius inſtare Theodor. q. 10. & Procop. poſt vnam & alteram monitionem, è ſacris locis ſeu clauſtris exturbare oportebat, id eſt, excommunicare. Secundo. quia monitionem non ſæpius iterabat, cum prophetam audiiſſet, v. 27. vel Si, vti Sulpitio 1. hiſt. & D. Baſilio hom. 3. de pœnit. viſum; eam iterabat; quod tamen non legitur; imo contrarium, c. 3. v. 13. quod non acriorem & ſeueriorem caſtigationem adhibebat.

In monitione illa, verſ. 25. obſeruandum, peccata in Deū, ſicuti & in legiſlatorem quemlibet duplicia eſſe; quædam in eum vt legiſlator eſt, quando eius vide-

videlicet lex quæcunque violatur. Secundò, quædam verò in eum, vt quaſi priuata perſona eſt: quando ipſius videlicet res aliæ violantur, vt nomen, ſacrificia, &c. De hiſce poſterioribus hic tantum ſermo eſt. Secundò, Docetur verò ijs verbis periculoſiſſimum eſſe in *D*eum iſto modo peccare: non quod vllum peccati genus pœnitentia expiare nequeat; vt oſtendit c.*15*. l. *2*. de pœnitentia Bellarminus; ſed quod hoc genus difficulter admodum veniam conſequatur. Talibus, inquit Gregor. pœnitentiæ remedia non denegantur, ſed altiora peccatorum vulnera difficilius curantur. & Angelomus, difficilior eſt, inquit, venia, & maior agenda pœnitentia ijs, qui in rebus Deo ſacratis offendunt, &c.

Difficultas verò iſta ijſdem in verbis dupliciter exponitur, pro hebræi verbi duplici ſignificatu. primò à Chaldæo, Rab. Dauid, de iudicio: ſic ſi peccauerit vir in virum, iudicabit illum iudex, litemq; dirimet, eum qui innocens eſt, eripiet: ſi autem in Deum, quis eum vel pro illo diiudicabitur? quis ſe iudicem interponet? ſecundò, de oratione, vt in textu noſtro patet, idq; melius, vti 70. ſignificant, & Chald. qui in ſecundo membro ſignificationem hanc amplexus eſt. In priori membro licet eadem Latini, Chaldæi, & Græcorum ſententia ſit, paulo tamen aliter legiſſe videtur noſter. In poſteriori S. Ambroſ. lib. *1*. de pœnit. c.8. ſanctus Gregor. putant ſignificari eſſe perquàm difficilè idoneum aliquem interceſſorem inuenire, qui pro tali peccatore Deum placare & precari poſſit: vel enim aliquo publico iſtiuſmodi precationis & expiationis miniſtro; vel magno quopiam Moyſe, alióue Dei ſeruo tunc opus eſt. Quis ei, ait Grego. interceſſor remanet, cum ille ſe tranſgrediendo præcipitat, qui ad intercedendum pro aliis ordinatus eſt? Origenes h. *10*. in Num. ait: qui meliores ſunt, inferiorum ſemper culpas, & peccata ſuſcipiunt: ſacerdos autem ſi delinquat aut pontifex, ipſe ſuum poteſt purgare peccatum: ſi tamen non peccet in Deum. de huiuſmodi enim peccatis, non facile remiſſionem aliquam videmus in legis literis deſignari. Et Nouella *123*. Iuſtinianus, Si, ait, illi, quibus negocium datum eſt orandi pro populo, indigni miniſterio Dei inuenti fuerint, quomodo pro populi delictis placare Deum poterunt? Hinc ſanctus Leo ep. 90. ex Apoſtolica traditione probat, presbyteris aut diaconis pro crimine aliquo non eſſe per manus impoſitionem pœnitendi remedium concedendum, ſed alia rigidiore ipſis ſatisfactione vtendum. Vide d. 50. c. Alienum, & c. De his D. Aug. in Pſal. 34. con. *2*. pater bonus & iuſtus non perſequitur filium luxurioſum: perſequitur vitia eius, non ipſum, non quod genuit, ſed quod ille addidit.

Eſt vltimò hic Notandum, quantum liberis & ſubditis patrum maiorumq; indulgentia obſit, quantumque ea peccatum ſit. Vide Prouerb. *13*. Eccleſ. *7*. 30. *39*. *41*. S. Baſilium ſerm. *3*. de pœnitentia, & prooemio de iudicio. Meliſſam lib. *2*. ſerm. *10*. S. Greg. c. *3*. l. *2*. Angelomus, Diſcant, ait, Sacerdotes quod non debeant propter vllos humanos fauores, aut commoda terrena, iis quibus præſunt, non ſolum aſſentire & blandiri, ſed nec lenitate & manſuetudine: imò dura ac ſeuera increpatione corrigere & emendare. conſt. Apoſt. l. *2*. c. *9*. & *10*. debet Epiſcopus peccatores punire, neque temere ignoſcere: vti Agago Saul, filiis ipſe Heli. *Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos*. Verba D. Chryſ. h. *9*. in 1. ep. ad Tim. Heli propter filios perijt &c. & l. *3*. adu. vitup. vitæ monaſticæ, totam hanc hiſtoriam vtiliſſime perſequitur. Sic Varro l. *8*. de LL. ſi quis puerorũ per delicias pedes male ponere, atq; imitari vacias cœperit, hos corrigi oportere ſi concedant; contra, ſi quis in conſuetudine ambulandi, iam factus ſit vacia aut compernis: ſi eum corrigi non concedant; non ſequitur, vt ſtultè faciant, qui pueris in geniculis obligant ſerperaſtra, vt eorum deprauata corrigant crura. D. Hier. in Ezech. qui aratri ſtiuam tenet, non debet reſpicere poſt tergum, nec imitari vxorem Loth; ne incidat in plagã *D*euteronomij, & pereat ἀπεγνόνῳ inſanabili, quo cecidit & Heli; quia vitio filiorum offenderat *D*eum, & c. *3*. ſcien-

dum eſſe: quod aliud ſit in faciem cadere, aliud retrorſum: Abraham cecidit in faciem. Gen. 17. Heli autem qui peccauerat, retrorſum cecidit. Hermas l. 1. non tui cauſa iraſcitur Dominus; ſed propter domum tuam ô Heli. & tu cum ſis amator filiorum, non commonuiſti domum tuam, ſed dimiſiſti illos violenter conuerſari: propter hoc iraſcitur tibi Dominus.

In prophetia verò v. 27. tria conſideranda. primum quis propheta? Putat Abul. q. 22. potius eſſe Angelum, quam hominem: ſed quemadmodum Iudic. 3. ſine cauſa verborum proprietas deſeritur, cum vir vocetur, ſeu, vt eſt apud Auguſt. l. 17. ciuit. c. 5. homo. Rabbini vetuſtiores apud Auth. Trad. aiunt eſſe Phineem, qui idem Elias ſit. ſed in Iudicibus non ſemel id exploſum. Recentiores vt R. Salomo in comm. & apud Lyranum ac Vatablum eſſe ipſum Samuelis patrem Elcanam; ſed argumento nullo. Ideoque ipſius nomen cum taceatur, ignotum fateri malo.

Secundum. Quando prophetia hæc facta? Vetuſtiores Hebræi, ait Author Trad. ante tempus Samuelis dicta hæc fuiſſe arbitrantur, ſed hic ob gloriam Samuelis interpoſita. Vnde poſſet illud (venit) verti, venerat: ſcilicet, iam olim ante annos aliquot, vel antequam in templum offerretur Samuel, vel nõ multò poſt.

Tertium. Quid contineat hæc prophetia? Tria nimirum. primum eſt, beneficiorum Dei commemoratio, verſ. 28. 29 30. In iis verò eſt ea reuelatio, quæ Aaroni facta eſt, Exodi 4. vbi non ſolus Moyſis aduentus, ſed ſacerdotij etiam dignitas ei prædicta, vti hinc colligitur. Vocatur verò huius Heli pater Aaron, quia ex eo, non per Eleazarum, ſed per eius fratrem Ithamarum deſcendebat: quemadmodum inde colligitur, quod huius Heli abnepos Abiathar 3. Reg. 2. in Ithamari poſteris ponitur, 1. Paral. 24. Secundum, peccatorum exprobratio, verſ. 29. Tertium, pœna, verſ. 31. quæ quadruplex: prima, Pontificatus ademptio, verſ. 30. 31.

Nota primò. Phineæ ſucceſſiſſe in Pontificatu filium Abiezerẽ, huic filium Bozeem, huic filium Oh ezin, vt ait l. 5. c. vlt. Ioſephus. Ab his verò Eleazaræis tranſlatus deinde Pontificatus in Ithamaræos: & primò quidem, vt idem Ioſephus refert, in noſtrum Heli. Addit tamen Ioſephus, iſto adhuc viuente, ed præ ſenectute ad ſacerdotalem functionem inepto, Pontificem fuiſſe ipſius filium Phineem. Id tamen è ſcriptura colligi nequit, neque fortè verum eſt. quid enim erat, quod quidem per ſe agere deberet, quod ab illo agi non poſſet? an Pontificalem dignitatem non tuetur, qui cap. 4. arcam emittit, & illum ipſum Phinees, quaſi fratre altero nihilo maiorem? & cur Phinees potius, quã Ophni Pontifex ab illo factus eſſet? cum iſte, quaſi primogenitus, priore ſemper loco nominetur, cap 1. v. 3 c. 2 v. 34 c 4. v. 4. 11. vnde & à Sigonio lib. 5. de Repub. Hebræorum cap. 2. rectè omittitur Phinees iſte, & ab eodem Ioſepho ibid. l. 5. c. 11. ſemper Heli Pontifex vocatur. Cur verò ab Eleazaræis in Ithamaræos iſtos Sacerdotij tranſlatio hæc facta ſit, non exprimitur quidem in ſcriptura: rectè tamen, vt ait Abul. qu. 29. cauſa in Eleazaræorum illorum improbitatem confertur. cum ab iis eandem ob cauſam ad Eleazaræos rurſum transferatur hic, v. 30. Quæ enim alia res promiſſionem ipſi Phineæ factam, Numer. 25 intercideret?

Secundò nota. Brachii nomine, v. 31. ſignificatur fortitudo & robur, quod S. Greg. & Angelom. & Vatabl. dicunt eſſe ipſum Sacerdotium. 70. verò, ſemẽ; & S. Aug. loc. cit. Chaldæus, ſeminis fortitudinem. Tertiò. Senex ibid. accipitur, interprete Lyrano, ſecundum ætatem, potius tamen ſecundum ſapientiam, vt apud Vatabl. quidam aiunt, accipiendus; vel magis ſecundum dignitatem: vt ſit ſenex ipſe ſummus Sacerdos. quemadmodum explicant Auguſt. Angelomus, Author Traditionum.

Altera pœna erat conſtitutio Sacerdotis ex altera familia, non qui eſſet ipſe
Samuel

Samuel; vt Author Trad. Auguſt. Angelom. putant, ſed Eleazaræus. Licet enim Sacerdos fuerit Samuel, vt infrà dicetur; quod tamen hîc prædicitur, expreſsè memorat ſcriptura, 3. Reg. 2. factum eſſe, dum Ithamaræus Abiathar reiectus eſt, & in ipſius locum ſuffectus Sadoc, qui & eius deinceps poſteri vocantur æmuli ipſius Heli; quorum gloriam & felicitatem non per ſe, ſed per poſteros vidit, magnumque inde dolorem cepit. Quod additur, veruntamen v. 33, ſignificat, quia, &c, quemadmodum habent Chald. Hebr. Græci. Huc verò κατὰ τὴν ἱστορίαν pertinet, quod de ſacerdote fideli excitando dicitur, v. 35.

Tertia pœna; mors: primò magnæ partis domus ipſius Heli, & quidem in ætate iuuenili, atque ferro virorum, inquiunt 70. habent hebr. Chald. & 70. omnem domus multitudinem perituram, rectè tamen noſter interpres, cum v. 33. 36. conſtet aliquot ſuperfuturos. Cædes verò iſta maximè contigit infrà c. 22. ſecundò, mors filiorum duorum, v. 34. Sed quomodo, & cuius rei ſignum ea eſſe dicitur? Reſp. omnium aliorum quæ hic prænunciabantur, & occultiora erant.

Quarta pœna: Vilitas & paupertas eorum, qui ex ipſius ſemine reſidui forent, v. 36. Venturi enim dicuntur hebraicè, vt ſummum Pontificem adorent: licet enim id Auguſt. neget, & rectè, ſi de latrica adoratione agatur; cum tamen cultum humanum ſignificat, ſæpè dictum eſt, homines etiam adorari. hæc autem adoratio fiebat, vt ſacerdos pro adorāte oraret: quemadmodum interpres noſter ſignificat, apud quem fortè legendum non adferat, ſed auferat nummū, id eſt, accipiat: quēadmodum ſenſus videtur eſſe in hebr. Chald. & 70. & quod ſequitur de parte ſacerdotalium ſalariorum, ſignificat.

Sed & Nota. Iſtam Sacerdotii translationem verbo & facto eam ſignificare, quæ ab Aaronica ſtirpe tota, in Chriſtum Dominum eiuſque ſacerdotes facta eſt, quemadmodum explicant Auguſt. l. 17. ciuit. c. 5. S. Greg. l. 2. c. 3. Angelom. Theodor q. 10. Procopius, Iulianus Pomerius l. 1. cont. Iudæos. Neque enim ex domo Heli tantum, ſed ipſius etiam patris, id eſt, ex toto Aaronitarum genere ſacerdotium auferendum fuit, v. 30 31. Videmus verò hodie Iudæos abſque ſacerdotio eſſe, & inter eos, inquit Auguſt. quicunque eſt ex Aaronico genere, cum videt ſacrificium Chriſtianorum toto orbe pollere, ſibi autem honorem illum magnum eſſe ſubtractum, deficiunt oculi eius, & defluit anima eius tabe mœroris. mors verò illa filiorum, ſignificauit mortem ipſius Sacerdotii de filiis Aaron, inquit Auguſt. & ſacerdos ille fidelis, v. 35. maximè & principaliter eſt Chriſtus Dominus, inquit Procop. Theodor. Buccella porrò panis ſignificat Chriſtianum ſacrificium, quod è panis materia fit, vt aiunt Euſeb 4. demonſtr. c. 26. Cyprian. lib. 1. contra Iudæos c. 17. Gregorius, Eucherius, Angelom. Beda hic, Iulianus & Auguſt. loc. cit. Manducare panem, ait Auguſt. eſt in nouo teſtamento ſacrificium Chriſtianorū. Et paulò ante, per manducare, panem ipſum ſacrificii genus eleganter expreſſit; de quo dicit ſacerdos ipſe, panis quem ego dabo, &c. Ioan. 6. ipſum eſt ſacrificium, non ſecundum ordinem Aaron, ſed ſecundum ordinem Melchiſedech. qui legit, intelligat. Hæc ille.

CAPVT III.

1. PVer autem Samuel miniſtrabat Domino coram Heli, & ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis, non erat viſio manifeſta. 2. Factum eſt ergo in die quadam, Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerant; nec poterat videre: 3. lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, vbi erat arca Dei. 4. Et vocauit Dominus Samuel. Qui reſpondens, ait: Ecce ego. 5. Et cucurrit ad Heli, & dixit;

dixit: Ecce ego: vocaſti enim me. Qui dixit: Non vocaui: reuerte-
re,& dormi. Et abijt,& dormiuit. 6. Et adiecit Dominus rurſum vo-
care Samuelem. Conſurgenſque Samuel, abijt ad Heli,& dixit: Ec-
ce ego quia vocaſti me. Qui reſpondit: Non vocaui te fili mi: re-
uertere & dormi. 7. Porro Samuel necdum ſciebat Dominum, ne-
que reuelatus fuerat ei ſermo Domini. 8. Et adiecit Dominus,& vo-
cauit adhuc Samuelem tertio. Qui conſurgens abijt ad Heli, 9. &
ait: Ecce ego; quia vocaſti me. Intellexit ergo Heli, quia Dominus
vocaret puerum: & ait ad Samuelem: Vade,& dormi; & ſi deinceps
vocauerit te, dices: Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. Abijt
ergo Samuel, & dormiuit in loco ſuo. 10. Et venit Dominus, & ſte-
tit; & vocauit, ſicut vocauerat ſecundo, Samuel, Samuel. Et ait Sa-
muel: Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. 11. Et dixit Domi-
nus ad Samuelem: Ecce ego facio verbum in Iſrael; quod quicunq;
audierit, tinnient ambæ aures eius. 12. In die illa ſuſcitabo aduerſum
Heli omnia quæ locutus ſum ſuper domum eius: incipiam,& com-
plebo. 13. Prædixi enim quòd iudicaturus eſſem domum eius in æ-
ternum, propter iniquitatem, eo quòd nouerat indigne agere filios
ſuos,& non corripuerit eos. 14. Idcirco iuraui domui Heli quod nõ
expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vſq; in æter-
num. 15. Dormiuit autem Samuel vſque mane, aperuitque oſtia do-
mus Domini. Et Samuel timebat indicare viſionem Heli. 16. Voca-
uit ergo Heli Samuelem, & dixit; Samuel fili mi? Qui reſpondens,
ait; Præſto ſum. 17. Et interrogauit eum; Quis eſt ſermo, quem lo-
cutus eſt Dominus ad te? oro te ne celaueris me. hæc faciat tibi
Deus, & hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonem ex omnibus ver-
bis, quæ dicta ſunt tibi. 18. Indicauit itaque ei Samuel vniuerſos ſer-
mones,& non abſcondit ab eo. Et ille reſpondit; Dominus eſt; quod
bonum eſt in oculis ſuis, faciat. 19. Creuit autem Samuel,& Domi-
nus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram.
20. Et cognouit vniuerſus Iſrael à Dan, vſque Berſabee, quod fidelis
Samuel Propheta eſſet Domini. 21. Et addidit Dominus vt appare-
ret in Silo, quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iux-
ta verbum Domini. Et euenit ſermo Samuelis vniuerſo Iſraeli.

COMMENTARIVS.

Tempus Prophetiæ Samuelis.

QVando pretioſus erat ſermo Domini, v. 1. i. rarus. Nam quæ rara, chara, ita vt tunc rari eſſent Prophetę, quibus cum Deus loqueretur; ſeu vt eodem ſenſu additur, non erat viſio manifeſta, i. inquit Chald. prophetia, quæ publicè innoteſceret. Eodem ſignificatu dicitur hebr. Prouerb. 25. v. 17. fac pretioſum pedem tuum in domo amici tui, 70. rarum; noſter, ſubtrahe pedem tuum.

Ætas Heli erat ferè tunc 98. annorum, c. 4. v. 15. vbi 70. minorem numerum detra-

detrahunt, & maiorem tantum, vt fieri quandoq; ſolet; exprimunt 90. Samuelis verò ætas quæ fuerit, opinio eſt duplex: prima, Rabinorum in Seder c. 13 fuiſſe annorum 40. tot ſcilic. quot Iudex fuit Heli. ſed clarè indicat caput tertium, v. 1. 9. 19. fuiſſe puerum. ſecunda, Ioſephi lib. 4. c. 11. fuiſſe annorum 12. ſed malè Abulenſis hoſce annos nondum expletos fuiſſe cenſet, vti quoque Cedrenus. Nam diſertè Ioſephus, πεπληρωκὼς, ait, ἔτος δωδέκατον προεφήτευε. ideoque 12. annorum erat expletorum, & iam decimumtertium agebat.

Nocturnum etiam tempus erat, cum locutus ipſi eſt Dominus, v. 3. Sed illa, de lucerna, verba variè hactenus lecta & intellecta ſunt. primò, in quarto caſu: quaſi antequam lux diuina fieret, vel cum prope eſſet vt extingueretur, eam videre non poſſet Heli: ita Rabanus, Angelom. Eucherius, Abul Caietanus. Alij in primo caſu, vt lucerna videre, aut videri non poſſet. Alij in eodem caſu, ſed puncto præpoſito, vt Author Trad. Græci, Lyranus, & tandem Clementina Biblia correcta, quæ litem dirimunt, vt ſignificetur non tempus veſpertinum, vti cenſet Theodor. qu. 11. & Procop. ſed matutinum ante auroram, poſteaquā ſomni iam aliquid cepiſſet Samuel, vti textus oſtendit, & Abul. q. 1. & 2. Tunc enim lucernæ cōcinnari ſolebant earum aliquot extinctis, de quib. dixi in Exodo, c. 30. Theod. præf. in ep D. Pauli, ait: Samueli cum eſſet adoleſcentulus, ne primum quidem miniſterium, obire à ſacerdotibus permiſſum eſt; immatura enim ætas, eum ab obeundo munere arcebat. tamē & Dei vocem accepit, cum quid Deus eſſet, nondum didiciſſet, &c. Caſs. coll 2. c. 14. Samuelem à ſeniore inſtitui, cur voluerit Deus, ait: puerum Samuelē iudicio Domini prælectum, ſua noluit per ſemetipſum diuini eloquij diſciplina Dominus erudire, ſed recurrere ſemel, & iterum paſſus eſt ad ſenem, &c. addi poteſt, id factum eſſe; vt ſenex rem diligentius cogitaret crederetque.

De loco Prophetiæ. Templum erat, vbi noctu dormiebat Samuel, & vbi arca erat, id eſt, in proxima quadam exhedra ſeu loco, quem Chald. vocat, atrium Leuitarum, de quo Samuelis loco Oecumenius in c. 9. Hebr.

Modus Prophetiæ. Traditur v. 4. & ſeq. cum enim diuinam allocutionem expertus nunquam antea eſſet Samuel, v. 1. & 7. ſe ab Heli, à quo interdum excitari ſolebat, vocari ter putauit; ſed quarta vice cum ab Heli eſſet inſtructus, aſtitit ei Dominus, v. 10. ſpecie quadam corporali, vt colligitur ex v. 15. eaq; pulchra & ſplendida, quod Chald. ſignificat v. 10. dum Domini gloriam ei reuelatam ait: vocabat verò eum Dominus ſemper ſecundò, id eſt, iterando nomen: Samuel, Samuel, v. 10. Repetit verò & confirmat Dominus ſuperioris prophetæ prophetiam cum noua exaggeratione, futurum vt omnium aures tinnirent, ſeu exhorreſcerent; quod refert Lyran. ad Arcæ captionem; Abulen. ad Sacerdotum cædem, c. 22. Ego ad vtraque, & omnia horribilia ipſis coniuncta, ſicuti & Angelom. & Auth. Trad. Iudicare v. 13. eſt punire, vt Græci & Chaldæus vertit. De præclaro Heli reſponſo, v. 18. Theodor. Procop. Chryſoſt. l. 3. monaſticæ. Quod verò adoleſcentulum ſene poſthabito alloquatur Dominus, dicit Chryſoſt. & Theodor. quæſt. 12. ſignificari, quanto canitie melior ſit iuuentus, quæ virtute ornatur. D. Bernard. ſub finem ſermo. de ſeptem ſpirit. felix ait & beata anima, quæ venas diuini ſuſurrii percipit in ſilentio, frequenter iterans illud Samuelis: loquere Domine; quia audit ſeruus tuus. S. Ephrem lib. de virt. c. 2. t. 2. f. 42. Samuel per obedientiam quam Heli ſacerdoti præſtitit, dignus eſt, qui vocem Dei audiret. & paræ. 13. f. 115. exemplum humilitatis in Samuele Propheta habetis. non enim exaltatum eſt cor eius aduerſus Heli ſacerdotem, quamuis etiam à Deo audiſſet de viro iſto. & paræn. 21. vide frater, ne negligas te ſobrium, ac vigilantem præbere in omnibus. nonne audiſti, quod ſæpius vocatus Propheta Samuel, neque ſemel cunctatus ſit ſurgere, quantumuis adhuc puer eſſet?

CAPVT

CAPVT IV.

1. ET factum eſt in diebus illis, conuenerunt Philiſthijm
in pugnam: & egreſſus eſt Iſrael obuiam Philiſthijm in
prælium,& caſtrametatus eſt iuxta Lapidem adiutorij.
Porro Philiſthijm venerunt in Aphec,2.& inſtruxerunt
aciem contra Iſrael. Inito autem certamine, terga vertit Iſrael Phili-
ſthæis: & cæſa ſunt in illo certamine paſſim per agros,quaſi quatuor
millia virorum. 3. Et reuerſus eſt populus ad caſtra: dixeruntq; ma-
iores natu de Iſrael: Quare percuſſit nos Dominus hodie corã Phi-
liſthijm? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini,& veniat
in medium noſtri , vt ſaluet nos de manu inimicorum noſtrorum.
4.Miſit ergo populus in Silo,& tulerunt inde arcam fœderis Domi-
ni exercituum ſedentis ſuper Cherubim: erantq; duo filij Heli cum
arca fœderis Dei,Ophni & Phinees. 5. Cumque veniſſet arca fœde-
ris Domini in caſtra,vociferatus eſt omnis Iſrael clamore grandi, &
perſonuit terra. 6.Et audierunt Philiſthijm vocẽ clamoris,dixerũt-
que: Quænã eſt hæc vox clamoris magni in caſtris Hebræorum? Et
cognouerunt quod arca Domini veniſſet in caſtra. 7.Timueruntq;
Philiſthijm,dicentes: Venit Deus in caſtra. Et ingemuerunt,dicẽ-
tes:8.Væ nobis: non n.fuit tanta exultatio heri & nudiuſtertius: væ
nobis. Quis nos ſaluabit de manu Deorum ſublimium iſtorum? hi
ſunt Dij,qui percuſſerunt Ægyptum omni plaga,in deſerto. 9.Cõ-
fortamini,& eſtote viri,Philiſthijm: ne ſeruiatis Hebræis,ſicut & il-
li ſeruierunt vobis: confortamini,& bellate. 10. Pugnauerunt ergo
Philiſthijm, & cæſus eſt Iſrael, & fugit vnuſquiſq; in tabernaculum
ſuum; & facta eſt plaga magna nimis; & ceciderunt de Iſrael trigin-
ta millia peditum. 11.Et arca Dei capta eſt: duo quoq; filij Heli mor-
tui ſunt,Ophni & Phinees. 12.Currens autem vir de Beniamin ex a-
cie, venit in Silo in die illa, ſciſſa veſte, & conſperſus puluere caput.
13.Cumque ille veniſſet, Heli ſedebat ſuper ſellam contra viam ſpe-
ctans, Erat enim cor eius pro arca Dei. Vir autem ille poſtquam in-
greſſus eſt,nunciauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas. 14. Et audiuit
Heli ſonitum clamoris, dixitque: Quis eſt hic ſonitus tumultus hu-
ius? At ille feſtinauit,& venit,& nunciauit Heli. 15. Heli autem erat
nonaginta & octo annorum,& oculi eius caligauerant, & videre nõ
poterat. 16.Et dixit ad Heli; Ego ſum qui veni de prælio,& ego qui
de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid factum eſt fili mi? 17. Reſpon-
dens aũt ille,qui nunciabat, Fugit,inquit,Iſrael coram Philiſthijm,
& ruina magna facta eſt in populo: inſup & duo filij tui mortui ſunt,
Ophni & Phinees: & arca Dei capta eſt.18.Cumque ille nominaſſet
arcam Dei,cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium, & fractis ceruici-
bus

bus mortuus eſt. Senex enim erat vir & grandæuus: & ipſe iudicauit
Iſrael quadraginta annis. 19. Nurus autem eius, vxor Phinees, præ-
gnans erat, vicinaque partui: & audito nuncio quòd capta eſſet arca
Dei, & ſocer ſuus, & vir ſuus, incuruauit ſe & peperit: irruerant enim
in eam dolores ſubiti. 20. In ipſo autem momento mortis eius, di-
xerunt ei quæ ſtabant circa eam: Ne timeas, quia filium peperiſti.
Quæ non reſpondit eis, neq; animaduertit. 21. Et vocauit puerum,
Ichabod, dicens: Translata eſt gloria de Iſräel, quia capta eſt arca
Dei, & pro ſocero ſuo, & pro viro ſuo; 22. & ait: Translata eſt gloria
ab Iſrael, eo quod capta eſſet arca Dei.

COMMENTARIVS.

EVentus Prophetiæ. Certiſſimus fuit, v. *19.* & *20.* aliarumque plurium, quæ non explicantur, vaticinationum principium, verſ. *21.* Et huius vnius facta ſpeciatim explicantur, c. *22.* *3.* Reg. *2.* & c. *4.* prima, vbi duplices calamitates proponuntur, publicæ, & ipſius Heli priuatæ. Publicæ ſunt duæ: prima, ſtrages Iſraëlitarum duobus præliis triginta quatuor millium hominum. Licet enim Sacerdotum ſcelera occaſionem populo dederint negligentius templum celebrandi, rariuſque ſacrificandi: à peccato tamen omninò immunes non fuiſſe, tanta cædes indicat, inquit Abul. q. *4.* ſecunda eſt arcæ captio, v. 7. quæ vt ait Theodor. quæſt. *13.* & Procop. duo docet. primò, rectè viuentes Hebræos Dei prouidentiæ confidere. deinde, peccantes verò, neque ipſi Deo, neque arcæ fidere. Legis tranſgreſſores, inquit Author mirabilium ſcripturæ lib. 2. c. *7.* nequaquam legis arca tuetur, ſed quæ in ea lex erat, arguit, ait Procopius & Theodoretus.

Sed vnde Iſraëlitis ſenioribus hoc arcæ adducendæ conſilium? Eſt nimirum gentibus penè omnibus à natura inſita opinio, numen etſi alioquin vbique ſit, ſemperque tueri poſſit, ibi tamen maximè opitulari, vbi ſacra & religiones quæpiam fuerint. Deinde excitabat eos beneficiorum per arcam acceptorum memoria, in Hierichuntina expugnatione, & in ſolitudine, Numer. 10: vti etiam ipſimet Philiſthæi fatentur, verſ. 8. vbi pro deſerto intelligi poſſet, verbum, vt Cant. 4. verſ. 5. quaſi ſolo verbo Ægyptios percuſſerit Deus, retinendo tamen deſertum, vt vox hebr. ſignificat ferè ſemper, dicunt apud Vatablum Hebræi ſignificari mare rubrum, vel potius cum *70.* intelligendam particulam, Et, vnde Chaldæus, Populo, ait, ſuo fecit in deſerto multa miracula. Hinc verò reliquiarum circumlatio fuit etiam olim in Chriſtianorum bellis vſitata: vti de Conſtantino Magno refert Euſebius, & Concilium Francicum in Sancti Bonifacii hiſtoria. licet enim propter peccata non ſemper malum omne auertant, & ab hoſtibus interdum capiantur, ſæpè tamen depellunt, iſque cultus ſemper Deo placet, vt quæſt. 5 docet Abulenſis. D. Athanaſ. de interp. pſal. ad Marcellinum. ſi bellum ait populo ingruerat, arca, in qua erant tabulæ legis, ante omnes præcedebat, & hoc ſufficiebat illis pro quauis acie in ſubſidium: niſi in baiulis arcæ aut in populo aliquod ſcelus, aut hypocriſis hæreret: fide ſiquidem & ſana affectione opus eſt, vt lex noſtris precibus cooperetur.

Sed operæ fuerit pretiũ, quibus in rebus hæretici noſtri præſidãt, intelligere. Ex eorum. n. numero Ioannes Buchenhagius, hoc loco, Cõfidimus, ait in arca; ad opera dico, licet nõ Papiſtica (quæ ſcilicet ſunt fidei in Chriſtũ, amoris Dei, pietatis, &c.) tamen ad opera; putantes nos in hoc Chriſtianos, quod baptiza-

mur germanicè, ſumimus Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, comedimus carnes diebus ieiuniorum, Clerici ducimus vxores, contemnimus cæremonias. cæterum nosipſi nihil habemus fidei aut Charitatis. Hæc ille.

Propriæ verò ipſius Heli calamitates triplices ſunt. prima, duo ipſius filij cęſi, v.*11.* ſecunda, ipſe ceruicem fregit, v.*18.* vel vt *70.* dorſum cadens contriuit. Sedebat n. in alto throno, inquit Ioſeph. ad portã, vt videtur textus ſignificare, ipſius vrbis, vbi ſcilic. iudicij domus erat, Ruth 4. Glycas tñ, parte ſecunda, & longè ante ipſum Tertullianus lib. de Ieiun. c *10.* Chryſoſt. l. 3. Monaſt. dicit, pro foribus templi. tertia, ipſius nurus præ dolore fœtum edidit, v.*19.* ſeptimeſtrem, inquit Ioſephus, & eodem die ſtatim mortua eſt, cum illum nominaſſet Ichabod, id eſt, adoxiam, inquit Ioſephus, quaſi eſſet non gloria, vel, vbi gloria? Monet Carthuſianus art. *10.* quam nos de terræ ſanctæ, tot Eccleſiarum, & animarum captione ab hoſtibus dolere oporteret. Fuit Heli iudex annos 40. vt habent iam hebr. & alij interpretes Græci, præter *70.* vt ait Procop. totidemque agnoſcit Theodor. q. 12. Ioſephus l. *5.* cap. vlt. & Latini. *70.* tamen correcti, tantum *20.* & ita eos ſcripſiſſe tradit Euſebius chronico, Procopius, Chryſoſt. lib. 3. monaſt. Sulpitius, & veteres libri, vt eſt in notatione 70. & Maſio cap. vlt. Ioſue, Cedrenus 1. ei tribuit 20. poſtea 40. Sigonius in Sulp. conciliare illos nititur, quaſi iudex fuerit Eli annos *40.* ſed Sacerdos tantum *20.* At nulla ex re diſcrimen iſtud colligi poteſt; & tam poſſet dici annos fuiſſe *40.* Sacerdotem, & 20. Iudicem, quàm contra. cum in *70.* ſit εἴκοσι ἔτη. vide Canum l. 11. c. 5. ad *11.*

Quæritur; An Heli damnatus ſit? Aſſerere videtur Beda, & ante ipſum ſanctus Gregor. l. 2. c. *3.* Magnus, ait, nobis timor incutitur, quia *H*eli filiorum culpa damnatur, cuius peccata nulla referuntur. nam bonis ſubditis benè viuere ad ſalutem ſufficit, prælatis verò propria vita non ſufficit. Et poſtea. Si Heli repulſionem intelligunt, &c. & Paſtoralis, p. 2. c *6.* quia, inquit, falſa pietate ſuperatus ferire Heli delinquentes filios noluit, apud diſtrictum iudicem ſemetipſum cum filiis crudeli damnatione percuſſit. S. Hieronym. ep. ad Sab. Heli Sacerdos ſanctus fuit. & cap. vſque pereat inſanabilis. Gildas ferè ſub finem. Heli ait ille ſacerdos in Silo, pro eo, quod non digno Deo zelo ſeuere in filios contemnentes *D*eum vltus fuerat, ſed molliter & clementer, vtpote paterno affectu monuerat, tali animaduerſione damnatur. Meliora tamen cum Lyrano & Carthuſiano ar. 7. ſpero. Etſi enim temporalem pœnam euadere non potuit; æternam tamen pœnitentia euaſit. cum & poſt *S*amuelis prophetiam temporis ſatis habuerit, ipſiusq; virtus magnoperè commendetur c 3. v. 19. c. 4. v. *13.* 18. Damnatio verò poteſt de temporali vitæ damno intelligi, quemadmdum apud Auguſt. l. *17.* c. 4. ciuit. ipſius reprobatio. Apud Chryſoſt. l. 3 monaſt. cum poſtea de æterno cruciatu primum loquatur, & hom. *17.* in Matth. videatur idẽ Chryſoſt. in 1. Timoth. hom 9. in Geneſ. hom. *59.* S. Hieron. l. *1.* contra Iouinian. lib. *1.* contra Pelag. epiſt. ad Oceanum.

CAPVT V.

1. PHiliſthijm autem tulerunt arcam Dei, & aſportauerunt
eam à Lapide adiutorij in Azotum. 2. Tuleruntque
Philiſthijm arcam Dei, & intulerunt eam in templum
Dagon, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon. 3. Cumque ſurrexiſſent
diluculo Azotij altera die, ecce *D*agon iacebat pronus in
terra ante arcam *D*omini: & tulerunt Dagon, & reſtituerunt eum in
locum ſuum. 4. Rurſumque mane die altera conſurgentes, inuene-

nerunt

nerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca Do-
mini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erãt
ſuper limen: 5. porro Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo.
Propter hanc cauſam non calcant ſacerdotes Dagon, & omnes qui
ingrediuntur templum eius, ſuper limen Dagon in Azoto, vſque in
hodiernum diem. 6. Aggrauata eſt autem manus Domini ſuper A-
zotios, & demolitus eſt eos: & percuſſit in ſecretiori parte natium
Azotum, & fines eius. Et ebullierunt villæ & agri in medio regionis
illius, & nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis magnæ in ciui-
tate. 7. Videntes autem viri Azotij huiuſcemodi plagam, dixerunt:
Non maneat arca Dei Iſrael apud nos: quoniam dura eſt manus eius
ſuper nos, & ſuper Dagon Deum noſtrum. 8. Et mittentes congre-
gauerunt omnes ſatrapas Philiſthinorum ad ſe, & dixerunt: Quid fa-
ciemus de arca Dei Iſrael? Reſponderuntq; Gethæi: Circumducatur
arca Dei Iſrael. Et circumduxerunt arcam Dei Iſrael. 9. Illis autẽ cir-
cumducentibus eam, fiebat manus Domini per ſingulas ciuitates
interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros vniuſcuiuſque vr-
bis, à paruo vſq; ad maiorem, & computreſcebant prominentes ex-
tales eorum. Inieruntq; Gethæi cõſilium, & fecerunt ſibi ſedes pel-
liceas. 10. Miſerunt ergo arcam Dei in Accaron. Cumq; veniſſet arca
Dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes: Adduxerũt
ad nos arcam Dei Iſrael, vt interficiat nos & populum noſtrũ. 11. Mi-
ſerunt itaq; & congregauerunt omnes ſatrapas Philiſthinorum: qui
dixerunt: Dimittite arcam Dei Iſrael, & reuertatur in locum ſuum,
& non interficiat nos cũ populo noſtro. 12. Fiebat enim pauor mor-
tis in ſingulis vrbibus, & grauiſſima valde manus Dei. viri quoq;, qui
mortui non fuerant, percutiebantur in ſecretiori parte natium: & a-
ſcendebat vlulatus vniuſcuiuſq; ciuitatis in cœlum.

COMMENTARIVS.

De arca Dei iam capta, tria referuntur.

PRIMVM. Quid apud hoſtes egerit, hoc c. 5. deinde, quomodo ab iis reuerſa ſit, c. 6. tertiò, vbi reuerſa manſerit. c. 7.

PRIMVM. Grauiſſima Palæſthinorum diis, hominibus, & terræ damna intulit, c. 6. v. 5. Nam vt aiunt Theodor. q. 13. & Procop. dum Palæſthini arca apparente, & Hebræis vociferantibus extimuiſſent, vtilitatem & auxilium acceperunt; cum verò poſt victoriam arcam eandem contempſiſſent, ipſa experientia, quanta Dei virtus eſſet, didicerunt. Diis ergo dãnum intulit, quia in eorum præcipui, qui Dagon, ſeu vt Iudic. 16. dictũ, Venus fuit, tẽplo collocata: vel vt ei honos haberetur, quemadmodum putat Aug. l. 10. ciuit. c. 17. vel vt Deo illi quaſi victoriæ authori manubiarũ inſtar eſſet, quẽadmodum Ioſeph. vult l. 6. c. 1. Theod. & Proc. noctu ſua de baſi Dagonẽ deiecit, vt coram arca iacens, eam adorare videretur. poſtea rurſum nocte deiectum, capite etiam manibuſque truncauit, ita vt reliquum corpus ſuo illo ante arcam loco

truncum remaneret, prout noſtro cum interprete Chaldæus tradit, & Græci non abnuunt. Euſeb. lib. *1.* de præp. Dagon. inuento frumento & aratro, vocatus eſt Iupiter Arotrius. En deorum iſtorum dedecus & imbecillitas, cuius apud Azotios memoria perpetua hæſit, dum templi calcare limen auſi deinceps non fuerunt, de quo Sophon. *1.* Sanctus Hieron. ſed oſculati ſunt aliorum etiam deinceps deorum limina, vt docent Dio l. 41 Tibull. li. *1.* c. *15.* & ex ijs Briſſonius lib. *1.* form. Putat Abul. q. 14. eum etiam locum, vbi truncus ille iacuerat, calcare nunquam auſos, quia eadem ratio videtur. noua quoque nupta limen tangere non debebat mariti, ne vt Seruius ait à ſacrilegio inchoaret, ſi depoſitura virginitatem, calcaret rem Veſtæ, id eſt, numini caſtiſſimo conſecratam. vide Iſid. lib. *9.* cap. vlt. & Briſs. lib. de ritu nupt. f. *231.* Videntur verò alij etiam dij alııs etiam in vrbibus, vel eadem vel ſimili quapiam pœna mulctati ex cap. *6.* v. *5.* vbi, vt ait Gregor. Beda, cap. *3.* Angelom. ſignificatur idololatriæ interitus per arcæ dominicæ ad gentes aduentum.

Secundum damnum, hominibus maximè duplex illatum. primum, plurimi acerbiſſima morte mortui ſunt, v. *6.* demolitus eſt eos, id eſt, vaſtauit, perdidit, vt v. *9.* 10. *11. 12.* ſecundum, qui reſidui fuerunt, ſeu qui mortui non ſunt, mortis tamen metu valde perculſi ſunt, & morbo fœdiſſimo percuſſi, & quidem vt videtur omnes, ex v. 12. hebr. Chald. & apud *70.* licet in bibliis regiis græcè aliter. In ea enim corporis parte ſæuiebat, quam vel nominare pudor eſt, eumque dolorem efficiebat, qui maximus eſt, & v. *9.* ſic exprimitur; Computreſcebant prominentes extales eorum. hoc nomen hebr. vertit interpres, ver. *6.* & *12.* partem ſecretiorem, cui ſynonymum hebræum cap. ſeq. ponitur, v. *11.* & *17.* ita vt vnum pro altero legatur, Deuteron. 28. verſ. *25* Hunc morbum vocant aliqui cirinnium vel fratigium, apud Franciſcum Brugenſem: Vatab. Mariſcas (quas intrinſecus abſcõditas fuiſſe vult R. Dauid I. Rad Hebræi hæmorrhoidas. Alij morbum, quo podex procidit. Aquila vt apud Theod. & Procop. eſt, vertit phagedænam, id eſt, vlcus exedens ſeu cancroſum. Ioſephus l. cit. dyſenteriam quidem nominat, ſed non hunc, quo tantùm affligebantur, morbum, nec moriebantur, vt ex eius deſcriptione patet; ſed eum quo moriebantur. & diſtinguit Theodor. cum dyſenteriæ ſucceſſiſſe ait morbum ſedis. Strabo l. 14. Pygela oppidum in quo Munychiæ Dianæ fanum ab Agamemnone conditum. nã quia natium dolore correpti ſunt, illuc manſerunt &c. fol. *440.* ſed Mela & Plin. à fuga & Phygela vocant. V. Caſaub. f. *193.* Horum magnitudo malorum intelligitur, quia in omnibus vrbibus, quocunque arca duceretur, graſſabatur, verſ. *9.* & in omnibus eorum finibus ſeu pagis verſ. *6.* in omni hominum genere & ætate verſ. *9.* nullo efficaci remedio, & quidem ſeptem menſes cap. *6.* verſ. *1.* non tantùm quatuor, vt apud Ioſephum eſt, apud quem duos tantùm mendoſè legit Cedrenus. Hinc arcam ſub dio relinquere ſtatuebant, inquit Procopius & Theodor.

Sed tertium inde malum, murium ſcilicet immenſa vis, qui cum fructibus, vt ait Ioſephus, hortos, agros, vineas, depaſcerentur; Plerique verba illa verſ. *6.* Et ebullierunt villæ, &c. ſuppoſitia putant, vt Lyran. Franciſ. Burgenſis, Abul. quia in hebræo & Chald. non ſunt, imò nec in græcis & latinis regiis; res tamen ipſa exprimitur, cap *6.* verſ. 5. & hic non fuiſſe prætereunda videtur, cum cap. ſeq. malorum hic enumeratorum repetitio tantum ſit, huncque verſum habent 70. hic, & latina correcta. Eſt verò iſta murium calamitas intelligenda, vt illa ranarum, Exod. 8. Videatur lib. *8.* cap. 28. l. 10. cap. *65.* Plinius. Refertur ſimilis quædam pœna de Polono quodam Pompilio, ab Alberto Nouicampiano, præfat. in Bib. ſed à Lycoſth. lib. de prodig. vocatur Popielus Poloniæ Rex, vita & moribus infamis. & de nobili quodam, qui genio licentius vacabat à Felice Malleolo de nob. cap. *26.* Lyc. de prod. fol. *380.* Cromerus libr. 2. rerum Polon. &

lon. & Guagninus.& de quodam Hattone Moguntino Archiepiſcopo, apud Trithemium chron. Hirſch.& l. 4. de illuſt. Genebrard.an *970.* ſi tamē hiſtoria vera eſt, quā nec Sigebertus, nec Lambertus, nec veteres alij tradunt. certè fabulam eſſe ortam ex Poloni ſupplicio docet clariſſime R. P. Ioann. Buſæus in vindiciis pro Hattone *2.* Mog. Archiep. totam rem diſcutio in mea Moguntia. Cardanus in Peru ſimile quid ſub Hiſpanorum aduentum accidiſſe narrat. Ælian.l.*17.*& Diodor. narrant, quod de Coſa Rutilius Ruffus:

Dicuntur ciues quondam migrare coacti;
Muribus impoſtos deſeruiſſe lares.

Ant. Magirus in Palæſtina. fol. *241.* nonnullis ait in locis Palæſtinæ agri ſunt penè deſerti, ob murium & ſoricum abundantiam: quos niſi quædam aues deuorarent, nullam ſementem poſſent facere incolæ. Simile quid anno *96*,& *97.* variis in locis quo ad agros accidit. Hebræorum verò quidam tradunt iſtos mures è prominenti inteſtino ſanguinem ſuxiſſe. S. Greg. l *3.*c.*3.* momordiſſe, cum ad ventrem purgandum Philiſthæi exirent: Sulpitius; multa hominum millia letho dediſſe. Sedes verò pelliceas, v.*9* omittunt hebr. et Chald. habent tamen latina correcta, & *70* correcti, niſi quod pelliceas omittunt. Author mirabilium l.*2.*c.*7.* Qui miſera, inquit, animalia diuino cultu venerabantur, per miſerrima animalia in aduentu dominicæ legis caſtigantur; qui tabernaculi Domini interiora, id eſt, arcam extra limites ſuos protraxerunt, hi interiorum ſuorum foras prominentium fæda affliguntur clade. Cæſarius lib.8.cap.*27.* de Damiatanorum in collo vlceribus, legi poterit, qui cibum glutire non poterant, ob iniectum crucifixo laqueum. & lib. *5.* cap.*21.* recenſet verò Philaſtrius Muſoritas, qui ſorices inquit colunt, qui ſub Belo quoque ſacerdote, cum capta Arca fuiſſet, aureos mures fecerunt. hos autem ſorices ait idem Philaſ. à terra productos, & quidem vt Allophylorum fruges depaſcerentur. priorem pœnam tangit Sidonius f.*592.* *Obſcænus turgenti podice morbus.*

CAPVT VI.

1. Fuit ergo arca Domini in regione Philiſthinorum ſeptē
menſibus. 2. Et vocauerūt Philiſthijm ſacerdotes & di-
uinos, dicentes: Quid faciemus de arca Domini? indi-
cate nobis quomodo remittamus eam in locum ſuum. Qui dixe-
runt: 3. Si remittitis arcam Dei Iſrael, nolite dimittere eam vacuam,
ſed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & ſcietis
quare non recedat manus eius à vobis. 4. Qui dixerunt: Quid eſt
quod pro delicto reddere debeamus ei? Reſponderuntq; illi: 5. Iux-
ta numerum prouinciarum Philiſthinorum quinque anos aureos
facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vo-
bis, vt ſatrapis veſtris. Facietiſq; ſimilitudines anorum veſtrorum,
& ſimilitudines murium, qui demoliti ſunt terram. & dabitis Deo
Iſrael gloriam: ſi fortè releuet manum ſuam à vobis, & à dijs veſtris,
& à terra veſtra. 6. Quare aggrauatis corda veſtra, ſicut aggrauauit
Ægyptus, & Pharao cor ſuum? nonne poſtquam percuſſus eſt, tunc
dimiſit eos, & abierunt? 7. Nunc ergo arripite & facite plauſtrum
nouum vnum: & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum iu-
gum, iungite in plauſtro, & recludite vitulos earum domi. 8. Tolle-
tiſque arcam Domini, & ponetis in plauſtro, & vaſa aurea, quæ exol-

uiſtis ei ꝓ delicto, ponetis in capſellā ad latus eius: & dimittite eam vt
vadat. 9. Et aſpicietis: & ſi quidē per viam finium ſuorū aſcēderit cō-
tra Bethſames, ipſe fecit nobis hoc malū grāde: ſin aūt minime: ſcie-
mus quia nequaq̄ manus eius tetigit nos, ſed caſu accidit. 10. Fecerūt
ergo illi hoc modo: & tollētes duas vaccas, q̄ lactabant vitulos, iun-
xerunt ad plauſtrū, vituloſq; earū concluſerunt domi. 11. Et poſuerūt
arcā Dei ſuper plauſtrū, & capſellam, q̄ habebat mures aureos & ſimi-
litudines anorū. 12. Ibant aūt in directum vaccæ per viam, quæ ducit
Bethſames, & itinere vno gradiebātur, pergētes & mugientes: & nō
declinabāt neq; ad dextrā neq; ad ſiniſtrā: ſed & ſatrapæ Philiſthijm
ſequebātur vſq; ad terminos Bethſames. 13. Porro Bethſamitæ mete-
bant triticū in valle: & eleuantes oculos ſuos, viderunt arcā, & gauiſi
ſunt cū vidiſſent. 14. Et plauſtrū venit in agrū IoſueBethſamitę, & ſte-
tit ibi. Erat aūt ibi lapis magnus, & cōciderūt ligna plauſtri, vaccaſq;
impoſuerunt ſuper ea holocauſtū Dño. 15. Leuitæ aūt depoſuerunt
arcam Dei, & capſellā, quæ erat iuxta eam, in qua erant vaſa aurea, &
poſuerunt ſuper lapidē grandē. Viri aūt Bethſamitæ obtulerunt ho-
locauſta, & imolauerūt victimas in die illa Dño. 16. Et quinq; ſatrapæ
Philiſthinorū viderunt, & reuerſi ſunt in Accaron in die illa. 17. Hi
ſunt autē ani aurei, quos reddiderunt Philiſthijm pro delicto, Dño:
Azotus vnū, Gaza vnum, Aſcalon vnū, Geth vnum, Accaron vnum:
18. & mures aureos ſecundum numerū vrbium Philiſthijm, quinq;
prouinciarū, ab vrbe murata, vſq; ad villam, quæ erat abſq; muro, &
vſq; ad Abel magnū, ſuper quē poſuerunt arcam Dñi, quæ erat vſq;
in illū diem in agro Ioſue Bethſamitis. 19. Percuſſit aūt de viris Beth-
ſamitibus, eo q̄ vidiſſent arcam Dñi: & percuſſit de populo ſeptua-
ginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitq; populus, eo quod
Dñs percuſſiſſet plebē plaga magna. 20. Et dixerūt viri Bethſamitæ:
Quis poterit ſtare in cōſpectu Dñi Dei ſancti huius? & ad quē aſcen-
det à nobis? 21. Miſerūtq; nūcios ad habitatores Cariathiarim, dicētes:
Reduxerūt Philiſthijm arcā Dñi, deſcendite, & reducite eam ad vos.

COMMENTARIVS.

II. *Quomodo arca reuerſa ſit.*

DVo à Philiſtæis in deliberationem vocata ſunt. 1. Eſſetne arca remittenda? Negabant aliqui, q̄ caſu quopiam vel aëris ſiderumq; vitio aliquo calamitates iſtas exiſtere putabant, vt ait Ioſeph: & patet, v. 6. 9. hæc n. tam in bonis q̄ aduerſis reb. eſt pleriſq; vecordia; vt quidlibet potius, quā Deum authorē cogitēt: de quib. Saluian. l. 7. S. Leo ſer. in 8. Apoſtolor. S. Ceadda apud venerab. Bedā l. 4 hiſt. Anglor. c. 3. S. Chryſ. de prouidentia. Vicit tñ ſententia melior, c. 5. v. 11. licet iſti ſuam adhuc pertinaciter opinionē tuerentur, vel adhuc ambigerent, cōtra quos v. 6. & 9. ¶ 2. Quomodo eſſet remittenda, v. 2. & cum ad religionem ea q̄ſtio ſpectare, pluſculumq; difficultatis habere videretur, vocati ſunt Sacerdotes & Diuini, de quib. Eſa. 2. qui tria reſponderunt. 1. ſine donis nō remittendā: ea vocātur hebr. peccatū, i. vt noſter vertit, & Chald oblationes ꝓ peccato, ſeu vt 70. pro peccati pœna vel tormento. 2. q̄nam dona eſſe deberent, v. 5. & 17. au-

ſci

rea ſcil.ſigilla ſeu ſimulacra quinq; podicũ & murium, S.Greg. in l.3.c.4. Chald. & apud authorẽ Trad. Hebræi putant murium imagines tot fuiſſe, quot in tota Palæſtina vrbes & vici, ex v. 18. Videtur tamen locis cit. quinq; tantum fuiſſe. Idem tamen Greg. ibid. rectè ait; Spiritus S. quo inſpirante tota hæc hiſtoria ſcribitur, nunquam tam vilia promeret, ſi in huius vilitatis arcano, magna quædam & pretioſa valde myſteria non ſignaret, de quibus ipſe copioſe.

Tertium. quænam vectio tum arcæ tum iſtorum ſigillorum. Primo. non hominum baiulatio fuit, ſed plauſtrum omnino nouum, & iumenta fœminea, duæ ſcilicet vaccæ, quæ non ita pridem pepererant, & adhuc lactabant, ſed ita vt earum vituli ab itinere domum retraherentur, vt hebr. & 70. ſignificant, ibique recluderentur: tum in triuio, vt Ioſephus ait, poſitæ, abſque omni auriga principibus ſpectantibus, ire ſinerentur. Et ſunt facta hęc omnia, illæq; in Bethſames agrum venerunt, Deo ſcilicet boniſq; Angelis ducibus: quemadmodum etiam factũ, poſtea eſt in S. Columbani hiſtoria, & S. Galli c. 32.l. 1. S. Audomari naui ſine remige, itemq; S. Chryſoſtomi apud Nicephorum l.14.c.43. in S. Cornelij centurionis ciſta, apud Metaphraſten. In equis cibum ad S. Deodatum ferentibus, apud S. Deodati hiſtoriæ autorem, qui illos vocat Sagmarios, & ſimiles laudat hiſtorias de SS. Frontonio, Benedicto, & Columbano: denique in iumentis illis, quæ mirabilem argenteam, reliquiiſque pluribus ornatiſſimam crucem, Collegij noſtri Molshemienſis templo, à Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Argent. Epiſc. eiuſq; Collegij auctore Ioanne de Manderſcheid nuper datam, olim ad S. Odiliam in celſiſſimum montem, vbi monaſterium habebat, detulerunt, apparet. Vt ridiculus ſit Lutheranus ille ſcriptorculus, qui quaſi nouum, hoc in c.3.l.1. vitæ P. Ignatij reprehendit. Huius rei miraculo, ait Sulpitius, Reguli Allophylorum, vſque in fines Hebræorum, arcam ſecuti, religioſum officium præſtiterunt. Quid verò de plauſtro iſto factum ſit, narrat ſcriptura, cum de vaccis illis Deo ſacrificium oblatum refert, v.15. quod per ſacerdotes factum aſſerit Abulenſis, ſicuti & arca per Leuitas ibidem depoſita. Sed quid de anis & muribus illis aureis? Reſpondet idem Abul. q. 13. vel in ſacra quędam vaſa eos conflatos, vel ad diuinæ potentiæ ac iuſtitiæ memoriam, in tabernaculo conſeruatos, quemadmodum turibula, Numer. 16. Serpens Numer. 21. Quod v.18. eſt. vſque ad Abel magnum: quidam interpretantur, ad lapidem magnum poſita litera L. pro N. inquit R. Dauid in rad. & ita Chaldæus. ſed addit R. Dauid nomen magni lapidis, ſuper quem arcam poſuerunt fuiſſe Abel, propter luctum, qui ibi actus eſt; ſicut & area Athad, dicta eſt Abel, id eſt, luctus Ægyptiorum Gen. 50. 11. licet ibi Chald. ipſum Abel retinuerit. poteſt enim & planitiei, & luctus ſignificatum ſimul includere, vel ipſo Mercero auctore.

Tertium. Vbi manſerit arca. Reuerſa vero vnum alterumvè diem tantum in agro illo manſit. Statim enim vt alio migraret, vel ab ipſa Repub. Iſraëlitarum, vt ait Ioſephus: vel ab ipſa tantum Cariathiarim ciuitate, vt habet v.21. petierunt Bethſamitæ, eo quod plagam à Domino magnam accepiſſent, v.19.

Eadem verò dupliciter ibid. exprimitur Primo. generatim cum cauſa, quia contra legem, Num. 4. viderant ipſi arcam Domini: eamque vel exterius tantum, nudam ſcilicet minimeque velatam, vt cenſet Abul. q.26. vel vt hebr. verba clarius innuunt, interius etiam vidiſſent, cum quidnam in ea eſſet, introſpicere voluiſſent, aut curioſitate ſola excitati, aut cognoſcendi ſtudio, an ex iis, quæ in ea ſeruari ſolita erãt, abſtuliſſent aliquid Philiſtæi, an vero aliquid addidiſſent? ſicuti ad eius latus mures podiceſq; aureos poſuerant. Paſſim ait Sulpitius, Dei nutu in totam vrbem ſæuitum. 70. aiunt hic filios Iechoniæ Bethſamitas non libenter accepiſſe, quod arcam vidiſſent, id eſt, vt interpretantur Theodor. q.14. & Procop. ęgrè tuliſſe, quia impij & idolorum cultores erant, ſicque 70. ex ipſis periiſſe, è populo verò tot millia extincta eſſe, quod tanto tempore in hoſtium manibus arcam reliquiſſent, neque pro ea periculi quicquam ſubire voluiſſent.

Rab. Salomon dicit. Bethſamitas arcam contempſiſſe. Lyranus tres alias cauſas addit. Prima. quod inani lætitia geſtierint. Secũda. fœmellas ſacrificarint. Tertia. nullis arcam luminibus ante ipſam ardentibus venerati ſint. Sed harum prima ficta eſt. Secunda, eorum tantum ſacerdotum fuiſſet, qui ſacrificarunt. Tertia, nulla eſt, cum nec in deſerto lumina huiuſmodi prælata ſint, tantumq; in tabernaculo candelabrum fuerit, Exodi 26. 27.

Secundò. ſpeciatim, quot, & qui cæſi ſint. Textus noſter, hebr. Chald. 70. & Græci omnes numerant quinquaginta millia, & 70. homines. Sed quomodo tam leuem ob culpam tantam populi ſui Deus ſtragem edidiſſet? Ioſephus dicit 70. tantum viros interfectos fuiſſe, idemque docent apud Auth. Trad. Hebræi, & poſt hos Raſchi, & è noſtris Lyranus, & Abul. q. 26. Ad textum vero reſpondent author Trad. Raſchi & Lyran. 70. illos adeò præſtantes fuiſſe, vt inſtar quinquaginta millium forent, ſicuti l. 2. c. 18. Dauid inſtar 10000. Abul. verò q. 28. in hebræum numerum iam olim mendum irrepſiſſe, tantumque 70. legendos occiſos. Sed vel diuinorum hic iudiciorum ſeueritas agnoſcenda, vt Num. 16. 17. vel latina & hebræa intelligenda, vt quinquaginta millia ſint caſus nominatiui, quaſi diceretur, & quinquaginta millia aderant, Græcè 50. Chiliades, vel in hebr. particula (min) id eſt, ex ſubaudienda, quaſi ex 50000. percuſſit 70. viros. hos verò Rabini, apud authorem Trad. S. Gregor. l. 3. c. 4. Angelomus, dicunt fuiſſe Iudices, vel nobiles; Chaldæus ſenes populi. Sed iſta diſtinctio in hebræo & græcis nõ eſt, ſed omnes illi 70. dicũtur è populo, ſimiliter & 50000. plebis. Hinc verò docemur, inquit Franciſcus Georgius, problemate 452. quam reuerenter aſpicere & tangere ſacra atque diuina debeamus. S Greg. l. c. qui ſunt, ait, Bethſamitæ percuſſi, niſi falſa contemplatione decepti hæretici? dum arcam videre in lapide præſumerent, percuſſi ſunt; quia cum Domini ac Redemptoris noſtri ſacramenta indigni diſcuterent, æternæ damnationis laqueis per fallaciam ſunt depreſſi erroris.

CAPVT VII.

1. VEnerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam
Domini, & intulerunt eam in domum Abinadab in
Gabaa: Eleazarum autem filium eius ſanctificauerunt,
vt cuſtodiret arcam Domini. 2. Et factum eſt, ex qua die
manſit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati ſunt dies (erat
quippe iam annus vigeſimus) & requieuit omnis domus Iſrael poſt
Dominum. 3. Ait autem Samuel ad vniuerſam domum Iſrael, dicẽs:
Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos
de medio veſtri, Baalim & Aſtaroth: & præparate corda veſtra
Domino, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthiim. 4. Abſtulerunt
ergo filij Iſrael Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt Domino
ſoli. 5. Dixit autem Samuel: Congregate vniuerſum Iſrael in Maſphath,
vt orem pro vobis Dominũ. 6. Et conuenerunt in Maſphath,
hauſeruntque aquam, & effuderunt in conſpectu Domini, & ieiunauerunt
in die illa, atque dixerunt ibi: Peccauimus Domino. Iudicauitque
Samuel filios Iſrael in Maſphath. 7. Et audierunt Philiſthiim
quod congregati eſſent filij Iſrael in Maſphath, & aſcenderunt ſatrapæ
Philiſthinorum ad Iſrael. Quod cum audiſſent filij Iſrael, timuerunt à

runt à facie Philiſthinorum. 8. Dixeruntque ad Samuelem: Neceſ-
ſes pro nobis clamare ad Dominum Deum noſtrum, vt ſaluet nos
de manu Philiſthinorum. 9. Tulit autem Samuel agnum lactentem
vnum, & obtulit illum holocauſtum integrum Domino: & clama-
uit Samuel ad Dominum pro Iſrael, & exaudiuit eum Dominus. 10.
Factum eſt autem, cum Samuel offerret holocauſtum, Philiſthiim
iniere prœlium contra Iſrael: intonuit autem Dominus fragore ma-
gno in die illa ſuper Philiſthiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à facie
Iſrael. 11. Egreſſiq; viri Iſrael de Maſphath perſecuti ſunt Philiſthæos,
& percuſſerunt eos vſque ad locum, qui erat ſubter Bethchar. 12. Tu-
lit autem Samuel lapidem vnum, & poſuit eum inter Maſphath &
inter Sen: & vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. Dixitque:
Hucuſque auxiliatus eſt nobis Dominus. 13. Et humiliati ſunt Phili-
ſthiim, nec appoſuerunt vltra vt venirent in terminos Iſrael. Facta eſt
itaq. manus Domini ſuper Philiſthæos, cunctis diebus Samuelis. 14.
Et redditæ ſunt vrbes, quas tulerant Philiſthiim ab Iſrael, Iſraeli, ab
Accaron vſq; Geth, & terminos ſuós: liberauitq; Iſrael de manu Phi-
liſthinorum, eratque pax inter Iſrael & Amorrhæum. 15. Iudicabat
quoq; Samuel Iſraelem cunctis diebus vitæ ſuæ: 16. & ibat per ſingu-
los annos circuiens Bethel & Galgala & Maſphath, & iudicabat Iſra-
elem in ſupradictis locis. 17. Reuertebaturq; in Ramatha: ibi enim
erat domus eius, & ibi iudicabat Iſraelem: ædificauit etiam ibi altare
Domino.

COMMENTARIVS.

E Bethſamitico agro translata eſt arca Cariathiarim, in domum viri Leuitę & iuſti, vt ait Ioſephus, quæ domus in Gabaa erat, non in vrbe Beniamin, hoc nomine appellata, Ioſue 18. ſed in Cariathiarim vrbe loco editiore, vt tradit Ioſephus, & ita vertunt 70 noſter interpres; 1. Paral. 13. collem vocat. Hic verò manſit vſque ad ſeptimum Dauidis annum, 2. Reg. 6. vbi translata eſt in domam Obededom, illinc in Syon, & in templum tandem. Sed author Trad. Angelom. Lyran. dicunt è Cariathiarim traductam in Maſpha, hinc in Galgala, hinc in Nobe, inde in Gabaam, & tunc à Dauide in domum Obededom. Sed iſta è ſacrificiis, quæ his in locis facta dicuntur, probari non poſſunt; cum & illa fierent, vbi neque arca, neque tabernaculum eſſet, vt infra patebit; ideoque prior illa ſententia tenenda, dicendumque, tabernaculum in ſola Nobe & Gabaone fuiſſe, poſteaquam Silonte migrauit; licet, quando id factum ſit, neſciatur; niſi quod ante Saulis tempora factum conſtet ex c. 21. infra, 2. Paral. 1. Abulen. q. 18. Fuit tamen vt nuper, ita etiam poſtea interdum ad bellum arca portata, infra c. 14. omnes verò cœremoniæ & ſacrificia ſtata fiebant, vbi ſanctuarium erat; vt colligitur ex altari holocauſtorum, & ex c. 21. infra, non autem vbi arca eſſet: niſi forte ſacrificium aliquod voluntarium, & extraordinarium eſſet, vt ait Seder. c. 13. Abul. q. 3. & ſeq. vſque ad 8. Eſt autem ſanctificatus ad arcæ cuſtodiam Eleazar, vel in Leuiticum tantum miniſtrum, vt vult Abul. q. 22. vel in ſacerdotem, vt ait Angelom. Nam quod ait Ioſephus, huius patrem Leuitam fuiſſe, poteſt verum eſſe, licet non ſimplex Leuita, ſed ſacerdos eſſet.

Samuelis

Samuelis iuuentus & virilis ætas cum principatu.

PRimum. Poſt arcæ reditum, anni 20. elapſi ſunt, c. 7. v. 2. iis Lyranus & Abul. exiſtimant Samuelem regionem totam concionabundum percurſaſſe, ſæpius quæ hoc c. 7. ſubiunguntur, inculcaſſe, filios Iſraëlis, qui ad idololatriam deflexerant, reuocaſſe, ipſosque iudicaſſe: ita vt ipſius principatus ſtatim poſt Heli mortem inceperit. Videtur tamen ex textu veriſimilius, quod Genebrard. & Canus l. 11. c. 5. tradiderunt, poſt annos iſtos 20. primum ad iudicandum acceſſiſſe, concionem capitis huius habuiſſe, ita vt Princeps eſſe cœperit, anno ætatis 33. vt ex ſupra dictis c. tertio patet. licet interim monendo, inſtituendo, vaticinando Iſraelitas ad optima quæque vocarit, maximamque inde authoritatem pepererit. D. Chryſoſt. h. 49. in Act. ait; Samuel cum quadraginta annos populi rem adminiſtraſſet, adhuc nutriebatur in templo. Fuit verò totum hoc vicennium plenum impietatis v. 3. & ſeruitutis, qua à Philiſtęis, quemadmodum in lib. Iudic. poſt Iudices alios ſpoliati & diuexati ſunt; vt colligitur ex Ioſepho, & hic v. 14 & 7. vbi ne conceſſum quidem Israëlitis fuiſſe ſignificatur, vt conuentum aliquem agerent, quia enim hic egerunt, arma Philiſthæi ſumpſerunt, v. 7. A tempore quo reprobatum eſt ſacerdotium Heli, vſque ad Samuelis ducatum, 20. fuerunt anni miſeriarum referti, ait Author. Trad.

Secundum. Iudex ſeu Princeps conſtitutus Samuel, iſta fecit. Primò. Primas in religionis reſtaurationem curas ponit, v. 3. vt idololatriæ ſcelerumque inſtrumenta prorſus abiicerent, Baalim & Aſtaroth, de quibus, quæ in Iudic. 2. tradidi, confirmantur hic à Theodor. q. 14. Procopio & Scholiaſte Græco.

Secundo. Comitia Maspham indicit, v. 5. vbi tria potiſſimum egit.

Primo. orauit pro populo pœnitentiam agente, verſic. 5. & 6. hæc autem pœnitentia quadrupliciter explicatur. Primo aquam illi hauſerunt & effuderunt coram Domino, & in terram, vt habent 70. Concordant omnes, veterem hic pœnitentiæ ritum ſignificari: ſed quemadmodum factus, vel ad quid vſurpatus; variant. Quidam intelligunt aquas metaphoricôs, lachrymas ſcilicet hauſerunt è cordis puteo, inquiunt Rabini, & effuderunt inquit Chald. cor ſuum in pœnitentia. Quid eſt, ait Gregor. aquam haurire, niſi de profunda animi pœnitentis confuſione lachrymarum fluenta producere? velut enim aquam haurimus, dum, quam profunda iniquitate cecidimus, conſiderantes plangimus. Alij propriam aquam accipiunt, ſed vel ſacratam, vel non ſacratam. Illam dupliciter, vel ad ſacrificandum ſeu libandum, vel, vt magis proprie dicatur, ad ſimpliciter offerendum, vt 2. Reg. 23. Ita Ioſephus: vel ad explorandum & puniendum. Tradunt enim apud auth. Trad. Hebræi, fuiſſe certis exeerationibus aquam iſtam maledictam, vt ea pota idololatrarum labia ſibi firmiſſime adhæreſcerent, quemadmodum Num. 5. de aqua Zelotypiæ dicitur. Non ſacratam verò dicunt aliqui adhibitam fuiſſe pœnitentiæ, ſqualori, & ſordibus abluendis, quod cinere caput aſperſi eſſent, illoti permanſiſſent, &c. apud Munſterum: vel etiam veſtibus abluendis, vt Exodi 19. Alij verò ad quippiam ſignificandum vſurpatam, vt ſcilicet ſignum eſſet primo humilitatis, quaſi re ipſa dicerent, ex Pſalm. 21: ſumus coram te ſicut aqua effuſa. ita Rab. Salomon & Abulen. q. 28. vel quaſi oſtenderent, ſe ad deprecandum Dominum totas animas & corda effudiſſe, vt Pſalm. 41. 61. & ſupra cap. 1. Secundo, ſignum contritionis, quaſi dicerent, merito ſe lachrymarum fundere tantum debere & optare, quantum vel terræ ipſi rigandæ & madefaciendæ ſatisforet; & quaſi profiterentur terram ipſam ſuis ſceleribus pollutam, quã quemadmodum in vaſis immundis fieri ſolebat, eluere deberent. quemadmodum eandem

ándem ob cauſam diciturPſal.6.Lauabo per ſingulas,&c.ſeu vt hebr.eſt, natare faciam tota nocte lectum meum. Tertio ſignum effectus optati, quaſi dicerent vt ait Abenez. Euaneſcant peccata noſtra, vt aqua hæc; vel auferantur à nobis penitus;ita vt ne gutta quidem remaneat,id eſt,inquit gloſſa ordinaria, ſine recidiua, vel ſine pœna. Vide Riberam Oſeæ.5. Turrianum l.3.pro ep. pontif. c. 6. Huic modo aquam in triſtitia & luctu hauriendi oppoſuit Eſaias illud, haurietis aquas in gaudio,&c. c. 12. Secundo. Ieiunarunt, & quidem, vt Ioſephus ait, totum prorſus diem. Dum, ait Gregor. mens flendo compungitur, neceſſe eſt etiam, vt caro quæ delectationibus ſubiacuit, affligatur. Deliquerat Iſraël, inquit c.7. de Ieiun. Tertull. in aquatione apud Maſpham congregatus à Samuele:ita ſtatim ieiunio delictum diluit,vt periculum prælij ſimul fugerit.

Nota vero duplex apud Hebræos ieiunij genus eſſe. Vnum dictum eſt Onaſin,id eſt, coactionum, quod ſcilicet à lege præſcriptum, ſeu ad quod cogebantur,vt Leuit.16. Alterum Conaſin,id eſt, voluntarie ſuſceptum, vt Num. 6. 30. Pſal.34.& hic. Tertio.generatim peccata confeſſi ſunt omnes,v.6.peccauimus Domino. Quarto. acceſſerunt ipſius Samuelis preces pro ipſis, variaque facta tum ſacrificia,vt ait Ioſephus.

Secundo. Iudicandi poteſtatem exercere cæpit. Hebræi apud Auth. Trad. iudicare,interpretantur morti tradere idololatras,quemadmodum fecit Moyſes vituli aqua in potum porrecta, Exod. 32. Sed iudicare eſt hic principatum capeſſere. D. Gregor.in Maſpha,inquit,ſacerdos iudicat, cum non humanum arbitrium ſequitur, ſed diuinum, &c. & ante. Afflictio pœnitentiæ ad delenda peccata tum demum idonea eſt, cum ſacerdotis fuerit iudicio imperata, cum ab eo confitentium actibus diſcuſſis,pro modo criminis,onus ei decernitur afflictionis.

Tertio.in conſiliis Victoriam contra Philiſthæos,& vt habetur, Eccleſiaſti. 46.Tyriorum principes;impetrauit. Primo. oblatione holocauſti; quod agnus lactens fuit, vt etiam græcè habetur Eccleſiaſt. l. c. deinde adiunctis ſacrificio precibus,ſanctisque clamoribus,v.9.Fuit verò victoria hæc primo admirabilis, quia cum adhuc in altari arderet victima,vt ait Ioſephus, perterruit hoſtes Dominus tonitru,fulmine,v.10. & terræ motu, vt addit Ioſephus. Cæciderunt, ait Tertull. paſtos impaſti, armatos inermes:hæ erant vires ieiunantium Deo, cælum pro eiuſmodi militat; habes formam prælij etiam ſpiritualibus bellis neceſſariam. hæc ille. Secundo. fuit victoria conſtans, v. 13. id eſt, diuturna, vt 4. Reg.6.v.23. Ierem. 35. accipitur particula non amplius. Tertio fuit admodum vtilis, v. 14. vnde in eius memoriam defixit Samuel lapidem, qui v. 12.etiam ſupra per prolepſin dictus eſt lapis adiutorij, quemadmodum c. 4. l. 2. Saxoniæ apud Crantzium à cæleſti victoria Caroli Magni vocatur Mons adiutorij.

Quarto. Iudicat Samuel ſeu principatum tenet, quoad vixit v.15. & exercet partim quotannis regionem obeundo, partim ſua in patria manendo, v.16. 17. hic vero enodandæ quæſtiones aliquot.

QVÆSTIO I.

An fuerit Samuel Sacerdos?

DVplex opinio. Prima negantis Abulenſis q. 30. & Leuit. 17. q. 5. fol. 122. col. 4. quem fere ſequuntur recentiores Genebrard. Bellarm. Sigonius in Sulpit. Primo. quia Sacerdos eſſe nemo poterat, niſi ex ſtirpe Aaron, Num. 3. & 18. Sed Samuel ex Choritarum ſtirpe fuit, qui Leuitæ tantum erant, vt dictum eſt c. 1. Secundo. Pſalm. 98. cum Moyſes & Aaron in Domini ſacerdotibus numerentur, ipſe tantum inter inuocantes Dominum recenſetur. Tertio. S. Hieron. l. 1. cont. Iouin. expreſſiſſime docet, neque ſacerdotem neq; Pontificem

tificem fuiſſe,& author quæſt.veteris teſtamenti copioſiſſime, q. 46. Io. Arbor. Theoſ.l.17.c.4. Auctor. quæſt. ex vtroque teſt. quæſt. 46. ſtultos dicit, qui aſſerunt Samuelem functum ſacerdotio. Barclaius etiam l. 1. quin & S. Ephrem de ſacerd.t.1.cum hunc verſum explicet,agatque de Moyſe & Aarone, nunquam de Samuele dicit.

Secunda opinio affirmantium. Carthuſ.ar.7. & aliorum. Scaliger animad.p. 255. ait Samuelem fuiſſe de plebe ſacerdotum, non de domo ſtirpis pontificiæ, ideoque nec pontificem: & craſſus error eſt accenſere pontificibus Samuelem, &c. Adrianus Sarauia l.2.c.23.ait. Eli,& Samuelem Iudices ſimul,& ſacerdotes fuiſſe,negari non poteſt.

Dico breuiter, Samuelem non fuiſſe ſacerdotem natum, ſeu ex ſacerdotali ſtirpe procreatum, vti ratio illa prima confirmat. Fuiſſe tamen ſacerdotem & Pontificem extraordinariè à Deo aſſumptum,è vicina Leuitarum familia. Probatur primo.quia hic obtuliſſe dicitur holocauſtum,& infra ſæpius ſacrificaſſe. Reſpondet author qq.vet. teſt l. c. tantum obtuliſſe in ſacrificium victimam, ſed ſacrificium per ſacerdotem aliquem peractum fuiſſe. Sed quæ Samuelis his in conciliis laus foret,ſi agniculum vnicum in ſacrificium tantum dediſſet? cur & ſacerdotum in eius ſacrificiis mentio nulla vnquam fieret? Eo præterea loco & tempore tam improuiſo interdum ſacrificat, vt infra c.16. nulli vt ſacerdotes adfuiſſe videantur. Reſpondet Abul. l. c. verè ſacrificaſſe ipſum, ſed tanquam prophetam.at hoc ſatis eſt,vt extraordinarius ſacerdos dicatur: quemadmodũ Elias 3. Reg.18.quamquam non ſimpliciter,quia propheta erat,ſacerdos dicendus eſt(multi enim prophetę ſacerdotalia nunquam munia obierunt)Sed quia propheta diuino inſtinctu ad illud faciendum excitatus, prout & ipſe cognoſcebat; & cognoſcere alios faciebat. Secundo, maximè in hanc me ſententiam impellit veterum authoritas.ita enim S Aug.17.ciuit.c.4.5.l.2.retract.c.55.L.12.contra Fauſtum c.33. Et in Pſalm.98. factus eſt ſacerdos magnus; ſacerdos ſanctus illo tempore,&c.& probat,quia ipſe vnxit ſanctum Dauid. D. Ambr.in Pſal.118.ſerm.18.S.Gregor.in c.3.4 & l.3.c.5. Angelom.ibid.Chryſoſt. hom. de Anna,& hom.13.in hebr. Sulpitius,qui addit,idcirco c.3.ter vocatum,vt ſignificaretur propheta, Dux, Sacerdos, quod malè Ioſepho tribuit Carthuſianus. Adde Vener.Bedam hic,Iſidorum l.allegoriarum, Primaſium in 1. ad Cor. c. 1. Et Samuel(ait)inter eos fuit, qui inuocarunt nomen Domini: Nam ſacerdos fuit, qui & ſacerdoti ſucceſſit, & qui hoſtias offerebat, & de quo ſecundum hiſtoriam dictum eſt: ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem. Haymo quoque in eũdem locum.S.Bernard.in ſententiis. Theodor.q. 13. Nazianz. oratione 40. S. Hieron.epiſt.125.q.3.& expreſſius in 1.Corinth.c.1.Ioſephum qui l.6.c. vlt. dicit iam mortuum Samuelem cum ſacerdotali veſte viſum eſſe. S.Ignatius epiſt. 3. ad Magnes.vocat eum ἀρχιερέα: ſimiliter & Apoſtolicæ conſtitutiones l.8.c 1.& 46 & Cedrenus in hiſt. Petrus de Le Ceuell.l.cont.Iud.& Saracenos, qui vocatur Zelus X.p.147.in 2 par.tract.Samuel,inquit, fuit integer & perfectus ſacerdos: ſicut regnum translatum fuit de Saule, ad domum Dauid; ita & ſacerdotium ab Heli negligente ſacerdote,ad Samuelem ſacerdotem, virum Dei, &c.

Quoad argumentum verò primum, iam dixi. Ad ſecundum dico. Inuocantes Dominum eſſe omnes quidem fideles,Rom 10.1.Corin.1.hic tamen eos ita vocari,qui ſingulari modo inuocant,vel ratione officij,vt ſacerdotes,quemadmodum ait Hieron l.c.in Corin. vel ratione effectus, vt qui mirabilia quædam inuocatione ſua impetrãt,quemadmodum hic Samuel. Ad tertium, diuo Hieronymo non tantum tot Patres,ſed ipſummet obiicio,vbi hæc eius verba l.c.ſacerdotem fuiſſe illa res probat, quia & ſacerdoti ſucceſſit, & hoſtias offerebat, de quo etiam ſecundum hiſtoriam dictum eſt,ſuſcitabo,&c.c.2.qui etſi non ſit ex genere Aaron, tamen de tribu Leui eſſe in Paral. legitur, quia ipſe hunc conſtituit,

ſtituit, qui & illum. Ita enim Aaron elegit, vt alios poſtea eligendi non amiſerit poteſtatem hæc ille. Quæſtionum verò illarum author, vel hoc loco, ipſo loquendi modo tam acerbo & vehementi, ipſaq; ſententiæ Auguſtini oppugnatione indicat, quam malè in S. Auguſtini ſe opera intruſerit.

Sed obiici poſſet; Achitobum, & eius filium Achiam c. 14. v. 3. hoc tempore fuiſſe Pontifices. Reſpondeo diſputari id poſſe: ſed eo conceſſo Achitobum ordinaria ſucceſſione cum filiorum Eli & Ophni nullus alius ſupereſſet idoneus, Pontificatum geſſiſſe: deinde huius filium Achiam qui c. 21. & 22. Achimelech dicitur. Extraordinariè verò, vt dixi, Samuelem. ita vt quemadmodum poſtea Dauidis tempore l. 2. c. 20. duo iam præter morem eſſent Pontifices.

QVÆSTIO II.

An extra tabernaculi & arcæ locum ipſi ſacrificare licuerit? id enim aliquando vetatur. Deut. 12. Leuit. 17. Ioſue 22.

Reſpondetur à Theodor. q. 15. & Procopio, ante templum ædificatum variis in locis ſacrificia fieri potuiſſe ſed propter idololatriæ periculum vno id loco poſtea fieri debuiſſe. qui tamen huic periculo non erant obnoxij, potuiſſe etiam tunc vbilibet ſacrificare, omnemque iis locum ſacrum fuiſſe. Et hoc velle videtur Lyranus, cum diſpenſatione id factum ait. cõtra quem Abul. q. 35. 36. 37. qui ſolis Prophetis id licuiſſe vult, & infra c. 16. q. 10. viris magnæ authoritatis. Et Exod. 20. q. 41. 44. & Leuit. 17. q. 5. fol. 122. omnino D. Auguſtin. q. 56. in Iud. licet minus probaret; permiſiſſe tamen id abſque peccato fieri, oſtendit.

QVÆSTIO III.

Quomodo dicitur Samuel v. 15. cunctis diebus vitæ ſuæ iudicaſſe? Nam c. ſeq. filios iudices conſtituit, & deinceps cum Saule iam regnante vixit, vſque ad c. 25.

Reſpondet Abul. q. 33. iudicaſſe cunctis diebus vitæ ſuæ, quamdiu ſcilicet viribus & ætate valebat, vt prouinciam circumire poſſet: dici tamen poteſt, quod poſtea magis patebit, eum toto vitæ tempore iudicaſſe, ſed vel ſolum vel cum aliis, cum filiis ſcilicet & cum Saule. Nam quamdiu hic bonus fuit, Samuelem quaſi ſecum principatu potientem colebat, v. 7. c. 11. Poſtea verò Ramathæ etiam ſemper eos qui vellent, eoque venirent, iudicauit Samuel, non impediente Saule. facillima verò ratio fuerit, ſi dicamus, iſta phraſi ſignificari magnos & aſſiduos ipſius labores, antequam Rex Saul deligeretur. eum ſcilicet cunctis vitæ ſuæ diebus iudicaſſe, id eſt, omne tempus in Principe dignis laboribus, in publica populi vtilitate poſuiſſe. nullum ſibi otium aut remiſſionem indulſiſſe, modo huc, modo illuc iuiſſe. vbique & ſemper iudicaſſe.

CAPVT VIII.

1\. FActum eſt autem cum ſenuiſſet Samuel, poſuit filios
ſuos iudices Iſrael. 2. Fuitque nomen filij eius primogeniti
Ioel: & nomen ſecundi Abia, iudicum in Berſabee.
3. Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius: ſed declinauerunt
poſt auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt

 iudi-

iudicium. 4. Congregati ergo vniuerſi maiores natu Iſrael, venerunt
ad Samuelem in Ramatha. 5. Dixeruntque ei: Ecce tu ſenuiſti, & filij
tui non ambulant in vijs tuis: conſtitue nobis regem, vt iudicet nos,
ſicut & vniuerſæ habent nationes. 6. Diſplicuit ſermo in oculis Sa-
muelis, eo quod dixiſſent: Da nobis regem, vt iudicet nos. Et orauit
Samuel ad Dominum. 7. Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi
vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. non enim te abiece-
runt, ſed me, ne regnem ſuper eos. 8. Iuxta omnia opera ſua, quæ fe-
cerunt à die qua eduxi eos de Ægypto vſque ad diem hanc: ſicut de-
reliquerunt me, & ſeruierũt dijs alienis, ſic faciunt etiam tibi. 9. Nũc
ergo vocem eorum audi: verumtamen conteſtare eos, & prædic eis
ius regis, qui regnaturus eſt ſuper eos. 10. Dixit itaque Samuel omnia
verba Domini ad populum, qui petierat à ſe regem, 11. & ait: Hoc erit
ius regis, qui imperaturus eſt vobis: Filios veſtros tollet, & ponet in
curribus ſuis, facietq; ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſua-
rum, 12. & conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agro-
rum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum & curruum
ſuorum. 13. Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias,
& panificas. 14. Agros quoq; veſtros, & vineas, & oliueta optima tol-
let, & dabit ſeruis ſuis. 15. Sed & ſegetes veſtras, & vinearũ reditus ad-
decimabit, vt det eunuchis & famulis ſuis. 16. Seruos etiam veſtros,
& ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere
ſuo. 17. Greges quoq; veſtros addecimabit, voſq; eritis ei ſerui. 18. Et
clamabitis in die illa à facie regis veſtri, quem elegiſtis vobis: & non
exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis regem. 19. No-
luit autem populus audire vocem Samuelis, ſed dixerunt: Nequa-
quam: rex enim erit ſuper nos, 20. & erimus nos quoque ſicut omnes
gentes: & iudicabit nos rex noſter, & egredietur ante nos, & pugna-
bit bella noſtra pro nobis. 21. Et audiuit Samuel omnia verba popu-
li, & locutus eſt ea in auribus Domini. 22. Dixit autem Dominus ad
Samuelem: Audi vocem eorum, & conſtitue ſuper eos regem. Et ait
Samuel ad viros Iſrael: Vadat vnuſquiſque in ciuitatem ſuam.

COMMENTARIVS.

Samuelis ſenectus & Regis poſtulatio.

PRimò. Ætate prouectus Samuel filios duos, vnum tantum in Iudææ parte auſtrali, & vnũ in vrbe Berſabee iudices conſtituit, v. 2. non etiam Bethele, vt ait Ioſephus: ideoq; alteram ſibi Iſraelitarum partem gubernandam retinuit; vel etiam, vt ait Abul. q. 9. eos infra ſe iudices eſſe voluit, & quaſi vicarios, ſeque cum iis ſemper iudicauit. Quænam verò nunc eius ætas fuerit, Hebræi non ſatis expediunt; cum totam eius vitam 52. annorum tantummodo faciant. Quomodo enim tum ſenex diceretur? quomodo cap. 12. verſ. 2. canus? Ideoque rectè

rectè Abulenſis q. 2. minimum vult fuiſſe annorum 60. cum filios eius ætatis haberet, vt præfici iam poſſent. Hi tamen admodum degenerarunt, v. 3. Vnde S. Hieron. Magnos, ait, lib. 1. cont. Iouin. fructus ex liberis Samuel capit; vt quia ipſe placuit Deo, tales genuerit, qui Domino diſplicerent. quod & poſtea repetit. Notat Ioſephus c. 3. (quod etiam notarat Spartianus in Seuero, Ariſtides in Cimone; Homerus Odyſ. 5.) bonis parentibus non ſemper filios ſimiles euadere, ſed heroum filios interdum noxas eſſe. Caſſiod. præf. Var. ait. contingit diſſimilem filium plerumque generari. Vide Æl. Lamp. de Imperat. Commodo M. Antonini philoſophi filio. Sed cur, quemadmodum Heli; non ob filios punitus Samuel? Reſpondet Theodor. q. 16. & Procop. non fuiſſe tanta horum ſcelera, quanta filiorũ Heli, & ea ipſa tamen à Samuele hactenus ignorata.

Secundo. Petentibus Iſraëlitis Regem, ægrè fert Samuel, v. 6. non ſolum quia filiorum iniquitatem audiebat; ſed etiam quia iuſtitiam & ariſtocratiam diligebat, ait Ioſephus. Diſſuadet igitur quod petebatur: & primo quidem re adhuc integra, c. 8. deinde, rege iam conceſſo, ſuam hanc diſſuaſionem iuſtam fuiſſe, illorum verò petitionem iniuſtam, probat miraculo, c. 12. Tandem verò Dei monitu regem concedit, v. 22. deſignatque & vngit occultè primo Saulem c. 10. & 9. deinde publicè bis, c. 11. Quærit l. 4. c. 1. D. Gregor. tria. Primo. Cur concedat Deus, quod malè petitur? Et reſpondet, quia iratus. Et in Pſal. po. alt. nonnullis (ait) impatientibus Dominus quod petebant ſæpe conceſſit iratus; ſicut è contra Apoſtolo (2. Cor. 11.) negauit propitius. dedit enim Regem petentibus. Secundo. Cur iratus concedat? Et reſpondet, Ad vindictam. Tertio. Cur qui reprobandus ſit, Regem det? In typum, ait, carnalium Prælatorum, & vt ſucceſſor eius Dauid in eo cognoſceret, quod cauere debuiſſet. Notandum tamen, in petitione iſta eſſe aliquid boni, & hoc concedit Deus, vt Regem ſcilicet habeant: Rurſum aliquid mali, & hoc auertere conatur Deus per prophetæ dehortationem, & modificationem, quæ Deut. 17. eſt, vt infra dicam.

Tertio. Eundem peccantem diuinitus puniendum prædicit c. 13. 15. tumque nouum Regem Dauidem occultè vngit, c. 16. ſeque deinceps in patria continet, à c. 15. vſque ad 25. vbi, viuente Saule, multiſque modis Dauidem affligente & perſequente, moritur. ita vt eum cum Saule iudicaſſe adhuc intelligatur.

Sed de iſta Regis poſtulatione Nota primò. Cauſa Regem poſtulandi duplex Iſraelitis fuit. Vna principalis, politiæ videlicet hactenus vſitatæ immutandæ, & regiæ inſtituendæ cupiditas, quæ oriebatur ex imperij regij ſplendore, quem in vicinis gentibus admirabantur: quemadmodum & Cappadoces, iis à Romanis cum libertas offerretur, regem poſcebant, apud Strabonem l. 12. & 16. deinde verò ex inani quadam rerum meliorum ſpe, quam irridet Dominus, Oſeæ 13. Altera minus principalis, fuit occaſio arrepta ex Samuelis filiorum prauitate, ipſiuſque ſenectute, hic v. 5. & ex Ammonitarum regis bellum apparantis formidine, c. 12. v. 12. Addit Ioſephus, & ex ſtudio Palæſthinos vlciſcendi.

Nota Secundo. Mirum verò videatur, quomodo Regem poſtulando Iſraelitæ peccarint, vti Samuelis indignatio ſignificat, v. 6. Dei oratio v. 7. & miraculum c. 12. Reipublicæ ſiquidem regendæ ea ratio, quæ monarchia ſeu regnum dicitur, bona eſt, adeoque cæterarum omnium optima, vti copioſe docet Bellar. l. 1. de Pontif. c. 2. 4. deinde, Dominus fecerat iis in terra promiſſa Regis habendi poteſtatem, Deut. 17. imò Regum ex ipſis gignendorum promiſſiones fecerat, Geneſ. 17. 49.

Duplex hic peccati genus fuit. Vnũ in principio, ante Samuelis diſſuaſionẽ. Alterum poſt. Illud non eſt ſimpliciter in eo poſitum, quod Regem petierint. id. n. vti dictum eſt, ſimpliciter malum non erat, & re ipſa Deus ſpõte cõceſſurus

aliquando erat: ſed eſt in modo petendi, & tẽpore, quod tripliciter intelligitur.

Primo enim petierunt Regem, non ſimpliciter, ſed ſicut vniuerſæ habent nationes, Perſarum ſcilicet, Syrorum, Chaldæorum, (de quibus Tacitus l. 4. hiſto. f. 472. ait: ſeruirent Syria, Aſiaq;, & ſuetus Regibus Oriens, &c.) hi verò, vti docet Ariſtoteles 3. polit. proximam tyrannidi, poteſtatem regiam obtinebant; vnde & huiuſmodi regnum vocat barbaricum, & παμβασίλειαν. Duplex enim regia poteſtas eſt. Vna finita, certisque legum & conuentorum vinculis aſtricta: Altera verò abſoluta. & quodammodo infinita, vbi pro arbitrio penè ſuo quidlibet Reges faciunt in ſubditos & leges ipſas, ſic volo, ſic iubeo, &c. Eſt deinde magna ſatellitij copia, rerum omnium luxuria, ſucceſſio continua, tributorum impoſitio, &c. Et hanc apud Aſiaticos iſtos populos maxime viguiſſe, docet ibid. Ariſtot. de qua Dominus Luc. 22. Matt. 20. Marc. 10 Reges gentium dominantur, &c. D. Greg. vti refert. Can. l. 2. c. 13. p. 116. ait; Dominus ſuccenſuit, quod populi in Rep. nouitatem haberet exoſam. Abul. Num. 3. q. 10. confert hunc locum cum petitione miſſionis exploratorum, &c.

Secundo. abiiciebatur Samuel, cum Princeps tunc eſſet, & quaſi principatu indignus foret, & ipſi, & omnibus, quibus principatum demandare voluiſſet, auferetur poteſtas. quod ſummæ ingratitudinis in tantum, tamq; bene meritum virum extitit.

Tertio. abiiciebatur etiam ipſe Dominus, v. 7. dupliciter, Primo. quia is quẽ ipſe principem conſtituerat, abiiciebatur, qui vos audit, &c. Matth. 10. Anaſt. q. 75. qui oderunt, & qui contemnunt iuſtum, delinquunt in Deum, & ipſum contemnunt: dicit enim Deus Samueli, &c. Secundo. quia Deus hoc tempore ſummus quaſi Rex & immediatus Dominus ſolus erat, qui quando ipſi videbatur, Iudices & Saluatores excitabat, quaſi ſuos miniſtros & Iudices inferiores, quemadmodum aiunt Theodor. Procop. & Ioſephus hic, c. 3. qui eandem ob cauſam l. 2. cont. Appionem eleganter ait, Deum apud Iſraëlitas. non tam monarchiam, quam θεοκρατίαν principio inſtituiſſe. Erantque Iudices & prophetæ quaſi Vicarij Dei, ideoq; eum facile exorabant. Sic D. Hier. in Ier. 27. ait: verus propheta, poteſt precibus Domino reſiſtere: vt Moyſes Exo. 32. Samuel 1. Reg. S. Thargum cauſa 1. v. 5 ait Moyſen aſcendiſſe in firmamentum, vt inter Iſraelitas vituli peccato contaminatos, & eorum Regem pacem faceret.

Alterum verò peccati genus poſt diſſuaſionem, fuit pertinacia, v. 19. de quo S. Gregor. l. 4. c. 1.

Nota tertio. Quodnam fuit ius regale, de quo v. 9. 11. &c? Fuit iſtud ex illo infinitæ poteſtatis, & quaſi tyrannicæ genere. eo enim dicitur, liberos in mancipia regia abripiendos, exteriora bona, vel penitus auferenda, vel decimis, id eſt, omni tributorum genere admodum vexanda. deniq; Iſraëlitas ſeruos futuros, v. 17. Clem. Alex. l. 3 c. 4. Deus (ait) petenti Regem populo, non humanum pollicetur Dominum, ſed ſe inſolentem daturum minatur tyrannum, libidini, & voluptatibus deditum. p. 261.

Sed vtrum iſtud ius verè conceſſum ſit, eoq; Reges vti poſſent? quæritur. Reſpondetur dupliciter. Primo à S. Thoma l. 3. de regimine Principum c. 11. & l. 2. c. 9. eſſe ius iſtud bonum non ſimpliciter, ſed reſpectu hominum adeò contumaciũ, & ad malitiam proiectorum, quos tyrannicè deſpoticeq; gubernari iuſtum ſit. ita vt ſit perpetua veluti eorum pœna, & correctio. Videtur & hoc approbare S. Gregor. lib. 4. cap. 1. & rurſum S. Thom. prima, ſecundæ, q 105. a. 2. 1. ad ſecundum. Secundo. Verius tamen, eſſe ius iſtud prauum eſſe, & falſum. hic tamẽ dupliciter ꝓponitur, vt prædictio ſ. & deſcriptio, nõ vt eius approbatio ſit. prædictio quidẽ eius, ꝙ euenturum erat, & ſic iuris nomẽ pro diſpoſitione ſeu ſerie accipitur, ita D. Tho. l. c. ad 5. expreſsè & Ioſephus innuit. Et è Nouatorib. clarè Caluinus l. 4. inſt. c. vlt. §. 26. certè (inqt) nõ id iure facturi erãt Reges, &c. Deſcriptio

ptiò verò eius quod apud Reges Ethnicos fieri ſoleret. & ſic ius ſignificat morem ſeu conſuetudinem, quod hebr. nomini frequens eſt, vt infra c.27. verſ.11. Exod.21.v.9.c.26.v.30. Num.9.v.14.c.29.v.6. Verum porrò Regis ius deſcribitur, Deut.17. tam quo ad eligendi modum, quam ſeipſum gerendi, reſpectu ſui, & Dei, & ſubditorum, idque infra c.10.v.25. à Samuele deſcriptum fuit, variiſq; præceptis explicatum. Videatur S. Thom. l. c. & lib. eruditionis Principum. Agapetus Diaconus in ſcheda Baſilica ad Iuſtinianum Imperatorem.

ALTERA PARS LIBRI. DE REGIBVS.

PRIMVS REX SAVL.

CAPVT IX.

1. ET erat vir de Beniamin nomine Cis, filius Abiel, filij Se-
ror, filij Bechorath, filij Aphia, filij viri Iemini, fortis ro-
bore. 2. Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus:
& non erat vir de filiis Iſrael melior illo. ab humero &
ſurſum eminebat ſuper omnem populum. 3. Perierant autem aſinæ
Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filium ſuum: Tolle tecum vnum
de pueris, & conſurgens vade, & quære aſinas. Qui cum tranſiſſent
per montē Ephraim, 4. & per terram Saliſa, & non inueniſſent, tranſ-
ierunt etiam per terram Salim, & non erant: ſed & per Terram Iemi-
ni, & minime repererunt. 5. Cum autem veniſſent in Terram Suph,
dixit Saul ad puerum, qui erat cum eo: Veni & reuertamur, ne forte
dimiſerit pater meus aſinas, & ſolicitus ſit pro nobis. 6. Qui ait ei: Ec-
ce vir Dei eſt in ciuitate hac, vir nobilis: omne, quod loquitur, ſine
ambiguitate venit. nunc ergo eamus illuc, ſi forte indicet nobis de
via noſtra, propter quam venimus. 7. Dixitq; Saul ad puerum ſuum:
Ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei? panis defecit in ſitarciis
noſtris: & ſportulam nō habemus, vt demus homini Dei, nec quid-
quam aliud. 8. Rurſum puer reſpondit Sauli, & ait: Ecce inuenta eſt
in manu mea quarta pars ſtateris argenti, demus homini Dei, vt in-
dicet nobis viā noſtram. 9. (Olim in Iſrael ſic loquebatur vnuſquiſq;
vadens conſulere Deum: Venite, & eamus ad Videntem. Qui enim
Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.) 10. Et dixit Saul ad
puerum ſuum: Optimus ſermo tuus, Veni, eamus. Et ierunt in ciui-
tatem, in qua erat vir Dei. 11. Cumq; aſcenderent cliuum ciuitatis, in-
uenerunt puellas egrediētes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis:
Num hic eſt Videns? 12. Quę reſpondentes, dixerunt illis: Hic eſt: ec-
ce ante te, feſtina nunc: hodie enim venit in ciuitatem, quia ſacrificiū
eſt hodie populi in excelſo. 13. Ingredientes vrbem, ſtatim inuenietis
eum antequam aſcendat excelſum ad veſcendum: neq; enim come-

 ſurus

ſurus eſt populus donec ille veniat: quia ipſe benedicit hoſtiæ, & deinceps comedunt qui vocati ſunt. Nunc ergo conſcendite, quia hodie reperietis eum. 14. Et aſcenderunt in ciuitatem. Cumque illi ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam eis, vt aſcenderet in excelſum. 15. Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diem quam veniret Saul, dicēs: 16. Hac ipſa hora, quæ nunc eſt, cras mittam virum ad te de Terra Beniamin, & vnges eum ducem ſuper populum meum Iſrael: & ſaluabit populum meum de manu Philiſthinorum: quia reſpexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me. 17. Cumq; aſpexiſſet Samuel Saulem, Dominus dixit ei: Ecce, vir, quem dixerā tibi, iſte dominabitur populo meo. 18. Acceſſit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait: Indica, oro, mihi, vbi eſt domus Videntis, 19. Et reſpōdit Samuel Sauli dicens: Ego ſum Videns: aſcēde ante me in excelſum, vt comedatis mecum hodie, & dimittam te mane: & omnia, quæ ſunt in corde tuo, indicabo tibi. 20. Et de aſinis, quas nudiuſtertius perdidiſti, ne ſolicitus ſis, quia inuentę ſunt. Et cuius erunt optima quęq; Iſrael? nonne tibi & omni domui patris tui? 21. Reſpondēs autem Saul, ait: Numquid non filius Iemini ego ſum de minima tribu Iſrael, & cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo locutus es mihi ſermonem iſtum? 22. Aſſumens itaq; Samuel Saulem, & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant inuitati. erant enim quaſi triginta viri. 23. Dixitque Samuel coco: Da partem, quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres ſeorſum apud te. 24. Leuauit autem cocus armum, & poſuit ante Saul. Dixitque Samuel: Ecce quod remanſit, pone ante te, & comede: quia de induſtria ſeruatum eſt tibi, quando populum vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa. 25. Et deſcenderunt de excelſo in oppidum, & locutus eſt cū Saule in ſolario: ſtrauitq; Saul in ſolario, & dormiuit. 26. Cumque mane ſurrexiſſent, & iam eluceſceret, vocauit Samuel Saulem in ſolario, dicens: Surge, & dimittam te. Et ſurrexit Saul: egreſſique ſunt ambo, ipſe videlicet, & Samuel. 27. Cumque deſcenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero vt antecedat nos, & tranſeat: tu autem ſubſiſte pauliſper, vt indicem tibi verbum Domini.

COMMENTARIVS.

DE hoc Rege tria. Primò. Quomodo ad regnum euectus, c. 9. & 10. Secundò, quid in eo geſſerit, c. 11. & ſeq. Tertiò, quomodo mortuus.

De primo. primò. Qualis fuerit genere, traditur initio capitis. Beniamita ſcilicet, & viri robore præſtantis, ſeu bellicoſi filius. ſpecie verò, quæ, vt ait Euripides, de quo l. 3. c. 2. variarum lect. Muretus; digna imperio. Nam, quo ad qualitatem, dicitur electus & bonus; bonitate non morum, vt putat Abulen. &

quodam-

quodammodo S.Gregor.l.4.c.3.4. ſed formæ, vt Procop ait, & Chald. qui iuuenem pulchrum vertit, & patet ex comparatione: quia v.2. nemo illo melior: at quo ad mores, ipſo melior Samuel. Ioſephus & corporis & animi bonitatem copulat. Quod ad quantitatem; erat Iſraëlitarum quolibet maximo ab humeris maior.

Dices, Tantus cum fuerit, quomodo c.13. dicitur filius vnius anni, v.1? Certum eſt non eo modo quo l.2. c.5. dicitur Dauid filius 30. annorum. ſed aliqui, vt Rabanus, dicunt ipſi Sauli fuiſſe filium vnius anni; Ionathan ſcilicet; quod tamen c.14. non admittit, vel Isboſeth, quod ſatis eſſe probabile, dicam poſtea Dupliciter tamen intelligi aliter poteſt filius vnius anni. primò, ab electione tunc, id eſt, poſteaquam in Regem electus eſſet, annus iam abierat, cum illa faceret. Secundò, vt moribus fuerit planè infans ſeu innocens, quaſi filius; inquit Chald. vnius anni, in quo non ſunt peccata. ita etiam D.Gregor. Angelomus; Procop. Theodor. Rupertus Apoc.2 & l.2. in Exod.c.8. Abenezra, Abul. q.1. c.13. & Hebr. alij, qui monent particulam ſimilitudinis, vt ſæpè aliâs, omiſſam. Fuit alioqui vir iam iuuenis, vt à Ioſepho appellatur. Brentius tamen ne cogatur fateri fidem poſſe amitti, Saulis fidem in dubium ſine cauſa vocat. dum lib. 31. in Act. ſcribit: Saul veram Dei verbo fidem nunquam adhibuit. Vide Bellar. l.3. de iuſtif.c.14.

Secundò Dum amiſſas patris aſinâs quærit, regnum reperit, vt in Ramatha ei toto iſto cap. oſtendit Samuel, vbi v.7. ciſtartia, vaſcula ſunt, quibus cibarius commeatus ferri ſolet, & à quibuſdam legitur ſitarchia; à bibliis correctis ſitarcia. Vt in Græco σιταρχία, inquit in Thom. Cantip l.2.c.25. Coualn. in 70. tamen hic ἀγγεῖα legimus. ſicuti & 1. Mac.6.v.53. vbi Latinus interpres ait: eſcæ non erant in ciuitate. D.Hier. in fine comment. ad Tit. non eos faciat ſitarciis indigere, ſed habere ea, quæ ad viaticum neceſſaria ſunt. Rhodig. l.9. ait cap.17. ſitarcia exponitur annona &c. Sportulæ verò ſunt munuſcula etiam cibaria; vel eorum loco, nummaria, vt in pandect. probat Budæus.

Prophetæ verò v.9. dicuntur olim vocati fuiſſe Videntes. Eſt enim eorum duplex potiſſimum actio, vna eſt abſtruſiſſimarum rerũ certa & perſpicua, quæ tamen eius quæ ad fidem ſpectat, obſcuritatis aliquid habeat; cognitio: ſiue ſimpliciter humano ingenio inueſtigari nequeant: ſiue tali tempore, loco, &c. Poſterior eſt earundem elocutio vel explicatio: A priore dicuntur Videntes, & ipſa prophetia dicitur hic & 2. Reg.24. v.13. 2. Paral.9.v.28.c.19.v.2. c.29.v.29. Iſaiæ 1. Amos 1. & paſſim viſio: à poſteriore vocantur prophetæ, & horum miniſtri vel interpretes hypophetę. Orig.l.1.contra Celſ.f.422. hinc, & ex l.4.c.1. colligit; de fortuitis, & humanis prophetas reſpondiſſe; ne Iudæi appeterent Gentilium auguria, aruſpicinas, ventriloquia &c. D.Hier. initio Ezech.20. ait, hanc fuiſſe conſuetudinem populi Iſrael; vt quidquid ſcire cupiebant, à Domino quærerent per prophetas. multa exempla teſtantur: Saul quærens aſinas &c. Videatur D.Baſil. in c.1 Iſa. Theophylactus in Naum, Procop. l.1.

Sed hic quatuor quæruntur. primum, An pro ipſa prophetia potuerint aliquid prophetæ accipere? Reſp. Tanquam pro mercede, non: vt habetur Micheę 3. ſed in ſuſtentationem, vel animi grati ſignificationem, poterant aliquid; licet ſæpè non acciperent, vt 4.Reg 1.& 5. Volebat tamen Saul cum adiuncto famulo aliquid offerre, v.7.& 8. ex ignorantia ſcilicet, quod putaret huiuſmodi quippiam prophetæ deberi, vt ait Procop. Theod. Ioſeph.

Secundo quæritur Quomodo intellexit Saul ver.21. ſibi regnum promitti? Reſpondent apud Auth. Trad. Hebræi & Lyran per palmæ ſomnium ipſi hoc antea cognitum fuiſſe: Hoc ipſum tamen ſomniaſſe illi videntur, vti notat Angelom. ideoq; cum Abulenſi, q.16. dicas, eum ex ipſius Samuelis verbis ver.20 id intellexiſſe iuncto communi rumore, omniumq; vulgata expectatione de nouo Rege iam pronunciando.

Tertiò quæritur. Cuiuſmodi fuit epulum, de quo, v.12. & ſeq. Hebræi apud Auth. Trad. & Ioſephus volunt, commune aliquod fuiſſe cōuiuium. potius tamen ſacrum fuiſſe videtur ex pacificis hoſtiis inſtitutum. primò, quia id textus hebr. græc. latinus ſacrificium vocāt. Chaldæus, oblationem ſanctam. ſecundò, Eius locus erat à Samuelis, & aliorum ciuium domibus ſeparatus, extra ciuitatem, excelſus, v.25.26. Quomodo verò puellæ de Samuelis, vel alterius alicuius conuiuio profano ſciuiſſent? Veriſimile verò eſt fuiſſe ſolenne populi ſacrificium aliquod, vti puellæ aiunt. Fortè vt ait auth. Trad. quia Kalendæ erāt. ſponte tamē Samuelem, cum de noui Regis aduentu pridie à Domino edoctus fuiſſet, pacificas hoſtias plures adiecíſſe, docent iſta. primò, quia dicitur v.24. ipſemet inuitaſſe. ſecundò, tanquam conuiuator conuiuis loca dat, v.22. tertiò, Coco manè mandarat, quid cuiq; dandum eſſet, v.23.

Quartò quæritur. Quomodo armus Sauli datus eſt, v.24. cum ea eſſet pars Sacerdotalis, vt dictum eſt cap.3? Diceret fortè aliquis, Samuelem tanquam Sacerdotem ipſi Sauli dediſſe. at ſi dexter humerus erat, verum id eſſe potuit ex diſpenſatione, propter legem Leuit.22. alioquin ſiniſter eſſe potuit. Dicitur ea reſidua, non quod alij iam comediſſent, ſed quod ex omnibus partibus, quæ aliis apponendæ fuerant, ſepoſita & electa erat. Vnde Ioſephus partem regiam appellat.

Quidam apud Vatablum notant, moris fuiſſe apud Iudæos, vt ante prandium gratias ageret, cibos frangeret, diſtribueret conuiuator: licet enim, inquiunt, Hebr. & Græcus, benedictionis tantum meminerint, Chald. tamen pro hac fractionem dixit. Vnde Luc.24. ſic videtur accepiſſe panem, gratias egiſſe, fregiſſe, &c. Sed primò, Chriſtus Dominus ibi conuiuator non erat, ſed potius tanquam hoſpes & peregrinus inuitatus. Secundò, Chaldæus vtitur verbo parahs, quod ſignificat quidem interdum frangere, interdum etiam extendere, vt 3. Reg.6. 4. Reg 8. ſicque hic accipitur, cum particula apponatur al, id eſt, ſuper, vt ſit extendere manus ſuper cibos, & eos quaſi manibus operire, dum preces cōcipiuntur, quod nihil aliud eſt niſi benedicere, vt vertit interpres regius, & explicat Scaliger lib.6 de emendatione temporum, parte prima. Tertiò, potius videtur Prophetæ vel Sacerdoti proprium fuiſſe benedicere, quemadmodum apud Chriſtianos, & alicubi hodie fit, & olim factum, indicat Gregor. Turonenſis, c.50, lib.1. miraculorum.

CAPVT X.

1 TVlit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius, & deoſculatus eſt eum, & ait: Ecce, vnxit te Dominus ſuper hereditatem ſuam in principem, & liberabis populum ſuum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius ſunt. Et hoc tibi ſignum, quia vnxit te Deus in principem. 2. Cū abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta ſepulcrum Rachel in finibus Beniamin, in Meridie, dicentq; tibi: Inuentæ ſunt aſinæ, ad quas ieras perquirendas: & intermiſſis pater tuus aſinis, ſolicitus eſt pro vobis, & dicit: Quid faciam de filio meo? 3. Cumque abieris inde, & vltra tranſieris, & veneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres viri aſcendentes ad Deum in Bethel, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. 4. Cumq; te ſalutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu co-

nu eorum. 5. Poſt hæc venies in collẽ Dei, vbi eſt ſtatio Philiſthino-
rum: & cũ ingreſſus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem pro-
phetarum deſcendentium de excelſo, & ante eos pſalterium & tym-
panum, & tibiam, & citharam, ipſoſq; prophetantes. 6. Et inſiliet in
te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum
alium. 7. Quando ergo euenerint ſigna hæc omnia tibi, fac quæcũ-
que inuenerit manus tua, quia Dominus tecum eſt. 8. Et deſcendes
ante me in Galgala, (ego quippe deſcendam ad te) vt offeras obla-
tionem, & immoles victimas pacificas: ſeptem diebus expectabis,
donec veniam ad te, & oſtendam tibi quid facias. 9. Itaq; cum auer-
tiſſet humerum ſuum vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor
aliud, & venerunt omnia ſigna hæc in die illa. 10. Veneruntq; ad præ-
dictum collem, & ecce cuneus prophetarum obuius ei: & inſiluit ſu-
per eum Spiritus Domini, & prophetauit in medio eorum. 11. Vidẽ-
tes autem omnes qui nouerant eum heri & nudiuſtertius, quòd eſſet
cum prophetis, & prophetaret, dixerunt ad inuicem: Quænam res
accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas? 12. Reſponditq; alius
ad alterũ, dicens: Et quis pater eorum? propterea verſum eſt in pro-
uerbium: Num & Saul inter prophetas? 13. Ceſſauit autem prophe-
tare, & venit ad excelſum. 14. Dixitq; patruus Saul ad eum, & ad pue-
rum eius: Quo abiſtis? Qui reſponderunt: Quærere aſinas: quas
cum non reperiſſemus, venimus ad Samuelem. 15. Et dixit ei patruus
ſuus: Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. 16. Et ait Saul ad patruum
ſuum: Indicauit nobis quia inuentæ eſſent aſinæ. De ſermone autẽ
regni non indicauit ei quem locutus fuerat ei Samuel. 17. Et conuo-
cauit Samuel populum ad Dominum in Maſpha: 18. & ait ad filios
Iſrael: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ego eduxi Iſrael de Ægy-
pto, & erui vos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium regum
qui affligebant vos. 19. Vos autem hodie proieciſtis Deum veſtrum,
qui ſolus ſaluauit vos de vniuerſis malis & tribulationibus veſtris:
& dixiſtis: Nequaquam: ſed regem conſtitue ſuper nos. Nunc ergo
ſtate coram Domino per tribus veſtras, & per familias. 20. Et appli-
cuit Samuel omnes tribus Iſrael, & cecidit ſors tribus Beniamin.
21. Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit co-
gnatio Metri, & peruenit vſque ad Saul filium Cis. Quæſierunt ergo
eum, & non eſt inuentus. 22. Et conſuluerunt poſt hæc Dominum
vtrumnam venturus eſſet illuc. Reſponditque Dominus: Ecce ab-
ſconditus eſt domi. 23. Cucurrerunt itaque & tulerunt eum inde:
ſtetitque in medio populi, & altior fuit vniuerſo populo ab humero
& ſurſum. 24. Et ait Samuel ad omnem populum: Certe videtis
quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo.
Et clamauit omnis populus, & ait: Viuat rex. 25. Locutus eſt autem
Samuel

Samuel ad populum legem regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit co-
ram Domino: & dimiſit Samuel omnem populum, ſingulos in do-
mum ſuam. 26. Sed & Saul abijt in domum ſuam in Gabaa: & abijt cũ
eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. 27. Filij vero Belial
dixerunt: Num ſaluare nos poterit iſte? Et deſpexerunt eum, & non
attulerunt ei munera: ille vero diſſimulabat ſe audire.

COMMENTARIVS.

III. *Quomodo Rex Saul clam & palam deſignatus ſit.*

CLam quidem primò adhibita triplici cæremonia, vnctionis, oſculi, & verborum, v. 1. deinde triplici ipſius iam vncti confirmatione per ſignum triplex, v. 2. tertiò, cum mandatis duplicibus, v. 7. & 8.

De vnctione nota primo. An apud alios populos, & ante hoc tempus vlla Regum vnctio fuerit, non conſtare: niſi quod Iudic. 9 v. 8. alluſio fieri videatur ad vnctionem, quæ illis temporibus vſitata iam erat, non tamen apud Iudæos, cum Regem nunquam adhuc habuiſſent, ſed apud alias gentes, vti 3. Reg. c. 19. D. Hieron. Iſa. 45. quomodo apud nos diadema, & purpura ſolis imperatoribus datur: ſic apud Hebræos regnaturi perfundebantur vnguento. vnde & Saul Chriſtus dicitur, & Cyrus Iſ. 45.

Secundò fiebat vnctio primo, oleo, quod cum duplex eſſet, ſacrum ceu vnguentum, & commune, & illo ſolo Pontifices ac Sacerdotes vngerentur, Exodi 29. vtroque tamen Reges vngi poterant: ſacro quidem 3. Reg. 1. communi 3. Reg. 19. Quidam, vt Vatablus, putant ſacro Saulem vnctum fuiſſe, quod è tabernaculo ad ſe afferri curaſſet Samuel, vel ipſemet vt Pontifex & Propheta iã paraſſet. Hebræi tamen apud eundem docent, ſolos vnctionis oleo Reges ex Iuda & domo Dauid vnctos fuiſſe Saulem communi, quod reprobandus eſſet. idq́ue magis probat Abul. q. 1. Continebatur iſtud vaſculo, quod lenticulam hic & l. 4. c. 9. vertit interpres, non à liniendo, vt vult Abul. ſed à lenticulari figura, de qua l. 37. c. 12. Plinius. & patet ex nomine græco hic, quod hebræo ſimillimum. Vocatur interdum cornu, vt infrà c. 10. lecytus, l. 3. c. 17. Fundebatur vnguentum iſtud ſuper Regis caput, ſicuti & Pontificis, cũ eo minores ſacerdotes tantum aſpergerentur, Exodi 29. Et vngebatur interdum quidem à prophetis, quando Rex iſtiuſmodi occultus & incognitus adhuc erat. Ordinariè tamen à Pontifice, 3. Reg. 1. 2. Paral. 23. Interdum etiam ab inferioribus ſacerdotibus fieri potuiſſe videtur, ſi Pontifex morte aut morbo abfuiſſet, cum & hic ab inferioribus illis vngi ſolitus eſſet. Per hos ſuos miniſtros dicebatur Deus vngere, vt hic v. 1. vel populus, vt 2. Reg. 2. Cæremoniæ verò nullæ quidem à lege diuina præſcriptæ fuerant, ſed humanis quibuſdam legibus & conſuetudinibus hæ ſeruabantur. prima, futurus Rex in ſede collocabatur. ſecunda, diademate ornabatur, 2. Paral. 23. 4. Reg. 11. tertia, vngebatur. quarta, ei dabatur in manus liber legis, id eſt, Deuteron. quinta, iurabat in ipſius obſeruationem. ſexta, ſacrificia fiebãt omnis generis 3. Reg. 1. & hic infra cap. 11. quemadmodum apud Herodianum l. 2. ſeptima, edebantur varia lætitiæ & approbationis ſigna, 3. Regum 1. & hic v. 25. 27. De vnctionis Regum antiquitate dixi c. 9. Iudi. q. 10. Perſarum verò Reges induebant Cyri veſtem, & fici palathen cum ediſſent, terebinthum etiam guſtabant, & oxygalactis poculum ebibebant, teſte Plutarch. in Artaxerxe.

Cur verò ſic vngerentur Reges, cauſa duplex fuit. prima, vt quemadmodum Pontificis inter ſacros miniſtros ſumma erat excellentia & dignitas, ſic & ſum-

ma Re-

ma Regis inter politicos Principes, ſignificaretur, vt ait Abul. q. 1. ſecunda, vt ſignificaretur, ipſis à Deo gratiam & robur dari, ad religionis & Eccleſiæ, populi, & hæreditatis Dei defenſionem, vt explicat Aug. Triumphus, de poteſtate Eccleſiaſtica, q. 38. ar. 2. Chryſ. h. 4. Act. Eliſæus per exuuium ouillum accepit gratiam: rurſum alius per oleum, vt Dauid: Moſes verò per ignem rubi vocatur. idem orat. 3. contra Iud. quoties (ait) eſſet aliquis inungendus, deuolabat ſpiritus gratia, & inſiliebat in vnguentum. & hom. 4. Philip. miſericordiæ καὶ τῆς φιλανθρωπίας σύμβολον eſt: ideoque vngebantur ſacerdotes, Reges, Prophetę. D. Aug. (vt citatur à P. Gretſero Anti. p. 525.) dicit Saulem licet ſceleratum, habuiſſe ſanctitatem ſacramenti & vnctionis; ſed non innocentiæ. Tertia etiam cauſa eſſe quiuerit; vt verum mundi totius Regem ſignificarent: Meſſiam ſcilicet ſiue Chriſtum. de cuius regno vide D. Thom. Bellar. Soar. &c. Lapis ille, quem (ait Aug. c. 6. l. 2. Trinit.) Iacob poſuit ad caput, Gen. 28. etiam vnctionem ad ſignificandum dominum, qui petra dicitur, aſſumpſit. quantò magis iſti Reges? Et ſi vnctione ſua eum ſacerdotes ſignificabant, quid ni & Reges? Nam ipſe & ſacerdos, & Rex, & Propheta. Hac vnctione fiebat etiam, vt Reges eſſent ſacroſancti, & Chriſti vocarentur ſeu Meſſiæ. infrà c. 24. 26. l. 2. cap. 1. 1. Paral. 16. Pſal. 104.

Nota tertio. Hinc etiam vnctionis ritus in Chriſtianis Imperatoribus & Regibus iam olim vſitari cœpit, vt patet ex cap. Venerabilem, Extra de electione, Cap. cum veniſſet, extra de ſacra vnctione, Ex Auguſt. Triumpho l. c. Aimonio l. 1. c. 15. l. 5. c. 49. Hincmaro, Forcatulo l. 6. de imperio Gallorum. Et duplici quaſi miraculo iſtum vnctionis ritum approbauit Deus. primò, Cœleſti donatione & conſeruatione ampullæ, quæ Rhemis aſſeruatur, vti ſe diligentiſſimè ipſam contemplatum eſſe ſcribit in Energumenico ſuo Faius Senator Pariſienſis & Præſes. ſecundò, poteſtate, quam vncti Galliæ Reges habent in ſtruma curanda, vt idem ibidem ſcribit, & Granatenſis l. 2. catech. c. 27. & ex hæreticis fatetur Caſpar Peucerus, de incantationibus, fol. 156. Et affirmant, qui præſentes adfuerunt, & viderunt, anno 1607. conſule & Polyd. Virg. hiſt. Angl. l. 8. in Eduardo Rege. Bleſen ep. 150. vbi ſcrophulas vocat: quia ei morbo ſcrophæ obnoxiæ. Plin. l. 11. c. 17. Celſ. l. 5. c. 38.

De Imperatoribus videatur Bellarm. l. 1. de tranſlatione imperij c. 4. l. 2. c. 2. Thomas Bozius l. 17. ſigno 76. Olim Imperatores, inquit Krãtzius l. 1. metropolis, non paſſi ſunt viuere Pontifices. nũc nõ habetur Imperator, niſi quẽ Romanus Pontifex confirmârit, cõſecrarit. Domini eſt terra, transfert regnũ, digniſſimeq; ad ſuum in terris Vicarium hoc ſacrum myſterium delegauit. Videatur & Caſtaldus tract. de Imperatore q. 21, & ſeq. Irenicus l. 3. Germ. c. 30. De coronatione Caroli Magni vide Conſtant. Manaſ. de Ludouico Baro. t. 9. ex Thegano. Multa quæ huc ſpectãt, ſunt apud eundem Baron. t. 8. addatur Onuphrius de comitiis Imp. veterum, & inſignibus. Conſtantinopoli (ait) vel ſub Iuſtiniano, vel poſt eius obitum, electioni Imperatoris additum; vt cum primùm Imperator renuntiatus eſſet, à Patriarcha Conſtant. in magna Byzantij Baſilica, oleo vnctus, diademate aureo redimiretur. quem ritum coronationen appellarunt, exemplo ab antiquis Hebræorum Regibus petito. & iterum de vnctione f. 395. 396. & ſeq. vide Steuanum c. 7. f. 36. b.

Secunda cæremonia Oſculi, putatur non ſemper adhibita, quia vt ait Abul. eſt ſuperioris ad inferiorem, vel æqualis ad æqualẽ, quemadmodum ait in collatione magiſterij aut doctoratus. at Rege nullus maior, aut ei æqualis. Videtur tamen Pontifex aut Propheta vngens, quatenus vngentis Dei perſonam ſuſtinet, eſſe maior. ideoq; videtur hæc cæremonia deinceps non omiſſa; vt innuit S. Greg. l. 4. cum, vt ait Procop. ſignificaret gratiæ communicationem, & vt videtur, regalis & ſacerdotalis officij, mutuam concordiam & operam.

Signum

Signum verò primum dicitur iuxta ſepulchrum Rachel, quod Geneſ. 35. in Iuda erat. Sed cum in finibus Beniamin hic dicatur, dicit Rab. Salomon, illos viros, cum hæc diceret Samuel, fuiſſe ad ſepulchrum, & poſtea occurriſſe in finibus Beniamin. Lyran.& Abul.docent, fines Iudæ & Beniamin coniunctos eſſe, ideoque vnum modò locum, modò alterum nominari. De ſalientibus foueis tacent Biblia correcta, & videri poteſt Franc. Brugenſis.

Secundum ſignum v.3. in Thabor. de quo monte dixi alias.

Tertium ſignum, v.5. in colle Dei, id eſt, in Cariathiarim, vt ait Rabi Salomon, Abul.& Chald. dum ait, ibi fuiſſe arcam. Erat inibi Palæſthinorum præſidium, de quo c.13.

Sed de prophetis, quorum hic & c.19. mentio, Nota Primum. Prophetarum quibus occultiſſimarum rerum, vt c.ſup. dixi, euidens, aut ſaltem certa cognitio eſt, & enunciatio, nomen aliquando latius paulo in ſcriptura panditur, & ſignificat primo eos qui ſacras literas ſcribunt, 2. Pet.1. Secundo. interpretantur, maximè tamen prophetias de futuris. Aut internuntij ſunt, vt Moyſes & Aaron Exo 7. Vide Rom.12. interprete S. Thoma, ibid. 1. Theſſal. 5. 1. Corin. 14. Epheſ. 4. Prouerb. 29. Tertiò, ſtudioſe tractant & meditantur, quos idcirco hic v.5 & 10. appellat Chald. ſcribas, & è conſeſſus domo, quaſi è templo vel ſchola venire ait. Poſtremò eos, qui (quod ex rerum diuinarum cognitione, enunciatione, ſcriptione, interpretatione ac ſtudio maximè ſpectari fierique debet) Deum laudant, vel voce, vt 1. Paral. 25. 1. Corin. 11. vel facto, vt Eccleſiaſti. 49. Origo videtur, quod quibuſdam quaſi canticis vaticinarentur prophetę. & quod omnia in ſcripturis cantica, prophetiæ ſunt. quod in Sibyllis etiam factum, & à dæmone in oraculis apud Herod. & alios. adeo vt iidem χρησμολόγοι, καὶ χρησμωδοὶ, & ipſi, & poëtæ, prophetæ dicti ſint licet futura Epimenidem prædixiſſe aſſerat Laërtius, & Cicero 1. de diuin. & hinc à fando & vaticinando, & canendo, vates & vaticinantes. Prophetæ igitur, de quibus hoc loco, erant ſacrarũ litterarum ſtudioſi, vt ait Chald. Rabini, Theodor. q.24. Abul. Caiet. qui Dei laudes concinebant; ita vt prophetare ſit Deum laudare, vt vertit Chal. v 5. & 10. Erant verò eorum, qui ſponte hoc vitæ inſtitutum ſuſciperent, quædam veluti collegia, maximè tamen ex tribu Leuitica, vt ait q.15. Abulen.

Secundum. Spiritus hoc loco propheticus erat primò mentis quædam illuminatio & inſtructio, qua non habitu, ſed actu cognoſcerent, quemadmodum hymnos aptè fundere, & cum aliis canere poſſent. deinde voluntatis ad hoc ipſum inſtinctus. atque hic ſpiritus in Saulem inſiliit, cum alij hanc ipſam ſcientiam ſtudio & labore interdum compararint. licet ex eorum numero, ſicuti & ex aliis hominum generibus, nonnullos interdum Deus ad futurarum rerum prædictionem excitarit, quod de Saule apud Auth. Trad. tradunt Hebræi, dicentes, eum de futuro ſæculo, de Gog, & Magog, præmiis iuſtorum, & pœnis improborum vaticinatum. Habebant inſtrumenta muſica, quorum nomina an rectè Strabo l.10. barbara nuncupat, cum ferè hic hebræa videantur? iis vtebantur ad diuinas laudes celebrandas, licet eorum etiam vſus aliquis fuerit ad præparandos animos, ad prophetiam, vt 4. Reg. 3 patebit.

Tertium. Hinc igitur prouerbium, v.12. num Saul inter prophetas? quaſi dicerent, num anſer inter olores? graculus inter muſas. Acutè Epictetus can 20. philoſophum (inquit) deſideras? para te ipſum, quaſi irridendus ſis; quaſi te ſubſannaturi multi ſint; quaſi dicturi: derepente hic nobis philoſophus euaſit? & vnde nobis hoc ſupercilium? Sed quod additur, quis pater eius? v.11. duplicem habet expoſitionem. prior, quis pater ſeu magiſter eius, niſi Deus? Secunda quis eorum pater, ſeu magiſter? inquit Chald. quaſi diceret, qui alios docuit, potuit & Saulem docere. Secundo. Apud Auth. Trad. tantus eſt Saul, vt eorum magiſter eſſe poſſit.

Manda-

Mandata verò duplicia erant, primò, v. *7.* fac quæcunque inuenerit manus tua, id eſt, quidquid negotij occurrerit, vt infrà cap. *25.* hoc age, ſeu vt ait Auth. Trad. regaliter age: Chald. parato tibi vaſa ſeu inſtrumenta regni, quia verbum Dei eſt in auxilio tuo. ſecundò, v. 8. deſcendes ante me, &c. quod exponitur primò, vt ante illud, ſeptem diebus, diſtinctio ponatur vt in textu noſtro ponitur; & tunc à Lyrano intelligitur, de ſola iſta inauguratione regni, vt ſtatim ſcilicet deſcenderet in Galgala, ibique ſeptem diebus expectaret. Abul. verò q. *11.* vult in omnibus arduis negotiis, quæ maiora Sauli viderentur, fieri hoc debuiſſe, vt videlicet Galgalam ipſe abiret, nuncium ad Samuelem mitteret, inde ſeptem dies ipſum expectaret. Alij ante illud, Expectabis, punctum figunt, vt apud Abul. Trad. non in aliis exemplaribus. Optimè iungeretur expoſitio Lyrani & Abul. vt & tunc temporis id factum ſit, & poſtea ſemper de compacto fieri debuerit, in difficilioribus negotiis, vti ex Ioſepho intelligitur, & infrà cap. 13. verſ. 8. & *13.*

Dupliciter verò in alium virum mutatus eſt Saul, primò, Cum ruſticanus eſſet, animum regium induit, v. *9.* vt ait Theodor. q 23. Deinde, vatem agere cœpit, v. *10.* & ſeq. Nazianzenus dubitandum negat, quin per inhabitantem Spiritum ſanctum, fuerit ille in ſpiritualem virum commutatus. Conſt. Apoſt. lib. *5.* c. 10. prophetauit Saul, cum eſſet impius, & pœnas luit, cum ſe ipſum interfecerit. Anaſt. Nic. q. *18.* & *23.*

Quomodo palam Rex factus ſit Saul.

INdixit Samuel comitia in Maſpha, vbi primo ſortè diligitur Rex Saul, v. 20. & ſeq. Noluit enim vllo modo Deus haberi ſuſpectum Samuelem, quaſi ſtudio quodam humano, non afflatu diuino Saulem Regem vnxiſſet. Deinde ſeſe occultauit Saul v. *22.* in vaſis quibuſdam, vt hebr. habet, itemq; Græca, vti etiam citat S. Ephrem tomo 3. ſerm. vel in populi, qui conuenerat, impedimentis, ait Vatablus, ſeu in latebram aliquam fugerat, vt ait Ioſephus. Sed per Vrim & Thumin à Samuele inuentus eſt, ibid. Tertiò, Rex publicè pronunciatus, & à populi parte maiore, & meliore muneribus cultus. Fuiſſe verò denuò iam vnctum aſſerit Glycas parte 2. & veriſimile putat Abul. ſicuti & c. *11.* factum eſſe indicat verbum innouationis regni, v. *14.* quaſi priſtinæ cæremoniæ repetitæ, ac innouatæ fuerint.

PARS II. GESTORVM SAVL.

Quid in regno geſſerit Saul?

SVNT ipſius in regno geſta bipartita, quædam vſque ad vnctum Dauidem, c. 16. reliqua deinceps ad mortem.

CAPVT XI.

1. ET factum eſt quaſi poſt mēſem, aſcendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduerſum Iabes Galaad. Dixeruntq; omnes viri Iabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, & ſeruiemus tibi. *2.* Et reſpondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiſcum fœdus, vt eruam omnium veſtrū oculos dextros, ponamque vos opprobrium in vniuerſo Iſrael. 3. Et dixerunt ad eum ſeniores Iabes: Concede nobis ſeptem dies, vt mittamus nuncios ad vniuerſos terminos Iſrael: & ſi non fuerit qui de-

E fend.t

ſendat nos, egredicmur ad te. 4. Venerunt ergo nuncij in Gabaa
Saulis: & locuti ſunt verba hæc, audiente populo: & leuauit omnis
populus vocem ſuam, & fleuit. 5. Et ecce Saul veniebat, ſequens bo-
ues de agro, & ait: Quid habet populus quod plorat? Et narrauerũt
ei verba virorum Iabes. 6. Et inſiliuit ſpiritus Domini in Saul, cum
audiſſet verba hæc, & iratus eſt furor eius nimis. 7. Et aſſumens vtrũ-
que bouem, concidit in fruſta, miſitque in omnes terminos Iſrael
per manum nunciorum, dicens: Quicumq; non exierit, & ſecutus
fuerit Saul & Samuel, ſic fiet bobus eius. Inuaſit ergo timor Domini
populum, & egreſſi ſunt quaſi vir vnus. 8. Et recenſuit eos in Bezech:
fueruntque filiorum Iſrael trecenta millia: virorum autem Iuda tri-
ginta millia. 9. Et dixerunt nuncijs, qui venerant: Sic dicetis viris,
qui ſunt in Iabes Galaad: Cras erit vobis ſalus, cum incaluerit ſol.
Venerunt ergo nuncij, & annunciauerunt viris Iabes: qui lętati ſunt.
10. Et dixerunt: Mane exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod
placuerit vobis. 11. Et factum eſt, cum dies craſtinus veniſſet, conſti-
tuit Saul populum in tres partes: & ingreſſus eſt media caſtra in vi-
gilia matutina, & percuſſit Ammon vſq; dum incaleſceret dies: re-
liqui autem diſperſi ſunt, ita vt nõ relinquerentur in eis duo pariter.
12. Et ait populus ad Samuelem: Quis eſt iſte qui dixit: Saul num
regnabit ſuper nos? Date viros & interficiemus eos. 13. Et ait Saul:
Non occidetur quiſquam in die hac, quia hodie fecit Dominus ſalu-
tem in Iſrael. 14. Dixit autem Samuel ad populum: Venite, & ea-
mus in Galgala, & innouemus ibi regnum 15. Et perrexit omnis po-
pulus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Gal-
gala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et læ-
tatus eſt ibi Saul, & cuncti viri Iſrael nimis.

COMMENTARIVS.

PRimum geſtum. Vno menſe poſt regnum publicè ipſi delatum, bellum Ammoniticum feliciſſimè confecit, cap. 11. vbi volebat Ammonitarum Rex oculos dextros eruere, verſ. 2. partim ad contumeliam, partim ad debilitationem, vt bello ſcilicet ineptos redderet, cum aliâs oculum ſiniſtrum ſcuto tegere ſoleant, & dextro ferè rem agere, vti monet Ioſephus, Procopius, Theodoretus quæſt. 26. Narrat quoque R. Azar. lib. 3. cap. 8. pag. 49. Alexandrinos ex odio eruiſſe Iudæis dextrum oculum inſtar Nachoſch Regis huius &c.

Sequebatur verò Saul boues, verſ. 5. id eſt, cum è paſcuis boues domum redirent, fortè fortuna domum tum ipſe redibat, vt ait Lyranus, vel potius, vt Ioſephus & Abulen. ex agricultura bonus Rex adhuc redibat, vt quemadmodum à Dei laudibus cap. 10 cum eſſet Rex deſignatus, regnum ordiebatur; ſic etiam nunc ab humilitate, cuius & ſpectatorem & approbatorem Samuelem præſentem, verſ. 7. habebat, Abulen. Ruth. 2. quæſt. 4. ſequebatur boues &c. Spiritus Domini qui tunc in eum inſilijt, verſ. 6. fuit, de qua in lib. Iudic. fortitudo ad

reſiſte-

reſiſtere audendum, & prudentia bellica. hinc in Galgalam ab omnibus itum,
verſ.14. vbi illa regni, de qua ſuprà, innouatio, ſicque ſecundò publicè Rex pronunciatus Saul.

CAPVT XII.

1. DIxit autem Samuel ad vniuerſum Iſrael: Ecce audiui vo-
cem veſtram iuxta omnia quæ locuti eſtis ad me, & con-
ſtitui ſuper vos regem. 2. Et nunc Rex graditur ante vos:
ego autem ſenui, & incanui: porro filij mei vobiſcum
ſunt: itaque conuerſatus coram vobis ab adoleſcentia mea vſque ad
hunc diem, ecce præſto ſum. 3. Loquimini de me coram Domino, &
coram Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinum:
ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſsi aliquem, ſi de manu cuiuſ-
quam munus accepi: & contemnam illud hodie, reſtituamque vo-
bis. 4. Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppreſsiſti, neque
tuliſti de manu alicuius quippiam. 5. Dixitque ad eos: Teſtis eſt Do-
minus aduerſum vos, & teſtis Chriſtus eius in die hac, quia non inue-
neritis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Teſtis. 6. Et ait
Samuel ad populum: Dominus qui fecit Moyſen & Aaron, & edu-
xit patres noſtros de Terra Ægypti. 7. Nunc ergo ſtate, vt iudicio
contendam aduerſum vos coram Domino de omnibus miſericor-
diis Domini, quas fecit vobiſcum, & cum patribus veſtris. 8. quo
modo Iacob ingreſſus eſt in Ægyptum, & clamauerunt patres veſtri
ad Dominum: & miſit Dominus Moyſen & Aaron, & eduxit patres
veſtros de Aegypto: & collocauit eos in loco hoc. 9. Qui obliti ſunt
Domini Dei ſui, & tradidit eos in manu Siſaræ magiſtri militiæ Ha-
ſor, & in manu Philiſthinorum, & in manu regis Moab, & pugnaue-
runt aduerſum eos. 10. Poſtea autem clamauerunt ad Dominum,
& dixerunt: Peccauimus, quia dereliquimus Dominum, & ſeruiui-
mus Baalim & Aſtaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum
noſtrorum, & ſeruiemus tibi. 11. Et miſit Dominus Ierobaal, & Ba-
dan, & Iephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum veſtro-
rum per circuitum, & habitaſtis confidenter. 12. Videntes autem
quod Naas rex filiorum Ammon veniſſet aduerſum vos, dixiſtis mi-
hi: Nequaquam, ſed rex imperabit nobis: cum Dominus Deus ve-
ſter regnaret in vobis. 13. Nunc ergo præſto eſt rex veſter, quem
elegiſtis & petiſtis: ecce dedit vobis Dominus regem. 14. Si ti-
mueritis Dominum, & ſeruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non
exaſperaueritis os Domini: eritis & vos, & rex qui imperat vobis,
ſequentes Dominum Deum veſtrum 15. ſi autem non audieritis vo-
cem Domini, ſed exaſperaueritis ſermones eius, erit manus Domi ſu-
per vos, & ſuper patres veſtros. 16. Sed & nunc ſtate, & videte rem

iſtam grandem, quam facturus eſt Dominus in conſpectu veſtro.
17. Numquid non meſsis tritici eſt hodie? inuocabo Dominum, &
dabit voces & pluuias: & ſcietis, & videbitis quia grande malum fe-
ceritis vobis in conſpectu Domini, petentes ſuper vos regem. 18. Et
clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces & pluuias
in illa die. 19. Et timuit omnis populus nimis Dominum & Samue-
lem, & dixit vniuerſus populus ad Samuelem: Ora pro ſeruis tuis ad
Dominum Deum tuum, vt non moriamur. addidimus enim vniuer-
ſis peccatis noſtris malum, vt peteremus nobis regem. 20. Dixit au-
tem Samuel ad populum: Nolite timere, vos feciſtis vniuerſum ma-
lum hoc: verumtamen nolite recedere à tergo Domini, ſed ſeruite
Domino in omni corde veſtro. 21. Et nolite declinare poſt vana, quæ
non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana ſunt. 22. Et non
derelinquet Dominus populum ſuum propter nomen ſuum ma-
gnum: quia iurauit Dominus facere vos ſibi populum. 23. Abſit au-
tem à me hoc peccatum in Dominum, vt ceſſem orare pro vobis, &
docebo vos viam bonam & rectam. 24. Igitur timete Dominum,
& ſeruite ei in veritate, & ex toto corde veſtro. vidiſtis enim magnifi-
ca quæ in vobis geſſerit. 25. Quod ſi perſeueraueritis in malitia: &
vos & rex veſter pariter peribitis.

COMMENTARIVS.

TVm verò Samuel duo quædam egit, cap *12.* primò, de ſua innocentia, vt lib. 15. cap. 12. ille apud Gellium, conteſtatus eſt, partim vt omnem à ſe ſuſpicionem, quam è populo quidam concepiſſe videbantur, amoliretur: partim vt nouum Principem doceret, quemadmodum innocenter & ipſe regere deberet. ipſorum etiam in Rege poſtulando peccatum miraculo diuino confirmauit, verſ. *16.* 17. tandemque pulcherrimè admonuit ipſos, verſ. *20.* Ferrandus Carthag. regula *2.* innocentiæ militaris: Dux, ait, in ſua adminiſtratione, non præeſſe diligat, ſed prodeſſe. imitetur bonis actibus Samuelem; comparet ſibi liberam fiduciam verecundæ & honeſtæ libertatis; vt ingenuâ fronte dicere valeat ſubiectis ſibi, ſicut dixit Samuel: *Ecce adſum ego &c.* aut de manu alicuius accepi pro exhortatione vel calceamentum &c. Et reſpondeatur etiam ei, quod dixerunt ad Samuel: Nemini noſtri nocuiſti &c. O quam glorioſus Dux erit ante faciem Principis, qui iſta audire meruerit &c.

Sed nota verſ. 11. nomen hebr. propter vltimarum literarum ſimilitudinem dupliciter lectum eſſe, à 70. quidem, Barach, ab aliis Badan, vel Bedan, & ita legit latinus correctus. vertit verò Chaldæus Samſonem, quem aliqui per Badan intelligunt, quaſi eum voces, filium Dan; vel in Dan, quod ex ea tribu fuerit Samſon: Quidam libri omnia hæc ſimul è marginibus mendosè corradunt.

CAPVT

CAPVT XIII.

1. Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet, duobus
autem annis regnauit ſuper Iſrael. 2. Et elegit ſibi Saul
tria millia de Iſrael: & erāt cum Saul duo millia in Mach-
mas, & in monte Bethel: mille autem cum Ionatha
in Gabaa Beniamin. porro cæterum populum remiſit vnumquem-
que in tabernacula ſua. 3. Et percuſſit Ionathas ſtationem Philiſthi-
norum, quæ erat in Gabaa. Quod cum audiſſent Philiſthijm, Saul
cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi. 4. Et vniuer-
ſus Iſrael audiuit huiuſcemodi famam: Percuſſit Saul ſtationem Phi-
liſthinorum: & erexit ſe Iſrael aduerſus Philiſthijm. Clamauit ergo
populus poſt Saul in Galgala. 5. Et Philiſthijm congregati ſunt ad
præliandum cōtra Iſrael, triginta millia curruum, & ſex millia equi-
tum, & reliquum vulgus, ſicut arena quæ eſt in littore maris pluri-
ma. Et aſcendentes caſtrametati ſunt in Machmas ad Orientem Be-
thauen. 6. Quod cum vidiſſent viri Iſrael ſe in arcto poſitos, (affli-
ctus enim erat populus) abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in abditis, in
petris quoque, & in antris, & in ciſternis. 7. Hebræi autem tranſierūt
Iordanem in Terram Gad & Galaad. Cumque adhuc eſſet Saul in
Galgala, vniuerſus populus perterritus eſt, qui ſequebatur eum. 8.
Et expectauit ſeptem diebus iuxta placitum Samuelis, & non venit
Samuel in Galgala, dilapſusque eſt populus ab eo. 9. Ait ergo Saul:
Afferte mihi holocauſtum, & pacifica. Et obtulit holocauſtum. 10.
Cumque compleſſet offerens holocauſtum, ecce Samuel veniebat:
& egreſſus eſt Saul obuiam ei vt ſalutaret eum. 11. Locutusque eſt ad
eum Samuel: Quid feciſti? Reſpondit Saul: Quia vidi quod populus
dilaberetur à me, & tu non veneras iuxta placitos dies, porro Phi-
liſthijm congregati fuerant in Machmas, 12. dixi: Nunc deſcendent
Philiſthijm ad me in Galgala, & faciem Domini non placaui. Neceſ-
ſitate compulſus, obtuli holocauſtum. 13. Dixitque Samuel ad Saul:
Stulte egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit
tibi. Quod ſi non feciſſes, iam nunc præparaſſet Dominus regnum
tuum ſuper Iſrael in ſempiternum, 14. ſed nequaquā regnum tuum
vltra conſurget. Quæſiuit Dominus ſibi virum iuxta cor ſuum: &
præcepit ei Dominus vt eſſet dux ſuper populum ſuum, eo quod nō
ſeruaueris quæ præcepit Dominus. 15. Surrexit autem Samuel, & a-
ſcendit de Galgalis in Gabaa Beniamin. Et reliqui populi aſcende-
runt poſt Saul obuiam populo, qui expugnabant eos venientes de
Galgala in Gabaa, in colle Beniamin. Et recēſuit Saul populum, qui
inuenti fuerant cum eo, quaſi ſexcentos viros. 16. Et Saul & Ionathas
filius eius, populusq; qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Bē-
E 3 iamin:

ſamin: porro Philiſthiim conſederant in Machmas. 17. Et egreſſi
ſunt ad prædandum de caſtris Philiſthinorum tres cunei. Vnus cu-
neus pergebat contra viam Ephra ad Terram Sual. 18. porro alius in-
grediebatur per viam Beth horon. tertius autem verterat ſe ad iter
termini imminentis valli Seboim contra deſertum. 19. Porro faber
ferrarius non inueniebatur in omni Terra Iſrael. cauerant enim Phi-
liſthiim, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam. 20. Deſcen-
debat ergo omnis Iſrael ad Philiſthiim, vt exacueret vnuſquiſque
vomerem ſuum & ligonem, & ſecurim, & ſarculum, 21. Retuſæ itaq;
erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & ſecurium, vſq; ad
ſtimulum corrigendum. 22. Cumque veniſſet dies prælij, non eſt in-
uentus enſis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule &
Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius. 23. Egreſſa eſt autem ſta-
tio Philiſthiim, vt tranſcenderet in Machmas.

COMMENTARIVS.

SEcundum geſtum. *S*ibi Saul Rex trium millium hominum ſatellitium delegit, v. 1. 2. Sed quando? Dicit textus, filium vnius anni eum fuiſſe. Canus l. 11. c. 5. ad 12. vult legendum eſſe, filius viginti & vnius anni erat. Verum non libri tantum omnes Hebr. Græci, Chald. &c. reclamant, ſed nulla etiam cauſa id poſtulat, quin etiam reclamat cap. ſequenti Ionathan. Quomodo enim ſi Saul vnius & viginti annorum in regni ſui principio fuiſſet, tam robuſtus ille iuuenis extitiſſet? Multo credibilius illi, quos ſupra dicebam, filium vnius anni Sauli tribuere, Isboſeth nimirum, affirmarent vnam hoc loco literam, Lamed, quæ datiui nota ſit, deeſſe, ſed legendum, vt l. 2. c. 3. v. 7. c. 4. v. 4 præſertim cum idcircò videatur Isboſeth c. ſeq. v. *49*. omitti, quaſi eius iam mentio hic facta eſſet, Alias tamen expoſitiones ſupra c. *9*. attuli, quarum eam quæ dicit, inſtar vnius anni pueruli, fuiſſe Saulem innocentem, ſequuntur Procop. Theodor. Angelomus, S. Gregor. l. 5. c. 3 Rupertus c. 2. Apocal. Petrus Damianus l. *2*. ep. *20*. illa vero textui congruentior videtur, quam hebræi quidam & Vatablus ſequũtur & Genebrardus, fuiſſe vnius anni filium ab eo tempore quo Rex vnctus eſt, vſque ad regni innouationem, vel vt alij, de quibus ſequitur, vſque ad hoc tempus, quo milites delegit.

Quod verò additur, duobus annis regnaſſe ſuper *I*ſrael, qui vnum annum vſque ad hoc ſatellitium numerant, intelligunt, vel quod præciſe duos tantum annos regnum tenuerit Saul; vel quod diutius quidem tenuerit, ſed duos tantũ perſeuerando in cæpta bonitate. Rupert c. *2*. Apoc. f. 21. duobus annis (ait) eadem humilitate regnauit. ab hac excidit, quando contra legem holocauſtum obtulit, cum non eſſet ſacerdos de ſtirpe Aaron, pepercit Agag, &c. Qui vero duos annos vſque ad hoc ſatell. tij tempus ponunt, ij dicunt fuiſſe filium vnius anni ab vnctione vſque ad innouationem, rurſum alterum ab hac vſque ad hoc ſatellitium, ſicque duos annos regnaſſe, quando elegit ſibi 3000, &c. De his tamen in chronologia alibi.

Tertium geſtum. Bellum Palæſthinum, hoc cap. decimotertio & ſeq rurſum feliciſſimè conficit. ſed hic deſcribitur primo eius occaſio, cædes videlicet præſidij Philiſthinorum per *I*onathan facta, v. 3. Poſuerant enim iſti olim, dum victores eſſent, certa militum præſidia in munitioribus quibusdam Iudææ locis, vt in officio Iſraelitas continerent, eoſdemque prorſus eandem ob cauſam exarmarant,

armarant, & ne arma pararent, fabris ferrariis omnibus ſpoliatant, v. 19. Id quādo factum ſit? quæritur. Abul. iam ante Samſonem cæpiſſe putat. Alij bellis poſterioribus: ſed & hoc è chronologia pendet.

Secundo. eiuſdem magnitudo v. 5. propter hoſtium multitudinem & apparatum. è contrario verò Iſraëlitarum paucitatem & armorum inopiam. ita vt diffugeret ſeque abderet populus, v. 6. Rex ipſe timore perculſus contra mandatum c. 10. v. 8. grauiter peccaret. v. 8. & ſeq. diem enim ſeptimum non expectauit, quod intelligit Andreas, de die ſeptimo vero qui ſcilicet eſſe debebat, numerando à die quo ſignificaſſet Saul Samueli ſuum in Galgalam aduentum: ſicque hunc diem fuiſſe quidem octauum ab aduentu Saulis, ſed ſeptimum à miſſo nuncio. Venit igitur Samuel à nuncio miſſo die ſexto. Verius tamen fuiſſe tantum dies ſeptem expectandum ab aduentu Saulis & principio miſſi nuncij. Sed integri eſſe debebant, id eſt, vſque ad veſperam: ſiue vſque ad tempus ſacrificij veſpertini numerari debebat ſeptimus. Saul verò præ metu præproperè ſacrificauit, matutino ſcilicet tempore diei huius ſeptimi, quod dum facit, interuenit Samuel, & eum grauiſſimè obiurgat, v. 11. quod totum iſtum diem ſeptimum non expectarit, hocque peccatum eſſe principium ruinæ regni ipſius, maximè quo ad poſteros. Ita Lyran. Abul. q 7. & antea S. Gregor. l. c. idcircò ait per inobedientiam cecidit, quia integris ſeptem diebus ſicut iuſſus fuerat, non expectauit. & poſtea: Ecce ſeptem diebus prophetam ſuſtinuit, ſed dum præſtolari eum in fine diei deſiit, gloriam tantæ dignitatis amiſit. Armorum verò inopia intelligi poteſt ex fabrorum abſentia, & ex eo, quod duo tantum enſem & lanceam haberent, Rex & filius eius, v. 22. in ſexcentis ſcilicet viris, qui cum ipſis erant, licet forte alicubi arma quædam Iſraelitarum nonnulli haberent. Ita hoſtes cauerant. ſicut & in prophana hiſtoria, in fœdere quod Regibus expulſis populo Romano Porſena dedit, nominatim comprehenſum fuit: ne ferro, niſi in agricultura vterentur Plin. l, 14. c. 4.

Dices. Quomodo igitur & Ionathan Palæſthinorum ſtationem interficere potuit, & iſti bellum gerere? Reſpondet Rab. Dauid Camius, eos vſos fundis, arcubus, telis, quod poſtremum negat Abul. quod tela ferrata ſint. ſed interdū tela rudes trunci, ait l. 7. Statius, & huiuſmodi adeſſe potuerunt, id eſt, ſudes, baculi, fuſtes, quorum etiam in Domini paſſione vſum videmus. Ad extremum pugnis etiam rem agebant, à quibus pugna ducitur. Inter ipſos aduerſarios, inquit Caſſiodorus l. 1. c. 30. non erant prius armata certamina, ſed pugnis ſe, quāuis feruida, laceſſebat intentio. vnde & pugna nomen accepit. Lucret. l. 5. p. 158.

Arma antiqua, manus, vngues, &c.

Poſtea Belus ferreum gladium primus produxit, à quo & bellum placuit nominari. Legatur pulcherrimum & veriſſimum Tibulli carmen. l. 1. elegiarum.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?
Ferreus, & verè ferreus ille fuit.
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia (pugnæ olim cum eſſent) *nata.*
Tunc breuior diræ mortis aperta via eſt.

Huius verò belli exitu à fugientibus & morientibus Palæſthinis armorum ſatis relictum eſt. Notat verò S. Gregor. fabros in Eccleſia ferrarios deeſſe, cum deſunt Doctores, etiam ſæcularium litterarum. Harum enim eruditio, ait, etſi per ſemetipſam ad ſpiritalem ſanctorum conflictum non prodeſt, ſi diuinę ſcripturæ coniungitur, eiusdem ſcripturæ ſcientia ſubtilius eruditur: ad hoc quidem tantum liberales artes diſcendæ ſunt, vt per inſtructionem illarum diuina eloquia ſubtilius intelligantur. apertè dæmones ſciunt, quia dum ſecularibus litteris inſtruimur, in ſpiritualibus adiuuamur. Pergit tam ipſe quam Angelomus idipſum explicare. Vnde Iulianus apoſtata olim huiuſmodi magiſtros Chriſtianis eripere voluit: quemadmodum nobis hodie hęretici antiquos pa-

 tres,

tres, ſcholaſticos, philoſophos, &c. D. Auguſt. l. 18. ciuit. c. 52. An, inquit, Iulianus non eſt Eccleſiam perſecutus, qui Chriſtianos liberales litteras docere ac diſcere vetuit? Certè Moſtellaria ſua Plautus Magiſtros & Pædagogos, fabros vocat. Vide orationem in ſacræ Apoſtolorum ædis, quæ Herbipoli magnifica viſitur encæniis, Encæniſticam.

Sed quæritur; An per ſemetipſum ſacrificarit Saul? Ait Lyran. negat Abul. q. 10. Ab illo ſtat Ioſephus; ab hoc ratio & ſcriptura. Si enim per ſemetipſum ſacrificaſſet ille, id ei maximè tanquam maximum peccatum obieciſſet Samuel: at tantum obiecit, non expectaſſe dies ſeptem, cum tamen illud alterum eſſet multo grauius, quemadmodum indicat & Ioſephus; dum hoc, quod fingit, Samuelem facit obiicientem, illud verò quod ſcriptura ponit, reticentem. Deinde hoc in bello ſecum Sacerdotes habebat Saul, c. ſeq. v. 3. & 18. Et patet ex Numer. 10. Deuter. 20.

CAPVT XIV.

1 ET accidit quadam die vt diceret Ionathas filius Saul ad
adoleſcentem armigerum ſuum: Veni, & tranſeamus ad
ſtationem Philiſthinorum, quæ eſt trans locum illum.
Patri autem ſuo hoc ipſum non indicauit. 2. Porro Saul
morabatur in extrema parte Gabaa ſub malogranato, quæ erat in
Magron: & erat populus cum eo quaſi ſexcentorum virorum. 3. Et
Achias filius Achitob fratris Ichabod filij Phinees, qui ortus fuerat
ex Heli ſacerdote Domini in Silo, portabat ephod. Sed & populus i-
gnorabat quo iſſet Ionathas. 4. Erant autem inter aſcenſus, per quos
nitebatur Ionathas tranſire ad ſtationem Philiſthinorum, eminen-
tes petræ ex vtraque parte, & quaſi in modum dentium ſcopuli hinc
& inde prærupti, nomen vni Boſes, & nomen alteri Sene: 5. vnus ſco-
pulus prominens ad Aquilonem ex aduerſo Machmas, & alter ad
Meridiem contra Gabaa. 6. Dixit autem Ionathas ad adoleſcentem
armigerum ſuum: Veni, tranſeamus ad ſtationem incircumciſo-
rum horum, ſi forte faciat Dominus pro nobis: quia non eſt Domi-
no difficile ſaluare vel in multis, vel in paucis. 7. Dixitque ei armiger
ſuus: Fac omnia, quæ placent animo tuo: perge quo cupis, & ero te-
cum vbicumque volueris. 8. Et ait Ionathas: Ecce nos tranſimus ad
viros iſtos. Cumque apparuerimus eis, 9. ſi taliter locuti fuerint ad
nos, manete donec veniamus ad vos: ſtemus in loco noſtro, nec aſcen-
damus ad eos. 10. Si autem dixerint: Aſcendite ad nos: aſcendamus,
quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris, hoc erit nobis ſignũ.
11. Apparuit igitur vterq; ſtationi Philiſthinorum: dixeruntque Phi-
liſthiim: En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus abſconditi
fuerant. 12. Et locuti ſunt viri de ſtatione ad Ionatham, & ad armige-
rum eius, dixeruntque: Aſcendite ad nos, & oſtendemus vobis rem.
Et ait Ionathas ad armigerum ſuum: Aſcendamus, ſequere me: tra-
didit enim Dominus eos in manus Iſrael. 13. Aſcendit autem Iona-

thas manibus & pedibus reptans, & armiger eius poſt eum. Itaq; aliĵ
cadebant ante Ionatham, alios armiger eius interficiebat ſequens
eum. 14. Et facta eſt plaga prima, qua percuſſit Ionathas & armiger
eius, quaſi viginti virorum in media parte iugeri, quam par boum
in die arare conſueuit. 15. Et factum eſt miraculum in caſtris, per a-
gros: ſed & omnis populus ſtationis eorum, qui ierant ad prædan-
dum, obſtupuit, & conturbata eſt terra: & accidit quaſi miraculum
à Deo. 16. Et reſpexerunt ſpeculatores Saul, qui erant in Gabaa Ben-
iamin, & ecce multitudo proſtrata, & huc illucque diffugiens. 17.
Et ait Saul populo, qui erat cum eo: Requirite, & videte quis abierit
ex nobis. Cumq; requiſiſſent, repertum eſt non adeſſe Ionatham, &
armigerum eius. 18. Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam Dei. (Erat
enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Iſrael) 19. Cumque loqueretur
Saul ad ſacerdotem, tumultus magnus exortus eſt in caſtris Phili-
ſthinorum: creſcebatque paulatim, & clarius reſonabat. Et ait Saul
ad ſacerdotem: Cōtrahe manum tuam. 20. Conclamauit ergo Saul,
& omnis populus, qui erat cum eo, & venerunt vſq; ad locum certa-
minis: & ecce verſus fuerat gladius vniuſcuiuſque ad proximum ſuū,
& cædes magna nimis. 21. Sed & Hebræi qui fuerant cū Philiſthiim
heri & nudiuſtertius, aſcenderantq; cum eis in caſtris, reuerſi ſunt vt
eſſent cum Iſrael, qui erant cum Saul & Ionatha. 22. Omnes quoque
Iſraelitæ, qui ſe abſconderant in monte Ephraim, audiētes quod fu-
giſſent Philiſthæi, ſociauerunt ſe cum ſuis in prælio. Et erant cum
Saul, quaſi decem millia virorum. 23. Et ſaluauit Dominus in die illa
Iſrael. pugna autem peruenit vſque ad Bethauen. 24. Et viri Iſrael ſo-
ciati ſunt ſibi in die illa: adiurauit autem Saul populum, dicens: Ma-
ledictus vir, qui comederit panem vſq; ad veſperam, donec vlciſcar
de inimicis meis. Et non manducauit vniuerſus populus panem: 25.
omneq; terræ vulgus venit in ſaltū, in quo erat mel ſuper faciē agri.
26. Ingreſſus eſt itaq; populus ſaltum, & apparuit fluens mel, nullus-
que applicuit manum ad os ſuū. timebat enim populus iuramentū.
27. Porro Ionathas non audierat cum adiuraret pater eius populum:
extēditq; ſummitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in
fauum mellis: & conuertit manum ſuā ad os ſuum, & illuminati ſunt
oculi eius 28. Reſpondensque vnus de populo ait: Iureiurando con-
ſtrinxit pater tuus populum: dicens: Maledictus vir, qui comederit
panem hodie. (defecerat autem populus) 29. Dixitque Ionathas:
Turbauit pater meus terram: vidiſtis ipſi quia illuminati ſunt oculi
mei, eo quod guſtauerim paululum de melle iſto: 30. quanto magis
ſi comediſſet populus de prȩda inimicorum ſuorum, q̄ reperit? non-
ne maior plaga facta fuiſſet in Philiſthiim? 31. Percuſſerunt ergo in
die

die illa Philiſthæos à Machmis vſque in Aialon. Defatigatus eſt autem populus nimis: 32. & verſus ad prædam tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra: comeditque populus cum ſanguine. 33. Nunciauerunt autem Sauli dicentes quod populus peccaſſet Domino, comedens cum ſanguine. Qui ait: Præuaricati eſtis: voluite ad me iam nunc ſaxum grande. 34. Et dixit Saul: Diſpergimini in vulgus, & dicite eis vt adducat ad me vnuſquiſque bouem ſuum & arietem, & occidite ſuper iſtud, & veſcimini, & non peccabitis Domino comedentes cum ſanguine. Adduxit itaque omnis populus vnuſquiſque bouem in manu ſua vſque ad noctem: & occiderunt ibi. 35. Ædificauit autem Saul altare Domino; tuncque primum cæpit ædificare altare Domino. 36. Et dixit Saul: Irruamus ſuper Philiſthæos nocte, & vaſtemus eos vſquedum illuceſcat manè, nec relinquamus ex eis virum, Dixitque populus: Omne quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait ſacerdos: Accedamus huc ad Deum. 37. Et conſuluit Saul Dominum: Num perſequar Philiſthiim? ſi trades eos in manus Iſrael? Et non reſpondit ei in die illa. 38. Dixitque Saul: Applicate huc vniuerſos angulos populi: & ſcitote, & videte per quem acciderit peccatũ hoc hodie. 39. Viuit Dominus ſaluator Iſrael, quia ſi per Ionatham filium meum factum eſt, abſque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo: 40. Et ait ad vniuerſum Iſrael: Separamini vos in partem vnam, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Reſponditq; populus ad Saul: Quod bonum videtur in oculis tuis, fac. 41. Et dixit Saul ad Dominum Deum Iſrael: Domine Deus Iſrael da indicium: quid eſt quod non reſponderis ſeruo tuo hodie? Si in me, aut in Ionatha filio meo eſt iniquitas hæc, da oſtenſionem: aut ſi hæc iniquitas eſt in populo tuo, da ſanctitatē. Et deprehenſus eſt Ionathas & Saul, populus autem exiuit. 42. Et ait Saul: Mittite ſortē inter me, & inter Ionatham filium meũ. Et captus eſt Ionathas. 43. Dixit autem Saul ad Ionathā: indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait: Guſtans guſtaui in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior. 44. Et ait Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. 45. Dixitq; populus ad Saul: Ergone Ionathas morietur, qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſrael? hoc nefas eſt: viuit Dominus, ſi ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus eſt hodie, Liberauit ergo populus Ionathā, vt non moreretur. 46. Receſſitq; Saul, nec perſecutus eſt Philiſthiim: porro Philiſthiim abierunt in loca ſua. 47. Et Saul, confirmato regno ſuper Iſrael, pugnabat per circuitũ aduerſum omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philiſthæos:

ſthæos: & quocumque ſe verterat, ſuperabat. 48. Congregatoq; ex-
ercitu, percuſſit Amalec, & eruit Iſrael de manu vaſtatorum eius. 49.
Fuerunt autem filij Saul, Ionathas & Ieſſui, & Melchiſua: & nomina
duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen mi-
noris Michol. 50. Et nomen vxoris Saul, Achinoam filia Achimaas:
& nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. 51.
Porrò Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. 52. Erat
autem bellum potens aduerſum Philiſthæos omnibus diebus Saul.
Nam quemcumque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, ſociabat eum ſibi.

COMMENTARIVS.

BElli huius Palæſthini exitus hic deſcribitur, partim lætus, partim ſubtriſtis. Lætus quidem victoria, quam Ionathas à Deo excitatus, vt ſolus cum armigero Palæſthinos inuaderet, comparauit. Fuiſſe verò à Deo excitatum colligunt Theodor. q 31. Procopius, Abulen q. 2. ex v. 6. & 9. quia tamen contingit noſtram interdum à Deo voluntatem ad quippiam agendum moueri, neque tamen quo ad intellectum huius rei certi ſatis ſumus, voluit Ionathas diuini huius motus certior effici, & vt veriſimile ipſius bonitas efficit, non Ioſephus, falſo à Lyrano citatus, Deum orauit; ſicque *omine* captato v. 10. 11. 12. hoſtes aggreſſus eſt, ſicuti ad Iſaaci nuptias omen ceperat Eliezer Geneſ. 24. De omine iſto Delrius l. 3. p. 2. q. 4. ſ. 4. ſimile oraculum à Pæonibus acceptum contra Perinthios: V. apud Herod. l. 4. prin. Vide S. Tho. ſecunda, ſecundæ, q. 95. artic. 7. Palæſthini ergo loci firmitate præfidentes, ideoque cuſtodiam negligentes, Ionathan euocarunt: ſed ſtatim eorum viginti perexiguo in ſpatio velut attoniti ſtantes, cæſi ſunt, alij fugere cæperunt, primo quidem aliquantulum vſque ad Bethauen reſiſtendo, tunc effuſe fugiendo, diuino quodam terrore in ipſos immiſſo, vt Iudic. 7.

Saul verò verſ. 18. vt ſciret quis è ſuis abeſſet, quoque modo ſe iam gerere deberet, Dominum voluit per Vrim & Thumin, ſeu vt cum Ioſepho ait Theodoretus, per hieraticam ſtolam, id eſt, ephod interrogare. Nam è Cariathiarim allata erat Arca, quod ipſius ſibi præſentiam quam vtiliſſimam ſperarent; licet ob quorundam peccata c. 4. non profuiſſe meminiſſent. Aderat & Achaias ſacerdos, v. 3. quem *Ioſephus* c. 7. vocat ſummum ſacerdotem, & c. ſeq. vel eundem vocat Achitobum, vel eius patrem ſimul cum illo Pontificem fuiſſe ſignificat. Sed vt ait Abulen. an ſacerdos ſummus fuerit, an idem ſit, qui cap. 20. 21. Amalec vocatur, dubium eſt. præſertim cum Samuel Pontifex adhuc ſupereſſet, de quo ſupra, & iterum infra. Contrahere manum verſ. 19. *Vatablo* eſt retrahere, q. d. noli accipere Ephod: mihi otium non eſt, ſicque etiam Lyran. & Abulen. Sed Chaldæo eſt accipere ceu afferre Ephod, quod probat Ioſephus, c. 8. cum ſacerdoti Dominum reſpondiſſe ait.

Subtriſtis verò fuit iſta victoria rebus duabus. Primo, peccato populi, v. 32. 33. quia cum ſanguine carnes ediſſent. Quidam putant idolis eum ſacrificaſſe; *Auth* Traditionum dicit, peccaſſe comedendo contra leges antequam ſacrificium veſpertinum offerretur, & quidem pro ipſis ob cædem factam, deinde non offerendo ſanctuarium ſacerdotibus adipem & ſanguinem: cum ſanctuarium ſecum haberent, & ex hoſtiis comedere vellent. Sed aliud nihil egerunt, quam quod præ fame & feſtinatione carnes à ſanguine minus

depu-

depurarunt, vt lapis à Saule poſitus, v 34 ſatis indicat, & clarè Ioſephus c.8. Non magnum tamen ob famis neceſsitatem peccatum fuit, vt q.26. ait Abul.

Dicitur verò v.35. primum altare ędificaſſe Domino Saulem, quod (primum) non eſt in hebræo, ait auth. Trad. quia tamen antea inobedienter altare ædificarat c.13. non Domino ædificaſſe intelligitur: hic autem quia obedienter, & rectè illud ædificauit, Domino ædificaſſe perhibetur. ita ille. Latinus tamen textus, Ioſephus, & alij ſatis demonſtrant primum hoc altare fuiſſe: idque non ad memoriam tantum, ſed ad ſacrificia etiam, prout antea dixi hoc tempore fieri potuiſſe.

Altera res, Ionathæ diſcrimen, cuius cauſa pater legem ferens v. 24. & Ionathas ipſe illam, licet ignoranter, violans, v. 29. Denique Deus ipſum indicans, primo ſilentio v.37 deinde ſortitione, v.41. Sunt verò in Saule ſpectanda primo. lex illa v.24. Secundo. iuſiurandum v.39. Tertio. eius perfectio, v.44. Lyranus in primo illo peccaſſe vult Saulem, quod male iurarit, Secundo in vltimo, quod idipſum explere voluerit Malè iuraſſe, quod nulla hoſtis inſequendi neceſſitas eſſet, ipſum in iuramento neceſſitatis caſum non excepiſſe, vt ſi cibum ſumere quis cogeretur. Tertio. quod plus damni res hæc attuliſſet v. 30. & peccati occaſionem famelico exercitui præbuiſſet, v.33. Abulenſis illum arguit, quod primum illud iuramenti nomine appellet, cum ſit potius adiuratio vel imprecatio. Sed pro hac ipſa iuramenti nomen accepiſſe videtur Lyranus, quemadmodum & noſter interpres, v.26 25. & 70. Eſt enim hic quædam lex cum imprecatione; ne quis ante veſperam quid comedat: qui contra faxit, maledictus eſto, & vtrumque iſtud populi adiuratio dicitur, à Theodor. q.32. à Procop. anathematiſmus.

Sed hi cum Lyrano Saulem peccaſſe videntur exiſtimare, itemque D. Chryſoſt hom.14. ad populum, D. Gregor. hic. Negat verò Abul. Nam primo potuit ille Rex cum magna rei benè gerendæ, hoſtiumque delendorum eſſet opportunitas, iſtiuſmodi legem ferre. Primo. ne vlla interiiceretur cibi capiendi mora. deinde, vt iſto ieiunio Dei fauor magis conciliaretur, vt indicat Ambroſ. ſer. 25. de quadrag. Secundo. Si peccaſſet Saul, debuiſſet eum ſors indicare, quia v. 41. quæritur, an in ipſo, an in filio peccatum hæreat. Tertio. laudat eum valde l. c. Ambroſ. Bonus, ait, planè Rex, qui hoſtes ſuos non tam armis, quam deuotione vincebat, & plus dimicabat religione, quam telis, &c. De iſto ieiunio D. Hier. l.2. ad In. p.80. qui locus notatu digniſſimus eſt.

Dices. Ante v. vigeſimumquartum 70. dicunt, Saulem ignoraſſe ignorantiam magnam. Reſpondeo Ignorantiam qua ignorabat futurum, vt iſta lege in tantum periculum chariſſimus filius adduceretur. In iureiurando verò poſtea faciendo, eiuſque perfectione molienda, non etiam peccauit, quia ęquiſſimum videbatur, vt propter quē Deus tantoperè iratus eſſet, moreretur. deinde quia Ioſephus vehementer in Saule dilaudat, quod iuriſiurandi religionem, & ſtirpi, & naturæ, & omnibus amoris inuitamentis antepoſuerit, & Ambr l.c. Videte, ait, quanta apud Saul Regem fuerit religionis obſeruantia, qui offenſum Deū optauit etiam parricidio mitigare, & parricidio tanto iuſtiori, quam fuit illud Manlianum, de quo l 8. Liuius, quantò hic res maior, Dei ſcilicet cultus, & imprecationum vis agebatur quam illic.

Ionathan verò prorſus à peccato excuſat Abul. ſed etſi propter ignorantiam leuius, v.27. peccaſſe tamen probatur, Primo. quia ſors iſta cum diuina eſſet, v. 41. quemadmodum Iudic.6. Act.1. Auguſt. in Pſal.30. non ſuperſtitioſa; mentita fuiſſet. Secundo. malè Deus reſpondere noluiſſet, v.37. Dicit Theodor. & Procop. reſpondere noluiſſe, Primo. vt argueretur Saul. Secundo. addit Lyran. vt Ionathæ innocentia declararetur. Sed ſortis, vt iam dixi indicium contrarium prorſus eſt, illud tamen verum, quod ait Theodoretus, hic declarari, quantopere ana-

re anathemata extimeſcenda ſint. Tertio. licet neſcierit Ionathas patris legem,ſcire tamen aliquo modo potuit, cum enim videret tam multos, quos ſecum habebat, nihil omninò, etſi valdè famentes & fatigatos, obuij mellis guſtaſſe,facilè ſuſpicari potuit, cauſam aliquam ſubeſſe, quam interrogãdo facillimè intellexiſſet, v. *27.28.* Indicat enim textus ipſius ordo populum ante ipſum iuiſſe, & in Pſalm. 50. D. Chryſoſt. deinde patris legem cum audiiſſet, ab eſu quidem abſtinuit, vt ait Ioſephus; illam tamen reprehendit, v. *46.* Addit Ioſephus, pro ipſius peccato populum Deo ſupplicaſſe, vt abſolueret eum. *S* Amb. l. c. vnius culpa, ait, cunctis confertur ignauia; vnius delicto, cunctis generatur infirmitas. Non diſſimilia Gregorius l. 5. Angelomus hoc loco, Prudentius Pſychomachia. Quin & ipſe Ionathas culpam fatetur, verſ. *43.* vbi pro illis verbis*: Ecce ego morior*, vertit Chald. morti obnoxius ſum. *In* Orthodoxorum Archimandritarum Libello *S*yn. Conſtant. apud Bar. t. 7. an. 536. legitur; communicant anathemati habentes in medio anathema: ſicut oſtendit nobis antiqua ſcriptura in Achan, & Ionathan, qui ſcienter & ignoranter inciderunt in anathema, &c.

Ex his porrò colliges, quanta hæreticorum ſit prauitas, qui Eccleſiæ matris leges cum ſciant, non modò non ſeruant; ſed etiam irrident: cum populo iſti tam laſſo, v. *28.* & 31. tanta fuerit religio; vt ne obuium quidem mel guſtarit; & quidem etiam cum eius vim & efficacitatem deprædicaret *I*onathas, verſic. *29.* nam illuminatos eſſe oculos, non eſt, prout Geneſ. 3. licet ita Bedæ videatur; ſed vires reſtitutas eſſe, vt ait D. Gregor. Angelomus, & res ipſa monſtrat. Vide Conſtantinopolitani populi præclarum in Nicephoro l. 17. cap. *32.* exemplum. *S*i, ait *S.* Ambroſ. l. c. ignorans Ionathas indictum à patre ieiunium quia reſoluerit, morti addicitur: qui ſciens indictum à Chriſto ieiunium ſoluerit, quid meretur? Ergo fratres ſtatutum nobis cuſtodiamus obſeruatione ieiunium, vt hoſtes noſtros ſpirituales carnaleſque vincamus, non declinemus ad fauum, qui eſt voluptas, &c. Saulem imitatus *S.* Hilarion, cum apud ſanctum Hieronymum diceret; Maledictus qui prius refectionem corporis, quam animæ quæſierit.

Populus verò Ionathan liberauit. Cum enim pater ſummo in illum iure vti vellet, adhibuit iſte ἐπιείκειαν, ſeu vt appellat Gregor. magnæ diſcretionis virtutem: non quia ille Regis filius eſſet; ſed quia magnam in Iſrael ſalutem fecerat, v. *25.* Prudentius l. cit. non parum ad liberationem iſtam momenti attuliſſe *I*onathæ ipſius pœnitentiam oſtendit.

------ Si (ait) *pœnitet, haud nocet error.*
Pœnituit Ionathan ieiunia ſobria dulci
Conuiolaſſe fauo ſumto, melliſq; ſapore,
Heu, malè guſtato, regni dum blanda voluptas
Oblectat iuuenem, iurataq; ſacra reſoluit.
Sed quia pœnituit, nec ſors lachrymabilis illa eſt,
Nec tingit patrias ſententia ſæua ſecures.

Vocat verò regni voluptatem eam quam ſua è virga perceperat. Ea enim à 70. & Ioſepho ſceptrum, ab ipſo regnum dicitur. In quibuſdam exemplaribus, quæ ſequitur S. Gregor. & correctio latina, ad illa, Da indicium, verſic. 41. adduntur, de oſtenſione & ſanctitate nonnulla, quæ in hebr. & Chald. Græcis latiniſque regiis deſunt, in 70. tamen inueniuntur. Sed videntur interpretationes congeſtæ rei alioqui eiuſdem, vti etiam notat. Franc. Brugenſis.

De melle quod interdum hinc inde in Iudææ agris inueniebatur, agunt Conimbricenſes, tract. 7. c 9. meteorol. Et hodie in Arabia inueniri docet Bernardus

nardus Rauwolffius parte ſecunda nauigationis, vbi eo melle vſum D. Ioannē Baptiſtam nugatur hæreticus, cum ad mellis huius eſum aliquot butyri globulos requirat. quos vnde D. Ioannes accipiebat? fatetur tamen, etiam cum butyro iſto, cibum eſſe pertenuem.

Quartum geſtum. Varia Saulis bella ſimul & vniuerſe proponuntur, v. 47. quæ potiſſimum ſunt contra ſex gentes, Moabitas, Ammonitas, Idumæos, Sobæos, Palæſthinos, Amalecitas. Soba verò quæ & à Ioſepho Oba, alibi Sobal, eſt quæ etiam dicitur Sophena, de qua l. 5. c. 12. l. 6. c. 9. Plinius. Contra Palæſthinos bella plura extiterunt: quorum vnum ſupra cap. 13. reliqua deinceps, c. 17. 18. 19. 23. 28. Sed ſeptimam gentem ante Sobæos, poſuerunt 70, ſcilicet Bethæor ſeu domum Æor. & videntur eſſe, qui cum Obarenis à Stephano iunguntur Oteni, & 1. Paralipomen. capit. 5. dicuntur Agareni vel Agarei.

Subditur deinde v 49. Saulis genealogia, cuius filij duplices fuerunt, alij ex vxore principali, & numerantur hoc loco tres, Ionathas, Ieſſui, qui c. 31. & 1. Paral. 8. dicitur Aminadab, Ioſepho Ieſus. tertius Melchiſua. ſed 1. Paral. 8. quartus additur Hisbaal, ſeu vt l. 2. c. 2. vocatur Isboſeth. Cur verò hic omittatur, iam ſupra tactum eſt, & fortaſſis cauſa eſt, quia ij numerantur filij, qui cum Saule ceciderunt. Ex vxore verò minus principali ſeu concubina Respha, duo. l. 2. c. 21. Armoni & Mephiboſeth, qui cum altero, qui Ionathæ filius l. 2. c. 4. non confundendus.

Quintum geſtum. Corporis cuſtodes, vt Ioſephus vocat, ſeu milites deligebat viros fortes, & ad bellandum aptos, v. 52. Tales ſcilicet quales l. 1. c. 5. & ſeq. deſcribit Vegetius. Notat S. Gregor. quales ad eccleſiaſticam militiam deligi oporteat, qui ſint operum bonitate fortes, & ſcientia idonei, &c.

CAPVT XV.

1. ET dixit Samuel ad Saul: Me miſit Dominus, vt vngerem te in regem ſuper populum eius Iſrael: nunc ergo audi vocem Domini: 2. Hæc dicit Dominus exercituum: Recenſui quæcumque fecit Amalec Iſraeli, quomodo reſtitit ei in via cum aſcenderet de Ægypto. 3. Nunc ergo
vade, & percute Amalec, & demolire vniuerſa eius: non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid: ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & aſinum. 4. Præcepit itaque Saul populo, & recenſuit eos quaſi agnos: ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda. 5. Cumque veniſſet Saul vſque ad ciuitatem Amalec, tetendit inſidias in torrente. 6. Dixitque Saul Cinæo: Abite, recedite, atque deſcendite ab Amalec: ne forte inuoluam te cum eo, tu enim feciſti miſericordiam cum omnibus filiis Iſrael, cum aſcenderent de Ægypto. Et receſsit Cinæus de medio Amalec. 7. Percuſsitque Saul Amalec ab Heuila, donec venias ad Sur, quæ eſt è regione Aegypti. 8. Et apprehendit Agag regem Amalec viuum: omne autem vulgus interfecit in ore gladij. 9. Et pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & veſtibus & arie-

arietibus, & vniuerſis, quæ pulchra erant, nec voluerunt diſperdere ea: quidquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti ſunt. 10. Factum eſt autem verbum Domini ad Samuel, dicens: 11. Pœnitet me quod conſtituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contriſtatusq; eſt Samuel, & clamauit ad Dominum totâ nocte. 12. Cumq; de nocte ſurrexiſſet Samuel, vt iret ad Saul manè, nunciatum eſt Samueli, eo q᷑ veniſſet Saul in Carmelum, & erexiſſet ſibi fornicem triumphalem, & reuerſus tranſiſſet, deſcendiſſetque in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocauſtum Domino de initiis prædarum, quæ attulerat ex Amalec. 13. Et cũ veniſſet Samuel ad Saul, dixit ei Saul: Benedictus tu Domino, impleui verbum Domini. 14. Dixitq; Samuel: Et quæ eſt hæc vox gregũ, quæ reſonat in aurib. meis, & armentorũ, quam ego audio? 15. Et ait Saul: De Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouib. & armentis vt immolarentur Domino Deo tuo, reliqua vero occidimus. 16. Ait autẽ Samuel ad Saul: Sine me, & indicabo tibi quæ locutus ſit Dominus ad me nocte. Dixitq; ei: Loquere. 17. Et ait Samuel: Nonñe cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? vnxitq; te Dominus in regem ſuper Iſrael, 18. & miſit te Dominus in viam, & ait: Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis cõtra eos vſque ad internecionem eorum 19. Quare ergo non audiſti vocem Domini: ſed verſus ad prædam es, & feciſti malum in oculis Domini? 20. Et ait Saul ad Samuelem: Immo audiui vocem Domini, & ambulaui in via per quam miſit me Dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci, 21. Tulit autem de præda populus oues & boues, primitias eorum quæ cæſa ſunt, vt immolet Domino Deo ſuo in Galgalis. 22. Et ait Samuel: Nunquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quam victimæ: & auſcultare magis quam offerre adipem arietum. 23. quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Pro eo ergo quod abiecisti ſermonem Domini, abiecit te Dominus ne ſis rex. 24. Dixitq; Saul ad Samuelem: Peccaui, quia præuaricatus ſum ſermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum. 25. Sed nunc porta, quæſo, peccatum meum, & reuertere mecum, vt adorem Dominum. 26. Et ait Samuel ad Saul: Non reuertar tecum, quia proiecisti ſermonem Domini, & proiecit te Dominus ne ſis rex ſuper Iſrael. 27. Et conuerſus eſt Samuel vt abiret: ille autem apprehendit ſummitatem pallij eius, quæ & ſciſſa eſt. 28. Et ait ad eum Samuel: Scidit Dominus regnum Iſrael à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. 29. Porro triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo eſt vt agat pœnitentiam. 30. At ille ait: Peccaui: ſed nunc honora me coram ſenioribus populi

mei,& coram Iſrael,& reuertere mecum,vt adorem Dominum Deũ
tuum.31.Reuerſus ergo Samuel ſecutus eſt Saulem : & adorauit Saul
Dominum.32. Dixitq; Samuel:Adducite ad me Agag regem Ama-
lec. Et oblatus eſt ei Agag pinguiſsimus , & tremens. Et dixit Agag:
Siccine ſeparat amara mors?33.Et ait Samuel:Sicut fecit abſq; liberis
mulieres gladius tuus,ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua.
Et in fruſta concidit eum Samuel corã Domino in Galgalis.34.Abiit
autem Samuel in Ramatha : Saul vero aſcendit in domum ſuam in
Gabaa.35.Et non vidit Samuel vltra Saul vſque ad diem mortis ſuæ:
verumtamen lugebat Samuel Saulem,quoniam Dominum pœnite-
bat quod conſtituiſſet eum regem ſuper Iſrael.

COMMENTARIVS.

SExtum gestum. Saul bellum Amaleciticum iuſſu Dei ſuſcipit, quod Exod.17.Num.14.Deuter.25.v.19. comminatus erat Dominus. ſed non eo modo, quo iuſſum fuerat confecit. Nam cũ Dominus omnia eſſe voluiſſet anathema,vt eſt in 70.& Ioſepho, ipſe nonnulla ex anathemate reſeruauit, immemor, vt ait, Procop.& Theodor. ipſius Achan, Ioſue 7. Vnde hic eſt ſecundum & magnum illud inobedientiæ peccatum,propter quod non meritò tantum à regno deiici poſſet Rex,vt ſupra c.13. Sed reipſa deiicitur, vt Num.24.v.7.dicebatur. Licet in eius iure ac poſſeſſione, ad mortem vſq; poſtmodum adhuc toleratus fuerit:prout ſemper Dauid profeſſus eſt,cum eum Regem agnoſceret, atq; vt talem coleret. ipſe verò non niſi poſt eius mortem ad regnandũ, ius haberet. Ideoq; Chryſoſt. hom. de Dauid cum Goliath, dum dicit, Saulem Regem putari, Dauidem verò eſſe, intelligendus eſt Regem firmum & ſtabilẽ, cuius ſcilicet poſteritas maneret ac regnaret.

Alia deinceps peccata ſucceſſerunt, quæ iuſtam Dei ſententiam confirmarunt,1.Paral.10. Non potuit hæc inobedientia, falſa & arrogante Saulis apologia,v.20.& excuſatione v.21. quæ vt notant Procop. & Theodor. q.33. Adamiticæ ſimilis fuit, Geneſ.3.v.12.deleri, neque ſimulata eiuſdem pœnitentia, v. 24. prout explicat S.Greg.l.6.c.2. neque Domini adoratione & ſacrificiis, etiam Samuele ſimul adorante v.31. neque Samuelis ipſius oratione, v. 11. & lachrymis,v.vlt.quin Saulis pœnitentia vera ſi fuiſſet; culpam quidem deleuiſſet, pœnam tamen hanc non auertiſſet, cum temporalis eſſet, & ita iam conſtituta, vt Dauid Rex ſuſcitaretur. Rupertus in Apoc. 2. fol. 21. humilitatem primam reliquit Saul, neque pœnitentiam egit. dixit quidem: peccaui. ſed non humiliter dixit, aut ſenſit. Addit enim: ſed nunc honora me. honorem ergo vel gloriam, non Dei, ſed ſuam iſta confeſſione mercari voluit, dicendo peccaui. pulchre de iſta ficta pœnitentia S. Bernardus ſerm. 16. ait: nunquid profuit Saul, quod ſe ad increpationem Samuelis peccaſſe confeſſus eſt? culpabilis procul dubio fuit illa confeſſio, quæ culpam non diluit, &c.

Agag Regi pepercit Saul ex ſuperbia, vt triumpharet: vel ex auaritia, vt theſauros expiſcaretur, inquit Lyran. vel potius, ex intempeſtiua quadam miſericordia & pietate, ait Abul.q.17. Ob corporis eius præſtantiam, ait Ioſephus, & ob fortunæ regiæ ſimilitudinem. Dicitur verſ.32.pinguiſſimus, id eſt, omnibus delitiis ſaginatus: quod alij vertunt, ipſum cum delitiis oblatum eſſe, id eſt, inceſſu regio, ſuperbo: Alij gaudentem, quod mortem ſeruituti præferret. vel vt ait Rab. Camius, quod à Samuele propheta vitam ſperaret.

Alij

Alij cum vinculis, 70. trementem, quod vna cum priori latinis quibuſdam inſertum eſt, vt apud D. Greg. loc cit. & in bibliis correctis. Eius oratio v. 33. ſicci ne ſeparat amara mors, ſcilicet, animam à corpore, vel me Regem à viuorum numero à dignitate, voluptatibus, &c. Alij vertunt: verè venit, ſeu declinauit, ſcilicet, ad me amaritudo mortis, id eſt, de me actum eſt. Rab. Camius, receſſit à me, id eſt, periculum mortis euaſi, cum ſcilicet Samuelem videret.

Ex huius ſtirpe c. 3 Heſter dicitur fuiſſe Hamã, vti clarius ibid. exponit Chal. & R. Phinees apud R. Elieze. cap. 49. vnde per contractionem quandam videtur à 70. ibid. & à Latino c. 12. vocari Bugæus, quaſi Benagagæus, præſertim cum Num. 24. ab iiſdem 70. & Symmacho Agag nominetur Gog, vt ſit quaſi Bengogæus. *At* c. 9. & 10. 16. Macedo pro Amalec, quaſi per aphæreſin Malac dicitur. Sed de hoc ibi. Nunc vides non omnes Amalecitas deletos, ſed omnes, quos ſcilicet bellum inuoluere, & à fuga impedire potuit, qui tamen poſtea rurſum excreuerunt, infra, c. 29. & 30.

*S*amuel porrò Saulem increpat, v. 22. bonum omiſſum cum bonis aliis comparando, & malum admiſſum, malis aliis grauiſſimis ęquiparando, v. 23. vbi verbotenus hebraicè dicitur, peccatum ariolationis, aut diuinationis rebellio, & ſcelus, iniquitas, & Teraphim repugnare. De Teraphim dixi Geneſ. 31. Noſter interpres accuratè ſententiam reddidit.

Sed quæritur, Quomodo diuinationi vel idololatriæ hoc inobedientiæ peccatum adæquetur? Quidam aiunt de pœna intelligendum: vt tam grauis ipſi rebellioni, quam diuinationi conſtituta ſit. Sed & hoc culpæ ipſius æqualitatem demonſtrat. Abulenſ. q. 25. duplicem inobedientiam, ſicuti & iniuſtitiam eſſe monet, legalem & particularem. illa omne peccati genus complectitur; hæc ſpecialis alicuius præcepti violationem. & hoc vel vniuerſe omnibus propoſitum eſt, & communi modo; vel ſpeciatim vni alicui, & ſpeciali modo, v. g. per *A*ngelum, prophetam, &c. Et hoc poſteriore modo, inobedientia idololatriæ propemodum ęqualis eſt, cuius cauſam explicat S. Gregor. l. 6. quia diuino iuſſui anteponit quis ſuum aliquod humanum inuentum aut conſilium, quaſi Deo idolum. Idem verò *S*. Gregor. l 35. moral. c. 10 per victimas, inquit, aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. D. Hieron. *Iſ.* 43. non exegi à te oblationes, nec thura quæſiui, &c. ſed obedientiam, quæ eſt ſacrificium; de quo Dauid Pſ. 50. ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, &c. Quæ, inquit D. Bernard. ſerm. 3. de reſurr. maior ſuperbia, quam vt vnus homo toti congregationi (quanto magis toti Eccleſiæ Catholicæ, vt Lutherus, Caluinus, alij) iudicium ſuum præferat, tanquam ipſe ſolus habeat ſpiritum Dei? *I*dololatriæ ſcelus eſt, &c. idẽ Bernard. lib. de ord. vitæ. vir bonus cum bonis ſuis omnibus habere obedientiam ſtudeat. ſcriptum quippe eſt: melior eſt obedientia, &c. Cernis quantum & quale ſit inobedientiæ malum, quod idololatriæ, magicisque comparatur actibus. adoleſcentes, qui tali repleti ſunt malo, ſubdi ſenioribus dedignantur, &c. hoc autem vult Deus, vt homo per hominem doceatur, & minor maiori ſubdatur. ſi enim Angelus Angelo imperat, & inter iubentem & obedientem ſumma manet ſemper concordia: videat ille quàm grauiter peccet, qui debitam exhibere reuerentiam ſuis Maioribus non curat.

Regni ablationem ipſi prædicit, quo ad poſteritatem ſcilicet, quamuis in eius poſſeſſione iuſta ipſe, vt dixi, toleretur. Fit autem prædictio iſta non verbo tantum, ſed facto etiam, v. 27. 28. Vbi non ſui ipſius veſtem ſcidit *S*amuel, aut Saulis; vt Rabbinorum quidam volunt; ſed ipſius ipſe Saul, quemadmodũ præter interpretem noſtrum, & græcos, docet *I*oſephus. Quemadmodum igitur veſtis partem à *S*amuele abſtulit Saul: ita à ſua poſteritate, vel à ſeipſo, quo ad illam abſtulit regnum. Vide Auguſt. 17. ciuit. c. 7.

Dixit Deum non pœnitere, v.29. videlicet quo ad ſeipſum. rurſum dixit pœnitere, v.11. & vlt. quo ad effectorum ſcilicet immutationem, prout Geneſ.6. dictum. Nam vt aiunt Theodor. q.33. Procop. Gregor. l. 6. c. 2. cum hominibus, hominum more loquitur. D. Hieron. in Ez electio Iudæ, & Saulis vnctio, non arguunt Deum ignorantia futurorum; ſed præſentium monſtrant eſſe iudicem.

Et initio ſtatuerat quidem Samuel ſtatim à Saule abire, v. 26. eius tamen precibus inflexus, cum eo reuerſus eſt, v.31. proiicit, ait Gregor. l. c. eum, & cum eo reuertitur, quia in potentibus huius ſęculi, ſic eſt damnanda iniquitas; vt bonum quod habent, exaſperati, non perdant, &c.

Agag verò Regem in fruſta concidit, per alios, vt vult Ioſephus: per ſeipſum, vt textus indicare videtur; non animi truculentia, & feritate: ſed zelo vt Phinees & Elias 3. Reg.18. Prudentius Pſychomachia;

Excitet & Samuel, ſpolium qui diuite ab hoſte
Attrectare vetat, nec victum viuere Regem
Incircumciſum patitur; ne præda ſuperſtes
Victorem placidum recidiua in prælia poſcat.
Parcere iam capto crimen putat ille Tyranno.

Nobis indicatur, ait Beda c. 7. vt pugnantes aduerſus vitia nullum penitus ex his relinquere debeamus, ſed omnia interimere.

Cum reuerteretur cum Saule, putant honoris cauſa, primum eundo locum Regi fuiſſe, apud Auth. Trad. Rabini; ſed vt Ioſephus oſtendit, in eo tantum fuit honor, quod ipſum non deſeruerat, &c. Non vidit porro amplius Saulem, v.35. eo ſcilicet modo, vt quemadmodum hactenus cum eo ageret, eum moneret, dirigeret, &c. alioquin c. 19. eum vidit, & luxit eum: non ex ſola compaſſione, vt vult Lyran. ſed etiam pro ipſo Deum orauit, vt ibid. patet, de quo Chryſoſt. hom. 5 de pœnitentia, Gregor. l. 6. c. 3. Videatur S. Baſilius hom. de ira.

Ad extremum Nota, legi à 70, v. 4. triginta millia virorum Iuda, & à Ioſepho. De Cinæis v.6. dictum, Iudic. 1.

SECVNDA PARS GESTORVM SAVLIS; quæ eſt prima geſtorum Dauidis,

CAPVT XVI.

1. Dixitq; Dominus ad Samuelem: Vſquequo tu luges Saul,
cum ego proiecerim eum ne regnet ſuper Iſrael? Imple
cornu tuum oleo: & veni, vt mittam te ad Iſai Bethlehe-
mitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem, 2. Et ait Samuel: Quo
modo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus:
Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum
Domino veni. 3. Et vocabis Iſai ad victimam, & ego oſtendam tibi
quid facias, & vnges quemcumque monſtrauero tibi. 4. Fecit ergo
Samuel, ſicut locutus eſt ei Dominus. Venitq; in Bethlehem, & ad-
mirati ſunt ſeniores ciuitatis, occurrẽtes ei, dixeruntque: Pacificuſne
eſt ingreſſus tuus? 5. Et ait: Pacificus: ad immolandum Domino veni,
ſanctificamini, & venite mecum vt immolem. Sanctificauit ergo Iſai
& filios eius, & vocauit eos ad ſacrificium. 6. Cumque ingreſsi eſſent,
vidit,

vidit Eliab,& ait: Num coram Domino eſt Chriſtus eius? 7. Et dixit
Dominus ad Samuelem: Ne reſpicias vultum eius, neque altitudi-
nem ſtaturæ eius: quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis
ego iudico: homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intue-
tur cor. 8. Et vocauit Iſai Abinadab,& adduxit eum coram Samuele.
Qui dixit: Nec hunc elegit Dominus. 9. Adduxit autem Iſai Sam-
ma, de quo ait: Etiam hunc non elegit Dominus. 10. Adduxit itaque
Iſai ſeptem filios ſuos coram Samuele: & ait Samuel ad Iſai: Non ele-
git Dominus ex iſtis. 11. Dixitq; Samuel ad Iſai: Numquid iam com-
pleti ſunt filij? Qui reſpondit: Adhuc reliquus eſt paruulus,& paſcit
oues. Et ait Samuel ad Iſai: Mitte, & adduc eum: nec enim diſcum-
bemus priùs quàm huc ille veniat. 12. Miſit ergo,& adduxit eum. E-
rat autem rufus,& pulcher aſpectu, decoraque facie. & ait Dominus:
Surge, vnge eum, ipſe eſt enim. 13. Tulit ergo Samuel cornu olei, &
vnxit eum in medio fratrum eius: & directus eſt Spiritus Domini à
die illa in Dauid, & deinceps: ſurgenſque Samuel abijt in Ramatha.
14. Spiritus autem Domini receſsit à Saul, & exagitabat eum ſpiri-
tus nequam, à Domino. 15. Dixeruntque ſerui Saul ad eum: Ecce ſpi-
ritus Dei malus exagitat te. 16. Iubeat Dominus noſter,& ſerui tui,
qui coram te ſunt, quærent hominem ſcientem pſallere cithara, vt
quando arripuerit te ſpiritus Domini malus, pſallat manu ſua, & le-
uiùs feras. 17. Et ait Saul ad ſeruos ſuos: Prouidete ergo mihi aliquem
bene pſallentem,& adducite eum ad me. 18. Et reſpondens vnus de
pueris, ait: Ecce vidi filium Iſai Bethlehemitem ſcientem pſallere, &
fortiſsimum robore,& virum bellicoſum,& prudentem in verbis,&
virum pulchrum: & Dominus eſt cum eo. 19. Miſit ergo Saul nun-
cios ad Iſai, dicens: Mitte ad me Dauid filium tuum, qui eſt in paſcuis.
20. Tulit itaque Iſai aſinum plenum panibus,& lagenam vini,& hœ-
dum de capris vnum, & miſit per manum Dauid filij ſui Sauli. 21. Et
venit Dauid ad Saul, & ſtetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, &
factus eſt eius armiger. 22. Miſitque Saul ad Iſai dicens: Stet Dauid
in conſpectu meo: inuenit enim gratiam in oculis meis. 23. Igitur
quandocumque ſpiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tolle-
bat citharam,& percutiebat manu ſua,& refocillabatur Saul, & leui-
ùs habebat. recedebat enim ab eo ſpiritus malus.

COMMENTARIVS.

QVæ deinceps geſſit Saul, ita cum Dauidis rebus implexa ſunt; vt ſecunda illorum pars, ſit harum pars prior. Alia enim Dauidis geſta ſunt ante regnum re ipſa ſuſceptum, alia poſt.

Primum. Reprobato,& regia dignitate abdicato Saule, vt ei mortuo ſuccedat, vngitur per Samuelem Dauid. Timuit aliquantulum initio Samuel verſ. 2. tanquam homo, ait Theodor. q. 35. conterriti eius aduentu Bethleemitæ ſunt, v. 5. quia nouum quiddam & inuſitatum videbatur, tantum prophetã ita ſolum,

& præter opinionem aduenire: & fortè timebant, ne mali quidpiam prænunciatum veniſſet, vel Saulem iratum fugeret. Electi doctores, ait Gregor. vix aliquando videri in publico debent, eſſe frequentes in ſecreto, negotiis ciuilibus vacui, ſpiritalibus pleni.

Vnam verò earum rerum, quarum cauſa venerat, iis indicauit, & alteram, quæ occultè fieri debebat reticuit, v. 2. 5. Sanctificauit porrò ipſos Bethleemitas, id eſt, iuſſit eos ad ſacrificium præparari; ſed alios ei tantum vt adeſſent; Iſai verò & filios vt ex eo ederent: etſi enim prioribus illis nō erat ſanctificatio præſcripta, niſi ſanctuarium ingredi vellent, Leuit. 15. quod hic non erat, quo tamē ſanctiores & paratiores erant, eo Deo gratius. Vnde & apud gentiles, teſte lib. 2. de legibus Cicerone, illa lex: *ad Deos caſtè adeunto*, & *Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite*. Si, ait ſanctus Gregor. l. 6 c. 3. intereſſe ſacrificiis non audent, niſi ſanctificati: quid de ſacrificantibus cenſendum? ſanctificare enim purgare eſt. ſanctificatio corporis pudicitia eſt, mentis charitas, & humilitas. Sed qui ex ſacrificio edere volebant, omninò ſanctificari debebant, Leuit. 22. aqua ſcilicet luſtrationis, vel aqua viua, & ſecubitu.

Quemadmodum verò in Saule factum viderat, formę rationem habendam putabat Samuel. negauit tamen Deus v. 7. vnde in pſal. 50. monet Chryſoſtom. quanto maior animi pulchritudinis haberi ratio debeat, quam corporis. & de hoc multa l. 3. Pæd. c 2. Clemens Alex. vbi addit: prophetæ Samueli, cum mitteretur vt vngeret Dauid in regem &c. ſcribit Cedrenus f. 254. Valentinianum Imperatorem creditum Dauidi ſimilem: quod ruber eſſet, rufo crine, oculis pulchris, & aliquantum cæſiis. D Ambroſ. ſerm 18. in Pſal. 118. Patris, ait, oues paſcebat, vili ablegatus obſequio, non oblatus eſt ſacerdoti, quaſi indignus qui vngeretur in regnum. Ante prandium Dauidem è paſcuis adeſſe voluit, verſ. 11. nam pleni zelo Dei homines ipſius præcepta vrgent, nec differri volunt, magna etiam negotia ſolent ante cibum honeſtius confici. In obſeruatione ieiunij celebranda ſunt ſacramenta vnctionis, ait Gregor.

Dauid ab amore nomen accepit, id eſt, dilectus dicitur, licet 70. ſcholiaſtes in Pſal. 26. hoc nomen interpretetur contemptionem, D. Auguſt. l. 22. contra Fauſt. c. 87. & in Pſal. 34. manu fortem ſiue deſiderabilem. Patrem habuit Iſai ſeu Ieſſe, de quo Ruth. 4. Huic erant filij ſeptem, vt eſt c. 2. l. 1. Paral. & apud Ioſephum. Hoc tamen c. v. 10. & c ſeq. verſ. 12. numerantur octo. id putant fieri Lyran. & Carthuſianus, quod tertij filij filius Nathan aut Ionathan ab Iſai adoptatus fuerit, ſicque cum aliis ſeptem hic recenſeatur. Sed adoptionis huius nulla coniectura eſt. ideoque quemadmodum cap. 14. è Saulis filiis vnus omittitur, ita & in Paral. ex Iſai filiis vnus. Sed ſcripturæ locus vnus ex altero perfici debet. Forma erat perelegāte v. 12. & c. ſeq. v. 42. de qua myſticè ſanctus Gregor. l. 6. cap. vlt. Et quia hebr. dicitur Admoni, id eſt, ruffus, dicit Theodoretus eſſe alterum Adam, vt Chriſtum ſignificet. Mores deſcribuntur, verſ. 18.

Ætas verò cum vngeretur, ab hebræis in Seder c. 13. dicitur fuiſſe 29. annorum, quia videlicet falſæ illi opinioni, quæ duos tantum Sauli & vitæ & regni annos tribuit, inhæret. Abul. q. 1. & cap. 17. q. 2. & Carthuſianus 20. annum attigiſſe putant. Sed minorem fuiſſe, & textus hic verſ. 11. & 14. indicat, & cap. ſeq. v. 33. 42. 58. vbi verba hebr. græca & Chald. id magis adhuc exprimunt. Cum verò illa poſt vnctionem dicantur (vnde & tunc adoleſcentem vertit interpres) multo nunc magis in vnctione, minor erat. Vnde paruulum & puerulum ætate fuiſſe, ait Ioſephus & Chryſoſt. in Pſal. 50. & hom. 46. in Geneſ.

Dices. Quomodo igitur hoc c. verſ. 18. dicitur fortiſſimus vir, vir bellicoſus? Reſpondet Auth. Trad. & Lyran. hoc eſſe Doëgi mendacium, qui hoſtiliter illum laudabat, vt ei dum ante furentem Saulem ſtaret, vitæ periculum crearet. Sed vnde hoc tempore, Doëgi in Dauidem odium? quaſi verò quiſquis Sauli

aſtaret,

ſtaret, vitæ periculum adiret. Carthuſianus dicit, iuuenes etiam viros appellari. Abulen. ob roboris ſpiritum acceptum. Sed ſignificatur futurus talis vir, quod dicimus, optimę indolis eſſe. vel intelligitur particula, ſicut, quemadmodum cap. 13. verſ. 1. dicebatur, vt fuerit Dauid, quaſi vir robuſtus, i. in illa etiam ætatula.

Fuit verò ter vnctus, hic, & 2. Reg. 2. & 5. Pſalmum vigeſimum ſextum Dominus illuminatio mea: notant in inſcriptione 70. eum antequam vngeretur feciſſe. Sed de ſecunda vel tertia vnctione intelligendum, cum ante primam nondum pſalmorum faciendorum gratiam habuerit, vt dicetur. eſt à Græcis adiunctus in Pſalt. fine pſal. qui de hac electione agit. paruus eram: ipſe Angelum ſuum miſit, vnctionis ſuæ oleo inunxit. fratres mei pulcri quidem & magni, ſed non in eis ſibi placuit Dominus &c. Vnctus eſt hoc loco v. 13. in medio fratrum, non, vt ait Ioſephus, quaſi in ipſius aurem inſuſurrarit Samuel: ſed vt fratres omnes vnctionem viderent & intelligerent; idque vt pluris ipſum deinceps facerent, minoreq; inuidia laborarent, cum ſibi eum præferri viderent, ait Theod. q 37.

Spiritus Domini inſiluit in eum, & quidem conſtanter manſit, vt ait Gregor. & verba illa indicant, A die illa & deinceps. Hunc ſpiritum, ait Lyranus, eſſe ſpiritum fortitudinis ad liberandum populũ, & roboris ad leones ẽt & vrſos lacerandos, vti approbat Abul q. 29. Alij ſpiritum prophetiæ, vt Auth. Trad. & Ioſephus. Si enim antea prophetiæ dono excelluiſſet, non ſic à patre & fratrib. contemptè habitus fuiſſet, inquit Abul. qui addit poëticæ & muſicæ peritiam eum tunc diuinitus accepiſſe. quemadmodum accepit ille apud V. Bedam l. 4. hiſtor. cap. 24. Rectè tamen Carthuſian. art. 31. Spiritus ſancti gratiam, quæ gratum efficit fuiſſe, ſed variis gratiæ gratuitæ chariſmatibus ornatam, vt corporis robore, animi magnitudine, muſica, poëtica, prophetia. Chryſ. h. 4. in Acta: Dauid per oleum gratiam accepit. Vnde ſanctus Greg. foris, ait, ſacramenta percipimus, vt intus Spiritus ſancti gratia repleamur. fuit verò Gnoſticorum, & Manichæorum apud Philaſtrium Hær. 77. hæreſis, docentium, Dauidem humanæ tantum cantationis, & ſecularis rei conſcriptorẽ fuiſſe, non prophetam &c. ab eo autem Poetas gentiles didiciſſe, & ſententias mutuatos tradit.

Contra verò è Saule ſpiritus bonus receſſit, verſ. 14. malus acceſſit, eumq; vexauit, ibid. & 15. 16. 23. idem Philaſtrius poſt Apoſt. hær. 50. Inſpiratio, ait, quæ non eſt anima, ſed gratia dignitatis de diuino &c.

Nota primo. Spiritus malus tot videtur modis appellari, quot bonus. at hic aliquando ſubſtantiam quandam ſignificat, Angelum ſcilicet bonum: aliquãdo verò qualitatem, vel motum quempiam diuinum, vt fortitudinem, timorem, &c. vt ſupra dictum. ergo & ſpiritus malus vel ſubſtantia eſt, ipſe ſcilicet dæmon; vel qualitas aut vexatio quæpiam ab eo excitata.

Nota ſecundo. Poteſt verò vel iſtiuſmodi vexatio eſſe à dæmone, vel extra corpus manente, vel in ipſum ſubintrante, idque obſidente, cuius rei teſtis Euangelium, & curioſi etiam medici nonnulli, vt Fernelius l. 2. de abditis naturæ, Langius epiſtolarum parte ſecunda. vide Caſs. coll. 7. c. 12. Dæmonis verò pręſentis cum alia ſigna plurima; tum verò rerum arcanarum enunciatio, & variarum linguarum antea prorſus ignotarum vſurpatio, maxima ſunt. Ineptè ſiquidem Leuinus Lemnius, l. 2. de occultis naturæ c. 2. putat melancholicos, phreneticos, ex feruentiſſima humorum ebullitione, vehementi ſpirituum agitatione, poſſe variis linguis loqui, etiamſi antea earum nullam norint. Vnde verò in ore, quod in mente nõ eſt? aut vnde in mente, quod in nullo antea ſenſu fuit? nimirum fatetur ibid. ſe Platonicum illud probare, ſcientiam noſtram meram eſſe recordationem, & contra eum à veritate ſtat l. cit. Fernelius, & D. Hieron. in vita S. Hilarionis, vbi de Francone quodam (Talẽ enim fuiſſe poſita ibidem topographia oſtendit) narrationem inſtituit.

Nota

Nota tertio. Saulis ſpiritus malus, dicitur à Ioſepho perturbatio, & morbus à dæmoniis illatus, qui ſuffocationes & ſtrangulationes miſero illi afferrent. nõ explicat tamẽ, an morbus iſte ab illis extrinſecus tantum illatus ſit. deinde non perpetuo iſtis ſuffocationibus vel ſtrangulationibus vexatum fuiſſe, patet ex c.18.19. vbi haſtam tenet, conſilia de eo, quem oderat, interficiendo coquit, &c. Apud Genebr. chronol. dicunt Hebræi melancholico tantum ſpiritu correptum. Delrio l.3 p.1. q.4.5.6. ait: Saulem per atram bilem dæmon vexabat. Et mihi videtur, iſtam vexationem à dæmone qui Saulem occupaſſet, effectam eſſe; ita vt verè dæmoniacus & energumenus fuerit. primò, quia cum aliud nihil impedit, propriè textus accipiendus eſt. At iſte hoc ſignificat locis citatis. ſecundo, quia eodem alioqui modo dici poſſet, ſpiritum malum fuiſſe in Iob, ſancto Paulo, aliiſque ab illo extrinſecus vexatis. tertiò, ita docent Theodor. q.38.39.45. Gregor. Lyran. Abul. Leuinus Lemnius l. cit. c.1. Valleſius c.30. lib. de ſacra Philoſophia, cuius hîc diſputationem laudat Poſſeuinus lib.14. Bibl. c.7. Quin & ipſius Ioſephi hæc videtur ſententia, qui cap.13. dicit, è Saule Dauidem dæmonia eieciſſe. Neque ſi morbus fuit, idcircò vera dæmonis energia non fuit, vt ex Chryſoſt. hom.41. in Acta intelligitur. & ex D. Baſilio in pſal 14. dum ait vſurarios eſſe menſtruos exactores, ijs dæmonibus ſimiles, qui τὰς ἐπιληψίας ποιῶσι. eiuſmodi dæmonem adoleſcentulo nobili pleriſque non ignoto adeſſe interdum, cui nomen ſit Boas, dixiſſe narratur Tettelbacenſis ille neſcio quis. ſane ob liuorem & inuidiam à dæmone corripi nonnullos, teſtis illa eſt hiſtoria, quam de religioſo quodam Thoma refert Alex. ab Alex. lib.4.c.19.

Nota quarto. An verò citharam pulſante Dauide prorſus exceſſerit dæmon, dubitari poteſt, cum poſt plures etiam annos, cũ Regis iam filiam haberet Dauid, ille adhuc à ſpiritu agitaretur, c.19. & quidem quotidie cap.18. v.10. alioqui perpetuus dæmonis egreſſus & regreſſus eſſe debuiſſet.

Dicenda breuiter quatuor. primum, initio aliquot diebus tantum à vexatione dæmonem deſtitiſſe, non autem ſtatim receſſiſſe. Id enim ſignificant verba, v.23: refocillabatur, leuius habebat. ſecundum, poſtea penitus receſſiſſe, quia id verbi ſequẽtis proprietas indicat, recedebat, ſeu vt hebr. & græc. eſt, receſſit. & idcirco videtur à Saule iam ſano remiſſus ad patrem Dauid. tertium, rurſum tñ, cũ in triumphantem Dauidẽ odio & inuidia exardeſcere cœpiſſet; à dæmone inuaſus eſt. vt ſignificant c.18. v.10. verba illa: poſt diem alteram, &c. quartum, poſtea verò nunquam liberatus videtur. Iam enim Dauidis citharam non admittebat, vt cap.19. & ſeq. patet, neque alius liberationis modus proditus eſt.

Quinto nota. Quomodo citharæ cantus dæmonem vel compeſcere, vel eijcere potuerit? Si dæmones corporei eſſent, eo præſertim corpore, quod elementare foret, vt Platonici olim cenſuerunt, & noſtro ſæculo Caietanus in c.2. Epheſ. Eugubinus l.8. de perenni philoſophia c.26. Niphus l.3. de dæmonibus c.4.5.6. facilius explicari poſſet, quemadmodum id genus naturalibus reb. expelli poſſent. Nunc verò cum meros ſpiritus eſſe communior ſententia doceat, nulla res naturalis eſt, quæ ipſos inuitos prorſus impedire aut eijcere poſſit: cum actio naturalis, non niſi per qualitates elementares accidat; quarum nulla ſpiritum, vt ſpiritus eſt; afficit.

Supernaturaliter verò bifariam vel comprimi, vel abigi poſſet. primò, ſi naturalis eius poteſtas diuinitus reſtringeretur, rebuſque nonnullis naturalibus ſubijceretur v.g. melodiæ, fumo iecoris, Tobiæ 6. hyperico, roſmarino, & aliis, de quibus c.58 Exhortationis Leuinus Lemnius, & Valleſius l. cit. ſecundò, ſi eadem naturalis eiuſdem poteſtas vincatur verbis aut rebus quibuſdam, diuino quodam & ſupernaturali modo affectis, ob diuinitus ſcilicet conceſſam poteſtatem: v. g. exorciſtarum, ob gratiam ſanationum, miraculorum, ob viri fidem, meritum, ſanctitatem, precationem ad Eccleſiæ bonum & Dei gloriam:

ita

ita vt verba illa, vel res, habeant rationem, vel diuinæ potentiæ inſtrumentorum, vel obiectorum, quæ à dæmonibus percepta, eos compeſcant vel profligent. Tam naturaliter verò quàm ſupernaturaliter fieri poſſet, ſi dæmoniacæ vexationi naturalia quædam medicamenta adhiberentur; & ſupernaturaliter interim dæmonum poteſtas impediretur, aut vinceretur.

Quidam igitur merè naturaliter Dauidica cithara Saulum adiutum putant, quòd ea rebus naturalibus vis inſit, & maximè muſicorũ cantui, vt oſtendit Pythagoras apud Senecam l.3. de ira c.9. & docet Erici Daniæ Regis exemplum, de quo lib.5. Daniæ cap.3. Krantzius. quin Aſclepiades medicus, morbos animi, quos appellant πάθη, muſica lenire ac ſedare conſueuit: prout ſcribit c.12. Celſ. legitur Timotheus nobiliſſimus fidicen, cum caneret τὸν ὄρθιον νόμον, Alexandrũ Macedonem verſibus vſque eo impuliſſe, concitaſſeque; vt ad arma procurreret. erat autem cantus ille concitatior, & ſonora voce prolatus: vt oſtendit l.3. ani. in Iu. vide Alex. ab Alex. l.2. gen. dierũ c.17. de iis, qui à phalangio morſi, ſaltatione, vel muſicorum inſtrumentorum concentu curantur, & Del. l. 1. c.3. vt opinor, & Strabonem l. 10. de Bacchi cantu ex Æſchylo, & Canum Auleten apud Phil. l.5. c.7. & Alphonſum Mendozen q.3. lege & Ælianum l.14. de iis qui muſica iram reprimebant. Gellius quoq; teſtatur, tibiarum incentiones Iſchiacis mederi. Græcorum ciuitates Martiano Capella teſte ſanxerunt, vt animorũ corporumq; morbi ad lyræ modulos curarentur. Vnde qui ægris remedia præſtabant, olim dicebãtur præcinere, inquit Macrob. & Xenocrates Lymphatos carminum modulis à demẽtia liberauit. Paracelſus ait Iſchiaticorum dolores, lenibus tibiarũ Phrygiæ modulis ſedari, tibicinemq; modulatè canẽtem, viperarum morſibus mederi. accipiſne inquit Lan. quam atroces corporis morbos muſica expurget? ſic Sauli &c. Guil. Menneus l.1. aurei Vel. c.14. pag.113 Sed id quoad dæmonem iam refutatum: neq; Rex iſte Krantzij dæmoniacus erat; licet alioquin formâ Sauli non abſimilis.

Alij merè ſupernaturaliter, vt in principio Lyranus. Alij vtroq; modo, vt Lyran. Abul. Leuinus, Vallesius & alij. Sed horum nonnulli aiunt, ipſam ex cantu voluptatem, Saulis animum à triſti doloris ſenſu ſeuocaſſe, & ſic quælibet oblectatio vehementior, quiſquis tandem morbus eſſet, idem faciet. Alij ſtatuunt corporis humores & ſuccos, hilaritate quadam nonnihil purgatos, & à melancholiæ affuſione liberatos. hac enim melancholica diſpoſitione gaudet dæmõ: eaq; ſublata, per accidens & indirectè, vel abigitur vel impeditur. Præter iſtud naturale, accedebat Dauidis gratia, & meritum; vt indicat Theod. q.39. Lyran. Abul. & Ioſephus, dum Dauidem non cithara tantum canentem, ſed pſalmos etiam recitantem efficit.

Ex his collige primo. nobis cum Dauide pſal.50. orandũ, ne proijcias me, &c. Nam vt ait Theod. q.38. cum Apoſtolica gratia Iudã reliquiſſet in eum ingreſſus eſt diabolus. ſecundo, ab aliis etiam dæmonas nobis eijciendos vel impediendos eſſe, qui ſunt maximè peccata, vt ait Chryſ. h.28. Romanæ.30. ad populũ, 34. in Acta 37. in Matt.17. ex variis, Areopag. c.3. eccleſ. Cyprian. ep.76. Caſſianus collat.7. cap.25. Fieri hoc poterit ſpiritali cithara, quæ eſt pia & erudita eloquentia in ſermonibus, concionibus, &c. precatio & pſalmi: ſuauis etiã & mollis interdum oratio, apud iratos, ſuperbos, & diuites, inquit Angelomus.

Tandem rediit è Regis aula Dauid ad oues, vt ex c. ſeq patet, & c.18. v.2. & 11. vbi hebr. diſceſſit, ſeu reuerſus eſt duabus vicibus; non quia bellum inſtabat, vt aiũt Ioſeph. & Abul. ſed quia ſanatus, vt dixi, Saul erat, & caulam ipſe magis quã aulam diligebat. Tunc verò inquit Chryſ. hom. in pſal.50. Dauid adoleſcens, ciuitates quidem ac turbas aufugiens, per eremum verò philoſophatus, nihil cõmune ſecularium habens, non negociationes, non fœnerationes, non aliquid difficile mundi huius, ſed & parua ætate in deſerto ſilentii habitabat: & ſicut in

portu

portu trãquillo,in eremo ſedens,& ouium curam habens,regnũ cœleſte me-
ditabatur. Et faciebat diuina virtute,ſeu ait Chryſ.l.cit.non robore corporis,
ſed virtute fidei,quæ infrà c.17. & Eccleſiaſt.47. de vrſis & leonibus traduntur.

TERTIVM FACTVM DAVIDIS.
Eiuſdem cum Goliath monomachia.

CAPVT XVII.

1. COngregantes autem Philiſthijm agmina ſua in prælium,
conuenerunt in Socho Iudæ: & caſtrametati ſunt inter
Socho & Azeca in finibus Dommim. 2. Porro Saul & fi-
lij Iſrael congregati venerunt in Vallem terebinthi,& di-
rexerunt aciem ad pugnandum contra Philiſthijm. 3. Et Philiſthijm
ſtabant ſuper montem ex parte hac, & Iſrael ſtabat ſupra montem ex
altera parte: valliſq; erat inter eos. 4. Et egreſſus eſt vir ſpurius de ca-
ſtris Philiſthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis ſex cubi-
torum & palmi: 5. & caſsis ærea ſuper caput eius, & lorica ſquamata
induebatur. porro pondus loricæ eius,quinq; millia ſiclorum æris e-
rat: 6. & ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat
humeros eius. 7. haſtile autem haſtæ eius erat quaſi liciatorium texẽ-
tium. ipſum autem ferrum haſtæ eius ſexcentos ſiclos habebat ferri:
& armiger eius antecedebat eum. 8. Stanſq; clamabat aduerſum pha-
langas Iſrael,& dicebat eis: Quare veniſtis parati ad prælium? Num-
quid ego non ſum Philiſthæus,& vos ſerui Saul? Eligite ex vobis virũ,
& deſcendat ad ſingulare certamen. 9. ſi quiuerit pugnare mecum,&
percuſſerit me, erimus vobis ſerui: ſi autẽ ego præualuero, & percuſ-
ſero eum,vos ſerui eritis,& ſeruietis nobis. 10. Et aiebat Philiſthæus:
Ego exprobraui agminibus Iſrael hodie: Date mihi virum, & ineat
mecum ſingulare certamen. 11. Audiens autem Saul,& omnes Iſrae-
litæ ſermones Philiſthæi huiuſcemodi,ſtupebant,& metuebãt nimis.
12. Dauid autem erat filius viri Ephrathæi,de quo ſupra dictum eſt,de
Bethlehem Iuda, cui nomen erat Iſai, qui habebat octo filios, & erat
vir in diebus Saul ſenex,& grandæuus inter viros. 13. Abierunt autem
tres filij eius maiores poſt Saul in prælium:& nomina trium filiorum
eius, qui perrexerunt ab bellum,Eliab primogenitus, & ſecundus A-
binadab,tertiuſq; Samma. 14. Dauid autem erat minimus. Tribus er-
go maioribus ſecutis Saulem, 15. abijt Dauid,& reuerſus eſt à Saul,vt
paſceret gregem patris ſui in Bethlehem. 16. Procedebat vero Phili-
ſthæus manè & veſperè,& ſtabat quadraginta diebus. 17. Dixit autem
Iſai ad Dauid filium ſuum: Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & de-
cem panes iſtos,& curre in caſtra ad fratres tuos, 18. & decẽ formellas
caſei has deferes ad tribunum: & fratres tuos viſitabis, ſi rectè agant:
& cum quibus ordinati ſunt, diſce. 19. Saul autem, & illi, & omnes fi-
lij Iſrael in Valle terebinthi pugnabant aduersũ Philiſthijm. 20. Sur-
rexit

rexit itaq; Dauid manè,& commendauit gregem cuſtodi: & onuſtus
abijt,ſicut præceperat ei Iſai. Et venit ad locum Magala,& ad exerci-
tum,qui egreſſus ad pugnam vociferatus erat in certamine. 21. Dire-
xerat enim aciem Iſrael, ſed & Philiſthijm ex aduerſo fuerant præpa-
rati. 22. Derelinquens ergo Dauid vaſa quæ attulerat, ſub manu cu-
ſtodis ad ſarcinas, cucurrit ad locum certaminis,& interrogabat ſi o-
mnia rectè agerentur erga fratres ſuos. 23. Cumq; adhuc ille loquere-
tur eis,apparuit vir ille ſpurius aſcendens,Goliath nomine,Philiſthę-
us,de Geth,de caſtris Philiſthinorum:& loquente eo hæc eadem ver-
ba audiuit Dauid. 24. Omnes aũt Iſraelitæ,cùm vidiſſent virum, fu-
gerunt à facie eius,timentes eum valdè. 25. Et dixit vnus quiſpiam de
Iſrael: Num vidiſtis virum hunc, qui aſcendit? ad exprobrandum e-
nim Iſraeli aſcendit. Virum ergo, qui percuſſerit eum, ditabit rex di-
uitiis magnis, & filiam ſuam dabit ei,& domum patris eius faciet abſ-
que tributo in Iſrael. 26. Et ait Dauid ad viros, qui ſtabant ſecum,di-
cens: Quid dabitur viro,qui percuſſerit Philiſthæum hunc, & tule-
rit opprobrium de Iſrael? quis enim eſt hic Philiſthæus incircumci-
ſus, qui exprobrauit acies Dei viuentis? 27. Referebat autem ei po-
pulus eundem ſermonem, dicens: Hæc dabuntur viro, qui percuſſe-
rit eum. 28. Quod cùm audiſſet Eliab frater eius maior, loquente eo
cum aliis,iratus eſt contra Dauid,& ait: Quare veniſti,& quare dere-
liquiſti pauculas oues illas in deſerto? ego noui ſuperbiam tuam, &
nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium,deſcendiſti. 29. Et di-
xit Dauid:Quid feci? nunquid non verbum eſt? 30. Et declinauit pau-
lulum ab eo ad alium:dixitq; eundem ſermonem. Et reſpondit ei po-
pulus verbum ſicut prius. 31. Audita ſunt autem verba,quæ locutus
eſt Dauid,& annunciata in conſpectu Saul. 32. Ad quem cum fuiſſet
adductus,locutus eſt ei: Non concidat cor cuiuſquam in eo: ego ſer-
uus tuus vadam,& pugnabo aduerſus Philiſthæum. 33. Et ait Saul ad
Dauid:Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti,nec pugnare aduerſus eum:
quia puer es,hic autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua. 34. Dixit-
que Dauid ad Saul: Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem, & venie-
bat leo,vel vrſus,& tollebat arietem de medio gregis: 35. & perſeque-
bar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum: & illi conſurge-
bant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffoca-
bam,interficiebamq; eos. 36. Nam & leonem,& vrſum interfeci ego
ſeruus tuus: erit igitur & Philiſthæus hic incircumciſus, quaſi vnus
ex eis. Nunc vadam, & auferam opprobrium populi: quoniam quis
eſt iſte Philiſthæus incircumciſus, qui auſus eſt maledicere exercitui
Dei viuentis? 37. Et ait Dauid:Dominus qui eripuit me de manu leo-
nis,& de manu vrſi,ipſe me liberabit de manu Philiſthæi huius.Dixit
aũt Saul ad Dauid: Vade,& Dñs tecũ ſit. 38. Et induit Saul Dauid ve-
 ſtimen-

ſtimentis ſuis, & impoſuit galeam æream ſuper caput eius, & veſtiuit
eum lorica. 39. Accinctus ergo Dauid gladio eius ſuper veſtem ſuam,
cœpit tentare ſi armatus poſſet incedere: non enim habebat conſue-
tudinem. Dixitq; Dauid ad Saul: non poſſum ſic incedere, quia non
vſum habeo. Et depoſuit ea, 40. & tulit baculum ſuum, quem ſemper
habebat in manibus: & elegit ſibi quinque limpidiſsimos lapides de
torrente, & miſit eos in peram paſtoralem, quam habebat ſecum, &
fundam manu tulit: & proceſsit aduerſum Philiſthæum. 41. ibat au-
tem Philiſthæus incedens, & appropinquans aduerſum Dauid, & ar-
miger eius ante eum. 42. Cumque inſpexiſſet Philiſthæus, & vidiſſet
Dauid, deſpexit eum. Erat enim adoleſcens: rufus, & pulcher aſpe-
ctu. 43. Et dixit Philiſthæus ad Dauid: Nunquid ego canis ſum, quod
tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philiſthæus Dauid in dijs
ſuis. 44. dixitque ad Dauid: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatili-
bus cœli & beſtiis terræ. 45. Dixit autem Dauid ad Philiſthæum: Tu
venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in
nomine Domini exercituum, Dei agminum Iſrael, quibus exprobra-
ſti hodie, 46. & dabit te Dominus in manu meã, & percutiam te, &
auferam caput tuum à te: & dabo cadauera caſtrorum Philiſthijm
hodie volatilibus cœli, & beſtijs terræ: vt ſciat omnis terra quia eſt
Deus in Iſrael. 47. Et nouerit vniuerſa Eccleſia hæc, quia non in gla-
dio, nec in haſta ſaluat Dominus: ipſius enim eſt bellum, & tradet
vos in manus noſtras. 48. Cum ergo ſurrexiſſet Philiſthæus, & veni-
ret, & appropinquaret contra Dauid, feſtinauit Dauid, & cucurrit ad
pugnam ex aduerſo Philiſthæi. 49. Et miſit manum ſuam in peram,
tulitque vnum lapidem, & funda iecit, & circumducens percuſsit
Philiſthæum in fronte: & infixus eſt lapis in fronte eius, & cecidit in
faciem ſuam ſuper terram. 50. Præualuitque Dauid aduerſum Phi-
liſthæum in funda & lapide, percuſſumque Philiſthæum interfecit.
Cumque gladium non haberet in manu Dauid, 51. cucurrit & ſtetit
ſuper Philiſthæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina
ſua: & interfecit eum, præciditque caput eius. Videntes autem Phi-
liſthijm, quod mortuus eſſet fortiſsimus eorum, fugerunt. 52. Et con-
ſurgentes viri Iſrael & Iuda vociferati ſunt, & perſecuti ſunt Phili-
ſthæos vſque dum venirent in vallem, & vſq; ad portas Accaron, ce-
ciderüntq; vulnerati de Philiſthijm in via Saraim, & vſq; ad Geth, &
vſq; ad Accaron. 53. Et reuertentes filij Iſrael poſtquam perſecuti fue-
rant Philiſthæos, inuaſerunt caſtra eorum. 54. Aſſumens autẽ Dauid
caput Philiſtæi, attulit illud in Ieruſalem: arma vero eius poſuit in
tabernaculo ſuo. 55. Eo autẽ tempore, quo viderat Saul Dauid egre-
dientem contra Philiſthæum, ait ad Abner principẽ militiæ: De qua
ſtirpe deſcendit hic adoleſcens, Abner? Dixitque Abner: Viuit ani-
ma tua, rex, ſi noui. 56. Et ait rex: Interroga tu, cuius filius ſit iſte
puer.

puer. 57. Cumque regreſſus eſſet Dauid, percuſſo Philiſthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philiſthæi habentem in manu. 58. Et ait ad eum Saul: De qua progenie es ô adoleſcens? Dixitque Dauid. Filius ſerui tui Iſai Bethlehemitæ ego ſum.

COMMENTARIVS.

DVo notanda. Vnũ de iſto Goliath. De ipſius matre, dixi Ruth. 1. Eum noſter interpres v. 4. & poſtea, *ſpurium* vocat. Sed hebræum nomen iſch benaiim, tripliciter exponi poteſt. primò, vt ſit intermedius inter duas, inquiunt Rabini, acies, (ſed potius inter duos patres ſeu plures, vulgo cõceptus, q olim ſine patre dicebatur *(SP)* deinde filiorũ vel plurium, vt Rabini quidã, vel duorũ inſtar, idque aut magnitudine, cum ſex cubitorum & amplius eſſet, vel robore, vnde à 70. vertitur *δυνατὸς*. S. Nazianzenus, orat. 30. è gigantum genere fuiſſe ait. & Philaſt. hær. *39.* quæ eſt de gigantibus: vbi quod additur; cuius & aliorum talium carra inquit inſtructionem portabat armorum, non intelligo: niſi forte, ſic legamus. Goliath deiecit ſolus in pugna beatiſſimus Rex & Propheta Dauid. cuius (ſcil. Goliathi) & aliorum talium carra &c. Sed lib. *1.* Paral. cap. *20.* eius quidam frater ponitur, & à 70. vocatur Lachmi, vel Leemites. idem tamẽ lib. *2.* Reg. 21. cap. videtur ſignificari ipſemet Goliath. Vnde Rabanus, Gloſſa, Lyran. Thalmudicique Rabini eundem prorſus eſſe ſtatuunt, & qui eum interfecit Adeodatum aiunt eſſe Dauidem, ſicuti & Chald. vertit. Ioſephus verò lib. 7. & Abulen. quæſt. 39. lib. *2.* Reg. 21. eſſe diuerſum à Goliath. poteſt tamen vocari Goliath vel molis vel roboris ſimilitudine, faſtuſque & audaciæ, prout alter Hercules dici ſolet: ſic alter Goliath: vel nominis tantum communione. Eius ſtatura dicitur à Ioſepho & 70. fuiſſe 4 cubitorum & palmi; ſed expreſsè textus ſex cubitos ponit verſ. 4. De ipſius faſtu Eccleſiaſ. *47.* Auguſt. & Prudentius locis citandis.

Secundum, De Dauid. Miſſus à patre ad fratres, prout libri emendatiores hebr. latini, Chald. habent, licet in 70. deſideretur, vt cognoſceret verſ. *18.* quibus cum ordinati eſſent; licet hoc ipſum quidam interpretentur, vt quid agerent diſceret, quemadmodum Ioſephus & Chald. Alij pignus eorum tolleret, i. redimeret, & vt græci habent, ſi qua re indigerent cognoſceret, ita vt à patre pecunia aliqua ei data fuiſſet. At v. 20. magala nomen commune eſt, caſtrorum ſcilicet vallum, à circulari forma ita vocatum, & quidam quaſi plauſtrorum ambitus.

Frater eum obiurgabat, v. 28 vel inuidiola excitatus, quemadmodum cenſet Theod. vel quadam veluti prudentia, quod Dauidem iuuenili ſuperbia & temeritate monomachiam quærere putaret. Reſpondet Dauid, v. 29. nunquid non verbum eſt, id eſt, merus ſermo eſt? quæro tantum, nihil feci, nondum pugno. vel vt habet Stapletonus, ſerm. quinquageſimæ, nunquid non rumor eſt, non res peruulgata, res publicè propoſita eſt? Videtur enim Abulenſi hic & c. 18. q. 23 Saulis edictum fuiſſe de filia victori danda. Quidam tamen, ſic, eſt mi frater, vt dicis, quaſi modeſtè culpam, quæ nulla erat, agnoſceret. D. Chryſoſt. hom. *46.* in Geneſ. Vide, ait, huius prudentiam & manſuetudinem. Nihil temerarium vel aſperum iis loquitur, ſed reprimens eorum flammam, & demulcens inuidiam inquit. Nunquid non verbum eſt? Nunquid, inquit, vidiſtis me arma arripere? Nunquid vidiſtis me adordinari ceteris in acie? Tantum videre volui & interrogare, vnde tantum huic inſaniæ. Peram paſtoralẽ, v. 40. *70.* *κάδιον* vertunt, Chryſoſt, interpres ſitulam. D. Auguſt. hom. *31.* vas paſtoris, quo lac mulgeri ſolet.

Deiecit verò Goliathum nō tribus lapidibus impactis, vt gloſſa quædam habet, Matt. 4. ſed vnico, vt textus indicat, & Ioſephus, & Aug. hom 31. & orat. de quinq; hæreſib. S. Brigitta l. 6. c 41. nunquid non paſtor Dauid vicit gigantem? ſed quomodo? nunquid potentia & ſapientia? & cecidit Goliath non ſupinus ſed pronus; quia vt ait Pantaleon de *S.* Michaele, iſte Archangelus percuſſit illum pone t. 5. f. 415. Fundarū genera lege apud *S*trabonem, qui l. 3. de B. tria ponit f. *116.* de lapidib. verò ſua leuitate ad fundam aptiſſimis conſule Pagn. ſed veriſſimè S. Macarius h. 50 non (ait) Dauid ἀσθενὴς ὢν τῷ σώματι potuiſſet gigãtem proſternere, ſed, Deus fecit.

:. Goliathi caput ſtatim victor in caſtra intulit, poſtea verò per vrbes circumtulit, & maximè in vrbium præcipuam Hieroſolymam, verſ. *54.* & cap. ſeq. v 6. Hæc enim ex parte in Iſraëlitarum poteſtate iam erat, vt dixi Iudic. 1. fortè quia erat vrbs & Iudæ tribui & Beniaminiæ communis. ex illa enim erat Dauid*:* ex hac *S*aul. Et iſto ſpectaculo magnus Iebuſæis eius arcē adhuc tenentibus terror inijciebatur. Gladium illius primo ſuo in tabernaculo poſuit, v. *54.* deinde Domino dedicauit, inquit Ioſephus, illum in ſacro tabernaculo conſecrans, infrà c. *21.* v. *8.* Et de hoc gladio ait Dauid, pſ. *144.* v. 11. de gladio maligno eripe me, vt indicat 70. inſcriptio, quæ eſt, pſalmus contra Goliath, & Chald. verſio; à gladio Goliath eripe me.

Dicitur verò v. *58.* Sauli ignotus, idq; vt ex Aug. citant Lyran. & Abul. (penes quos ſit fides) quia barbula ipſi iam creuerat: vel quia Principes obliuioſi ſunt, vel vt ait Procop. & Theod. quia dæmoniaca perturbatione & inuidia cæcatus erat. Alij dicunt, non ſimpliciter ignotum ipſum fuiſſe, ſed eius tantùm patrē & tribum, de quibus ſolis roget Saul. hoc modo: an ſit viri fortis & bello probati filius? atq; hoc ſolum neſcire ſe dixit, qui interrogabatur Abner; vti exponunt R. Dauid & eius pater R. Ioſeph, citatq; ipſos Pagninus. Videtur tamen vnius vel alterius anni ſpatio fieri potuiſſe, vt quod in adoleſcentibus fieri ſolet; valde Dauid immutaretur, ſicq; à Saule non agnoſceretur; multo ēt minus ab Abnero, qui minus frequenter Dauidem viderat, q, rebus bellicis aliò & aliò vocaretur.

Supereſt quæſtio; An monomachiam iſtam ineundo peccarit Dauid? Duobus ex capitibus oriri peccatum poſſet; vnum eſt, ſi monomachia mala ſemper eſſet. de quo magna inter doctos diſſenſio eſt; quidam enim omninò malam affirmant, vt Abul. q. *45.* Hoſtienſis, Burgenſis. Alii caſus quoſdam excipiunt, vt Lyran. Caiet. ſecunda ſecundæ q. 95. art. *8.* Et in ſumma. Nauar. man. c. *11.* & *15.* Et hi omnes volunt Dauidem vel diſpenſatione, vel reuelatione diuina duellum iſtud ſuſcepiſſe, Caietano excepto, qui iuſtum fuiſſe cenſet.

Dico breuiter duo. primò, Omnis priuata monomachia, in cauſa ſcil. priuata nullo modo iuſta aut bona eſt*:* ita vt neque peti, neque ſuſcipi; neque à principe tribui, aut imperari poſſit. probatur dupliciter. primò, ex Nicolao Pontifice, can. monomachiam ſecunda q. 5. ex Cęleſtino tertio cap. cura ſuſcepti, extrà de vulgari purgatione, Ex Innocentio tertio cap. ſignificantibus. ibid. Pio quarto, Gregor. 13 *S.* Thoma l. cit. ad tertium. Trident. ſeſs. 25. c. 19.

Probatur ſecundò ratione. prima, Priuatæ huius monomachiæ vel finis malus eſt, vt ſi ad virium oſtentationem tantum fiat: vel ſi finis bonus, ipſa medium eſt non bonum. v. g. ad veritatis occultæ indagationem, putati cuiuſdam dedecoris vitationem, ciuilis aut criminalis litis terminationem. ſecunda, Qui ad monomachiam prouocat, vel eam admittit, ſi nocens eſt, alterius innocentis morte ſeſe purgare vult*: S*i innocens, ſeipſum & famam ſuam temerè mortis periculo exponit; cum non teneatur Deus facere miraculum: ſicque interdum etiam innocentes ſuccumbant, prout expetientia oſtendit, cap. cit. ſignificantibus. Qui Princeps aut Iudex concedit, is vel eum qui accuſatur, comperit eſſe innocentem, & abſoluendus eſt; aut nocentem, & damnandus eſt*:*

Vel

Vel non comperit, ſed dubitat, & pronunciandum; *Non liquere*; neque innocentia in diſcrimen conijcienda. Permittere tamē interdum quemadmodum lupanaria poſſe, docent ſupra citati. Vnde qui olim boni Principes monomachias probarunt, ij vel tantum permiſerunt, vel ex ignorantia quadam laudarunt; loquor ſemper de monomachia ex condicto, non ea qua vis repellitur.

Dico ſecundo. In cauſa publica ea bellātium pars quæ iuſtum bellum gerit, poteſt monomachias & ſuſcipere & poſcere, quia ipſa tum iuſti belli rationem induit; vel quia eſt ipſius quaſi belli pars, dum ad victoriæ ſcilicet finem refertur: quemadmodum ſi initio robuſtiſſimi quiq; hoſtium tollantur, eorum animi terreantur, vel quia tota belli moles ad vnius vel paucorum periculum reuocatur; & huiuſmodi fuit iſta Dauidica, & illa S. Wenceslai apud Æneam Syluium c.15. Bohemiæ. Sed vide ſi placet Ant. Bernardi Mirandulani diſputationem de ſingulari certamine editam Baſileę an.1562. in fol. de duello vide etiam Cent.2. c.19.20.21. Camer.

Alterum caput eſt, ſi per imprudentiam & temeritatem tantulus cum tanto, inermis cum armato, certamen iniret. Sed cum hoc ipſum Saul obijceret, v.33. reſpondit Dauid, v.34. Non vt vanam gloriam aucuparetur, inquit Chryſoſt. hom.46. in Geneſ. ſed neceſſitate coactus, demonſtrauit primò virium ſuarum magnitudinem, qua vrſis & leonibus prędam exculpſerat, eoſq; lacerarat, & quidem tanta facilitate, vt Eccleſ.47. cum iis luſiſſe dicatur, potuiſſetq; ſi expediiſſet, à Deo ſe vires iſtas conſecutum dicere. deinde cauſam ſe ad certamē mouentem, v.36. ſuapte ſponte, ait Chryſoſt. hom. de Dauid & Saule, diuino accenſus zelo, patriæ charitate &c. ad barbaros cucurrit. Tertiò. Certam ſpem de diuino auxilio verſ. 37. quam explicat Ioſephus & Theodoretus quæſt. 40. auſus eſt puer iſte Dauid, ait Auguſtin. hom.31. non præſumens de viribus ſuis, ſed in nomine Dei ſui procedere, &c. quam enim ab ambitione, vanaque gloria fuerit alienus, patet ex eo, quod in nomine Domini, leonem & vrſum diſcerpebat: vti obſeruat Chryſoſt. initio hom.9. Act.

Intellexit Rex aliquid in eo diuinitatis eſſe, nec illū tenera ætate, ſine diuino inſtinctu, talia poſſe pſumere, ſic & ſer.4. de verbis Apoſtoli, & in pſ.143. Dauid, inqt, erat ſtatura paruus, ſed fide magn⁹, multò ſc. Homerico Tydeo laudatior.

Arma verò reſpuit, quia ipſum potius impediiſſent quam iuuiſſent, cum iis aſſuetus non eſſet. hæc enim arma per ætatem & paruam ſtaturam corporis, ait Auguſtin. l. cit. portare non poterat. ea & veſtes è ſuo armamentario & veſtiario, quemadmodum hodie apud Moſcowitas, promi iuſſerat Saul. Ridicula verò Rabinorum fabula de veſtibus diuinitus ad Dauidis corpus accommodatis. Deinde noluit Deus armis victoriam iſtam tribui, ait Chryſoſt. hom. 46. in Geneſ. S. Ambroſ. l.1. offic. c.35.

Videatur, & ſerm.88. & in pſalm.118. ſerm.18. vbi myſticè per Goliath diabolum nobis reuelatum intelligit, ſicuti & Theodor. q.40. S. Auguſtin. ſer.197. de manu, ait, ſpiritualis Goliæ, id eſt, de Diaboli poteſtate, per crucis baculum nos liberauit Chriſtus, leonem & vrſum ſtrangulauit, quando ad inferna deſcendens, omnes de eorum faucibus liberauit. 40. dies ſtant Iſraelitæ contra Palæſthinos, propter quatuor tempora & quatuor partes orbis terræ, dum illi (dies) vitam præſentem ſignificant, in qua contra Goliath, vel eius exercitum, i. contra diabolum & angelos eius, Chriſtianorū populus pugnare non deſinit.

In fronte eum percuſſit, vbi crucis ſignaculum non habebat: & quia, inquit homil.31. omnis ſuperbia habet impudentiam frontis; in ipſa fronte lapide veniente deiectus eſt. Vicit frons, quæ habebat humilitatem crucis Chriſti; propterea & nos ſignum ipſum crucis in fronte portamus, &c. Sanctus Maxim. ſermone 28. cum lapide Golias petitur, Chriſti virtute proſternitur, &c. pagina 315. Videatur citatus Auguſtinus in Pſalm. 134. ſermone quarto.

de verbis Apoſtoli; in pſal. 33. 143. Nazianzen. orat. 40. Cyrillus hom. 3. contra Ioannem Neſtorianum. D. Hier. inter S. Aug. epiſt. 11. cum ex c. 6. Epheſ. galeam ſalutis, gladiumque ſpiritus attuliſſet: his cum ait quondam telis armatus Rex Dauid procedebat ad prælium, & quinq; lapides de torrente &c. Prudentius pſychomachia, ait.

Peruulgata viget noſtri ſententia Chriſti:
Scandere celſa humiles, & ad ima redire feroces.
Vidimus horrendum membris animisq; Golian
Inualida cecidiſſe manu, puerilis in illum
Dextera fundalis torſit ſtridore lapillum,
Traiectumq; cauo penetrauit vulnere frontem.
Ille minax, rigidus, iactans, truculentus, amarus.
Dum tumet indomitum, dum formidabile feruet,
Dum ſeſe oſtentat clypeo, dum territat auras,
Expertus pueri quid poſſint ludicra parui,
Succubuit, teneris bellator turbidus annis.

Digniſſima etiam lectu relatuq; D. Chryſoſt. verba in pſal. 50. & S. Paulini metra natali 5.

Vana ſalus hominum, virtus mea, non mihi virtus
Si caream virtute Dei. quo vaſta gigantum
Robora? quo Pharij Reges? vbi magna Hierîcus?
Omnibus exitio ſua gloria, quâ tumuerunt,
Caſſa fuit. neq; vero ſuis virtutibus iſta;
Sed magis infirmis diuina potentia fregit.
Ille Gigas pueri fundâ paſtoris obiuit
Vt canis———

QVARTVM DAVIDIS FACTVM.

CAPVT XVIII.

1. ET factum eſt cùm compleſſet loqui ad Saul: anima Iona-
thæ conglutinata eſt animæ Dauid, & dilexit eum Io-
nathas quaſi animam ſuam. 2. Tulitque eum Saul in
die illa, & non conceſsit ei vt reuerteretur in domum pa-
tris ſui. 3. Inierunt aũt Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim eum
quaſi animam ſuam. 4. Nã expoliauit ſe Ionathas tunica, qua erat in-
dutus, & dedit eam Dauid, & reliqua veſtimenta ſua vſq; ad gladium
& arcum ſuum, & vſque ad balteum. 5. Egrediebatur quoque Dauid
ad omnia quæcumque miſiſſet eum Saul, & prudenter ſe agebat: po-
ſuitque eum Saul ſuper viros belli, & acceptus erat in oculis vniuerſi
populi, maximeque in conſpectu famulorum Saul. 6. Porro cùm re-
uerteretur percuſſo Philiſthæo Dauid, egreſſæ ſunt mulieres de vni-
uerſis vrbibus Iſrael, cantantes, choroſq; ducentes in occurſum Saul
regis, in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris. 7. Et præcinebant mulieres lu-
dentes, atque dicentes: Percuſsit Saul mille, & Dauid decem milliâ.
8. Iratus eſt autem Saul nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte: di-
xitq;: Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei
ſupereſt, niſi ſolum regnum? 9. Non rectis ergo oculis Saul aſpicie-
bat

bat Dauid à die illa, & deinceps, 10. Poſt diem autem alteram, inuaſit
ſpiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus ſuæ: Dauid
autem pſallebat manu ſua, ſicut per ſingulos dies. tenebatque Saul
lanceam, 11. & miſit eam, putans quod configere poſſet Dauid cum
pariete: & declinauit Dauid à facie eius ſecundo. 12. Et timuit Saul
Dauid, eo quod Dominus eſſet cum eo, & à ſe receſſiſſet. 13. Amouit
ergo eum Saul à ſe, & fecit eum tribunum ſuper mille viros: & egre-
diebatur, & intrabat in conſpectu populi. 14. In omnibus quoq; viis
ſuis Dauid prudenter agebat, & Dominus erat cum eo. 15. Vidit ita-
que Saul quod prudens eſſet nimis, & cœpit cauere eum. 16. Omnis
autem Iſrael & Iuda diligebat Dauid: ipſe enim ingrediebatur & e-
grediebatur ante eos. 17. Dixitq; Saul ad Dauid: Ecce filia mea maior
Merob. ipſam dabo tibi vxorem: tantummodo eſto vir fortis, & prę-
liare bella Domini. Saul autem reputabat, dicens: nō ſit manus mea
in eum, ſed ſit ſuper eum manus Philiſthinorum. 18. Ait autem Da-
uid ad Saul: Quis ego ſum, aut quæ eſt vita mea, aut cognatio patris
mei in Iſrael, vt fiam gener regis. 19. Factum eſt autem tempus cum
deberet dari Merob filia Saul Dauid, data eſt Hadrieli Molathitæ v-
xor. 20. Dilexit autem Dauid Michol filia Saul altera. Et nūciatum
eſt Saul, & placuit ei. 21. Dixitque Saul: Dabo eam illi, vt fiat ei in ſcā-
dalum, & ſit ſuper eum manus Philiſthinorum. Dixitq; Saul ad Da-
uid: In duabus rebus gener meus eris hodie. 22. Et mandauit Saul
ſeruis ſuis: Loquimini ad Dauid clam me, dicentes: Ecce places regi,
& omnes ſerui eius diligunt te. Nunc ergo eſto gener regis. 23. Et lo-
cuti ſunt ſerui Saul in auribus Dauid omnia verba hæc. Et ait Dauid:
Num parum videtur vobis, generum eſſe regis? Ego autem ſum vir
pauper & tenuis. 24. Et renunciauerunt ſerui Saul, dicentes: Huiuſ-
cemodi verba locutus eſt Dauid. 25. Dixit autem Saul: Sic loquimi-
ni ad Dauid: Non habet rex ſponſalia neceſſe, niſi tantum centum
præputia Philiſthinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porro Saul
cogitabat tradere Dauid in manus Philiſthinorum. 26. Cumque re-
nunciaſſent ſerui eius Dauid verba, quæ dixerat Saul, placuit ſermo
in oculis Dauid, vt fieret gener regis. 27. Et poſt paucos dies ſurgens
Dauid, abiit cum viris, qui ſub eo erant. Et percuſſit ex Philiſthiim
ducentos viros, & attulit eorum præputia, & annumerauit ea regi, vt
eſſet gener eius. Dedit itaq; Saul ei Michol filiam ſuam vxorem. 28.
Et vidit Saul, & intellexit quod Dominus eſſet cum Dauid. Michol
autem filia Saul diligebat eum. 29. Et Saul magis cœpit timere Da-
uid: factusque eſt Saul inimicus Dauid cunctis diebus. 30. Et egreſſi
ſunt principes Philiſthinorum. à principio autem egreſſionis eorū,
prudentius ſe gerebat Dauid quam omnes ſerui Saul, & celebre fa-
ctum eſt nomen eius nimis.

COMMENTARIVS.

DVo hic valdè contrariarum rerum initia ponuntur, ſummi ſcilicet amoris Ionathæ in Dauidem, & ſummæ patris eius in eundem inuidiæ, odijq; funeſtiſſimi. Ex illo natum inter ipſos honeſtiſſimæ amicitiæ fœdus, v.3. vt ea etiam in poſteros conſtans permaneret. Vult Abul. fuiſſe cęſis animalibus nonnullis confirmatum, vt Geneſ.15. Ierem.34. ſolis tamen mutuis iuramentis, vel aliis etiam modis fieri potuit, & fuit poſtea bis renouatum, c.20. & 23.

Ex inuidia verò & odio natum interimendi Dauidis conſilium, quod exequi voluit Saul dupliciter, primo per ſeipſum, hic & c. 19. v.9. deinde per alios dupliciter. Primo, clam per Palæſthinos ſcilicet v.17.21.25. deinde apertè, capitibus ſeq. clam enim duplici velamento vſus eſt ad cædem. Primo honoris, pręfecturam Dauidi militarem Chiliarchicam (tribunatum mille hominum) dando, vt ſic bellum gerens aliquando caderet. deinde matrimonij regij, dum primo ei filiam primogenitam ſpopondit, ſed fidem fallendo alteri dedit, deinde alteram natu minorem, quæ & Dauidem diligebat, & ab eo diligebatur. Vt igitur quæſitas ſanguine dotes in priore illa non obtinuit Dauid, ſic alteram iſtam duxit vxorem.

Meminiſſe verò hic oportet eius quod alias notaui, ſolita fieri matrimonia per coëmptionem; ita vt vir aliquid pro vxore dare deberet, ſicuti & illa pro viro. & vocatur huiuſmodi pretium dos, vel dona ſponſalia, vt hic, & donationes ante vel propter nuptias, vt eſt Leg. Cum multę, Cod. de donationibus ante nuptias. huiuſmodi ergo dona, quæ pro Regis filia danda videbantur ampliſſima, ſibi pauperi eſſe negauit Dauid, v.23. & eorum loco petebat Saul 100. pręputia, vt vel ſic contra Palæſthinos pugnans interficeretur. Sed Dauid 200. attulir, v. 27. non autem 600. capita, vt apud Ioſephum eſt, c.11. & l. 7. c. 1. Volebat autem præputia potius quam capita Saul, ne Iſraelitarum fortè capita quædam afferret Dauid, inquit Theodor. q. 47. & Procop. Qui monent haſce nuptias inſidiarum non beneuolentiæ fuiſſe; hinc oſtendunt PP. Ambroſ. ſerm. 18. in Pſal. 118. Auguſt. in Pſal. 33. Chryſoſt. hom. 46. in Geneſ. & hom. de Dauid & Saule, quam tetrum inuidia vitium ſit, cum ſaluatorem ſuum (ſic eum etiam vocat Ioſephus) ita nefariè tollere ſtuduerit Saul.

Obſeruandum porrò v.10. verbum prophetare, ſumi pro furere, inſanire, & arreptitiorum more bacchari, abſurda & loqui & agere: vti monet A. T. Theodor. q.45. & Procop. ſicuti vaticinari & inſanire dixit in Sextiana Tullius. Nam & enthuſiaſtæ vocati etiam apud Ethnicos ſunt prophetæ, vt apud Strabonem l.11. Plutarch. de oraculis, Platonem in Tymæo.

Lancea verò Sauli ſemper præſto videtur fuiſſe; vel quia eo armorum genere valdè oblectabatur; vel quia regiæ poteſtatis inſigne tunc erat, vt alicubi enſis, ſceptrum, &c. Aderat enim domi hic & c.19. ad menſam c.20. in ſilua 22. ad cubile 26.

CAPVT XIX.

1. LOcutus eſt autem Saul ad Ionathan filium ſuum, & ad omnes ſeruos ſuos, vt occiderent Dauid. Porro Ionathas filius Saul diligebat Dauid valde. 2. Et indicauit Ionathas Dauid, dicens: Quærit Saul pater meus occidere te: quapropter obſerua te, quæſo, mane, & manebis clam, & abſconderis. 3. Ego autem egrediens ſtabo iuxta patrem meum, in agro vbicumque

fueris

fueris:& ego loquar de te ad patrem meum: & quodcumque videro,
nunciabo tibi. 4. Locutus eſt ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul
patrem ſuum: dixitq; ad eum: Ne pecces rex in ſeruum tuum Dauid,
quia non peccauit tibi, & opera eius bona ſunt tibi valde. 5. Et poſuit
animam ſuam in manu ſua, & percuſsit Philiſthæum, & fecit Domi-
nus ſalutem magnam vniuerſo Iſraeli: vidiſti, & lætatus es. Quare er-
go peccas in ſanguine innoxio, interficiens Dauid, qui eſt abſque cul-
pa? 6. Quod cùm audiſſet Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit: Viuit
Dominus, quia non occidetur. 7. Vocauit itaque Ionathas Dauid, &
indicauit ei omnia verba hæc: & introduxit Ionathas Dauid ad Saul,
& fuit ante eum, ſicut fuerat heri & nudiuſtertius. 8. Motũ eſt autem
rurſum bellum: & egreſſus Dauid, pugnauit aduerſum Philiſthiim:
percuſsitque eos plaga magna, & fugerunt à facie eius. 9. Et factus eſt
ſpiritus Domini malus in Saul. ſedebat autem in domo ſua, & tenebat
lanceam: porro Dauid pſallebat manu ſua. 10. Niſusq; eſt Saul confi-
gere Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid à facie Saul: lancea
autem caſſo vulnere perlata eſt in parietem, & Dauid fugit, & ſaluatus
eſt nocte illa. 11. Miſit ergo Saul ſatellites ſuos in domum Dauid, vt cu-
ſtodirent eum, & interficeretur mane. Quod cum annunciaſſet Da-
uid Michol vxor ſua, dicens: Niſi ſaluaueris te nocte hac, cras morie-
ris: 12. depoſuit eum per feneſtram. porro ille abiit & aufugit, atq; ſal-
uatus eſt. 13. Tulit autem Michol ſtatuam, & poſuit eam ſuper lectum,
& pellem piloſam caprarum poſuit ad caput eius, & operuit eam ve-
ſtimentis. 14. Miſit autem Saul apparitores, qui raperent Dauid: & re-
ſponſum eſt quod ægrotaret. 15. Rurſumq; miſit Saul nuncios vt vi-
derent Dauid, dicens: Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur. 16.
Cumq; veniſſent nuncij, inuentum eſt ſimulacrum ſuper lectum, &
pellis caprarum ad caput eius. 17. Dixitq; Saul ad Michol: Quare ſic il-
luſiſti mihi, & dimiſiſti inimicum meum vt fugeret? Et reſpondit Mi-
chol ad Saul: Quia ipſe locutus eſt mihi: Dimitte me, alioquin interfi-
ciam te. 18. Dauid autem fugiens, ſaluatus eſt, & venit ad Samuel in
Ramatha, & nunciauit ei omnia quæ fecerat ſibi Saul: & abierunt ipſe
& Samuel, & morati ſunt in Naioth. 19. Nunciatum eſt autem Sauli à
dicentibus: Ecce Dauid in Naioth in Ramatha. 20. Miſit ergo Saul li-
ctores, vt raperent Dauid: qui cum vidiſſent cuneum prophetarum
vaticinantium, & Samuelem ſtantem ſuper eos, factus eſt etiam ſpiri-
tus Domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipſi. 21. Quod cum
nunciatum eſſet Sauli, miſit & alios nuncios: prophetauerunt autem
& illi. Et rurſum miſit Saul tertios nuncios: qui & ipſi prophetauerũt.
Et iratus iracundia Saul, 22. abiit etiam ipſe in Ramatha, & venit vſq;
ad ciſternam magnam, quæ eſt in Socho, & interrogauit, & dixit: In
quo loco ſunt Samuel & Dauid? Dictumq; eſt ei: Ecce in Naioth ſunt
in Ramatha. 23. Et abiit in Naioth in Ramatha, & factus eſt etiam ſu-
per eum

per eum Spiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetabat vſquedum veniret in Naioth in Ramatha. 24. Et expoliauit etiam ipſe ſe veſtimentis ſuis, & prophetauit cum ceteris coram Samuele, & cecidit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit prouerbium: Num & Saul inter prophetas?

COMMENTARIVS.

IAm per alios necem Dauidi apertè molitur, & primo per Ionathan filium, & ſeruos omnes, v. 1. fidiſſimos ſcilicet, vt ait *I*oſephus, ſed Ionathæ indicio & ſuaſu tantiſper ille latuit. Monet Ambr. c 32. l. 1. offic. beneuolentiæ hic argumentum. ſed non videtur rectè ab eo dici Dauidem eſſe *I*onatha ſeniorem, cum ante Goliathæam pugnam Chiliarchus iam hic eſſet, & tot Palæſthinis clades intuliſſet, c. 13. 14.

Secundo, per Iudices, vt vult Ioſephus c. *14*. ſed textus noſter, v. 10. tantum ait Saulem haſtam veſpere vibraſſe, ſtatimq; eadem nocte ſatellites miſiſſe, qui Dauid domus ianuas cuſtodirent, vt manè interficeretur. ſed an per iſtos eoſdē, an per *I*udices aliquos, aut per ipſummet *S*aulem, non exprimit.

Dauidem verò ipſum ſeruauit eius vxor, indicio, conſilio, & opera v. *11*. & ſeq. vbi ſtatua vel ſimulachrum, non eſt aſtrolabium, vel quæ cæleſtes influxus exciperet ſtatua, vt eſt apud Abenez. non impium idolum; vel vt ait Abul. q. 14. lignum informe, rotundum; ſed hominis ſtatua, vti fatentur hic Caluiniſtarum biblia Gallica, & Vatabl. imò apud Theodor. q. *48*. & Procop. docent quidam fuiſſe Dauidis ipſius ſtatuam.

Pellis verò piloſa à Chaldæo vter, à Vatablo ceruical vertitur, à 70. & *I*oſepho, hepar capræ, quod ſoleat hoc diutius viuere, ſeq; motitare, inquiūt Theodor. & Procop. ſicque ſub ſtragulis poſitum oſtenderet quaſi Dauidem reſpirātem; at pellis iſta vel ad capillos ſignificandos aptè circum caput ſtatuæ poſitá erat, vt vult Abul. & Theodor. vel quaſi ad ægroti caput confouendum. Hebræi bonam igitur in partem hic nomine teraphim, de quibus ſupra c. 15. vtūtur. quod 70. verterunt κενοτάφια, quod quemadmodum mane ſepulchrum videtur habere mortuum & non habet; ſic iam videbatur Dauid quaſi agens animam, & tamen non aderat, vt ait Theodor. loc. cit. licet paulo aliter Ribera Hoſeæ 3. v. *20*.

Porrò vt Micholis in maritum fides, & charitas, ſimulq; ſolertia, ſeu vt vocat Ioſephus, ſophiſma, id eſt, ſapiens inuentum laudatur, ita à mendacio non excuſatur, v. 14. & *17*. ſed officioſum mendacium fuit, inquit Abul. q. *21*. & *2*8. Huc pertinet Pſalmus *58*.

Tertiò. per ſatellites alios atque alios adduci & interfici voluit: tandemque per ſeipſum, cum ad Samuelem Ramatham fugiſſet. hic erat prophetarum, de quibus c. 10. eccleſia, vt appellant 70. & *I*oſephus, ſeu multitudo & collegium. Locus vbi cum Samuele congregabantur, erat ad vrbem, & à Chaldæo hic & c. *20*. v 1. vertitur domus doctrinæ pro Naioth.

Prophetauit cum ipſis Saul, ſed nudus, & quidem ab omnibus veſtibus, vt quidam exiſtimant, quia, inquit Abenezra, ſpiritu diuino correpti quid agant neſciunt, aut, inquit *V*atablus, quia Dei ſpiritus omnem adimit pudorem; vt liberè Dei laudes deprædicentur. Theodor. verò, quia indignus, ait, gratia erat, & ſignificabatur regni ablatio, ſimilia *I*oſephus. Alij regium tantum cultum & veſtes exuiſſe volunt, vt auth. Trad. Lyran. & Abul. Sed hic vult aſſumpſiſſe ipſum veſtes religioſas, ſeu diuinis laudibus accommodatas. Abul. verò interiores tantum retinuiſſe. Cadebat etiam in terram tota die & nocte, quia viribus & ſenſi-

ſenſibus deſtitutus erat, vt Num. 24. inquit Abenezra & Vatablus, vel potius, quia Deum aſſiduè cum prophetis illis adorabat, vt 1. Corinth. 14. Hinc prouerbium exiit, non nunc primo, vt c. 10. dictum, ſed iam renouabatur, & iterum confirmabatur, q.d. vnde meritò dicent homines illud, quod iam olim dictum erat, num Saul inter prophetas? non quia parum deuotus eſſet, vt Lyrano videtur, aut quia ipſe magis conſpicuus, vt Abul. ſed quia hoc admirabile, cum propheta non eſſet, imo prophetam inſectaretur. Auctor mirabilium Script. l. 2. c. 10. vult Saulem famulos ſtricto arcu inſecutum. D. Auguſtinus enarrat. in Pſal. 103. oſtendit hinc malis etiam prophetiæ munus dari: neq; inde gloriandum. prophetauit, ait, Saul malus Rex; & tunc prophetauit, cùm Dauid ſanctum perſequeretur, &c.

CAPVT XX.

1 FVgit autem Dauid de Naioth, quę eſt in Ramatha, ve-
nienſq; locutus eſt coram Ionatha: Quid feci? quæ eſt
iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem
tuum, quia quærit animam meam? 2. Qui dixit ei: Ab-
ſit, non morieris: neque enim faciet pater meus quidquam grande
vel paruum, niſi prius indicauerit mihi: hunc ergo celauit me pater
meus ſermonem tantummodo? nequaquam erit iſtud. 3. Et iurauit
rurſum Dauidi. Et ille ait: Scit profecto pater tuus quia inueni gra-
tiam in oculis tuis, & dicet. Neſciat hoc Ionathas, ne fortè triſtetur.
Quinimo viuit Dominus, & viuit anima tua, quia vno tantum (vt i-
ta dicam) gradu, ego morſq; diuidimur. 4. Et ait Ionathas ad Dauid:
Quodcunq; dixerit mihi anima tua, faciam tibi. 5. Dixit autem Da-
uid ad Ionathan: Ecce calendæ ſunt craſtino, & ego ex more ſedere
ſoleo iuxta regem ad veſcendum: dimitte ergo me vt abſcondar in
agro vſque ad veſperam diei tertiæ. 6. Si reſpiciens requiſierit me pa-
ter tuus, reſpondebis ei: Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Beth-
lehem ciuitatem ſuam: quia victimæ ſollemnes ibi ſunt vniuerſis
cõtribulibus ſuis. 7. Si dixerit, Bene: pax erit ſeruo tuo. ſi autem fue-
rit iratus, ſcito quia completa eſt malitia eius. 8. Fac ergo miſericor-
diam in ſeruum tuum: quia fœdus Domini me famulum tuum te-
cum inire feciſti. ſi autem eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice;
& ad patrem tuum ne introducas me. 9. Et ait Ionathas: Abſit hoc à
te: neque enim fieri poteſt, vt ſi certe cognouero completam eſſe pa-
tris mei malitiam contra te, non annunciem tibi. 10. Reſponditque
Dauid ad Ionathan: Quis renunciabit mihi, ſi quid forte reſponde-
rit tibi pater tuus durè de me? 11. Et ait Ionathas ad Dauid: Veni, &
egrediamur foras in agrum. Cumque exiſſent ambo in agrum, 12. ait
Ionathas ad Dauid: Domine Deus Iſrael, ſi inueſtigauero ſententiã
patris mei craſtino vel perendie: & aliquid boni fuerit ſuper Dauid,
& non ſtatim miſero ad te, & notum tibi fecero, 13. hæc faciat Do-
minus Ionathæ, & hæc addat. Si autẽ perſeuerauerit patris mei mali-
tia ad-

tia aduerſum te, reuelabo aurem tuam, & dimittam te, vt vadas in pace, & ſit Dominus tecum, ſicut fuit cum patre meo. 14. Et ſi vixero, facies mihi miſericordiam Domini: ſi vero mortuus fuero. 15. non auferes miſericordiam tuam à domo mea vſque in ſempiternum, quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid vnumquemque de terra: auferat Ionathan de domo ſua, & requirat Dominus de manu inimicorum Dauid. 16. Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid: & requiſiuit Dominus de manu inimicorum Dauid. 17. Et addidit Ionathas deierare Dauid, eo quod diligeret illum: ſicut enim animam ſuam, ita diligebat eum. 18. Dixitq; ad eum Ionathas: Cras calendæ ſunt, & requireris: 19. requiretur enim ſeſſio tua vſque perendie. Deſcendes ergo feſtinus, & venies in locum vbi celandus es in die qua operari licet, & ſedebis iuxta lapidem, cui nomen eſt Ezel. 20. Et ego tres ſagittas mittam iuxta eum, & iaciam quaſi exercens me ad ſignum. 21. Mittam quoque & puerum, dicens ei: Vade, & affer mihi ſagittas. 22. Si dixero puero: Ecce ſagittæ intra te ſunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi eſt, & nihil eſt mali, viuit Dominus. Si autem ſic locutus fuero puero: Ecce ſagittæ vltra te ſunt: vade in pace, quia dimiſit te Dominus. 23. De verbo autem quod locuti ſumus ego & tu, ſit Dominus inter me & te vſque in ſempiternum. 24. Abſconditus eſt ergo Dauid in agro, & venerunt calendæ, & ſedit rex ad comedendum panem. 25. Cumque ſediſſet rex ſuper cathedram ſuam (ſecundum conſuetudinem) quæ erat iuxta parietem, ſurrexit Ionathas, & ſedit Abner ex latere Saul, vacuusq; apparuit locus Dauid. 26. Et non eſt locutus Saul quidquam in die illa: cogitabat enim quod forte eueniſſet ei, vt non eſſet mundus, nec purificatus. 27. Cumque illuxiſſet dies ſecunda poſt calendas, rurſus apparuit vacuus locus Dauid. Dixitq; Saul ad Ionathan filium ſuum: Cur non venit filius Iſai nec heri, nec hodie ad veſcendum? 28. Reſponditque Ionathas Sauli: Rogauit me obnixè, vt iret in Bethlehem, 29. & ait: Dimitte me, quoniam ſacrificium ſollemne eſt in ciuitate, vnus de fratribus meis accerſiuit me: nunc ergo ſi inueni gratiam in oculis tuis, vadam cito, & videbo fratres meos. Ob hanc cauſam non venit ad menſam regis. 30. Iratus autem Saul aduerſum Ionathan, dixit ei: Fili mulieris virũ vltro rapientis, nunquid ignoro quia diligis filium Iſai in confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ? 31. Omnibus enim diebus, quibus filius Iſai vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu, neq; regnum tuum. Itaque iam nunc mitte, & adduc eum ad me: quia filius mortis eſt. 32. Reſpondens autem Ionathas Sauli patri ſuo, ait: Quare morietur? quid fecit? 33. Et arripuit Saul lanceam vt percuteret eum. Et intellexit Ionathas quod definitum eſſet

à patre

à patre ſuo, vt interficeret Dauid. 34. Surrexit ergo Ionathas à menſa
in ira furoris, & non comedit in die calendarum ſecunda panem.
Contriſtatus eſt enim ſuper Dauid, eo quod confudiſſet eum pater
ſuus. 35. Cumque illuxiſſet mane, venit Ionathas in agrum iuxta pla-
citum Dauid, & puer paruulus cum eo, 36. & ait ad puerum ſuum:
Vade, & affer mihi ſagittas, quas ego iacio. Cumque puer cucurriſ-
ſet, iecit aliam ſagittam trans puerum. 37. Venit itaque puer ad lo-
cum iaculi, quod miſerat Ionathas: & clamauit Ionathas poſt ter-
gum pueri, & ait: Ecce ibi eſt ſagitta porro vltra te. 38. Clamauitque
iterum Ionathas poſt tergum pueri, dicens: Feſtina velociter, ne ſte-
teris. Collegit autem puer Ionathæ ſagittas, & attulit ad dominum
ſuum: 39. & quid ageretur, penitus ignorabat: tantummodo enim
Ionathas & Dauid rem nouerant. 40. Dedit ergo Ionathas arma ſua
puero, & dixit ei: Vade, & defer in ciuitatem. 41 Cumque abiiſſet
puer, ſurrexit Dauid de loco, qui vergebat ad Auſtrum, & cadens
pronus in terram, adorauit tertio: & oſculantes ſe alterutrum fleue-
runt pariter, Dauid autem amplius. 42. Dixit ergo Ionathas ad Da-
uid: Vade in pace: quæcumque iurauimus ambo in nomine Domi-
ni, dicentes: Dominus ſit inter me & te, & inter ſemen meum & ſe-
men tuum vſq; in ſempiternum. 43. Et ſurrexit Dauid, & abiit: ſed &
Ionathas ingreſſus eſt ciuitatem.

COMMENTARIVS.

Rediit clam Dauid ſine gladio vllo vel haſta, vt ex c. 21. colligitur. & veſtitu immutatus ne agnoſceretur, ad vrbem, vbi Saul & Ionathas: & foris in agro latuit, totam pridie Calendarum noctem, ipſas Calendas, & poſtridianum, ſecutamque noctem: donec tertio die ſurrexit, & abiit, verſic. 43. & vel ieiunus manſit; vel exiguo quem ſecum extulerat, cibo contentus.

Chaldæus ait, fuiſſe menſem ſecundum, id eſt, Aprilem; & emboliſmi diem. pulcher ſepulturæ & reſurrectionis Domini typus. Neomeniæ feſtæ erant & conuiuiis agitabantur. vnde & apud gentiles erant feſta ἐπμήνια de quibus Turneb. adu. l. 3. c. 4. l. 15. c. 19. vbi notat, Iudaicas calendas ab Horatio triceſima ſabbata vocari. poſtridie vero etiam celebrabat Saul, vel maioris religionis ergo, vel vt reliquiæ conſumerentur iuxta Leu. 7. conſule L. 1. antiq. conui. fol. 115.

Solebat Dauid tanquam Regis gener, vel quotidie vel feſtis minimum diebus cum Rege ad menſam ſedere, ſed tertio loco, vt aiunt 70. & Ioſephus, cum Ionathas à dextris Regi eſſet, Abner à ſiniſtris. Chryſ. h. 7. ad pop. Saul nullam quidem iniuriam paſſus, &c. nec ipſum Dauidem proprio nomine appellare volebat. nam non dixit, vbi eſt Dauid? ſed filius Iſai. vt Iudæi Io. 5. vbi eſt ille? eſt v. 20. & ſeq. ſimilitudo ſenſus in ſcriptura litterarij & myſtici: cum ille ſit propior, hic remotior, & tamen principalior, vti notat Ribera, præludio primo, in prophetas. Neuter ab officioſo mendacio excuſatur, verſic. 6. 28. 29. ſed vide Chryſoſt. hom. 21. in Geneſin.

CAPVT XXI.

1. VEnit autem Dauid in Nobe ad Achimelech ſacerdotem:
& obſtupuit Achimelech, eo quod veniſſet Dauid. Et di-
xit ei: Quare tu ſolus, & nullus eſt tecum? 2. Et ait Dauid
ad Achimelech ſacerdotem: Rex præcepit mihi ſermo-
nem, & dixit: Nemo ſciat rem, propter quam miſſus es à me, & cu-
iuſmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris condixi in illum & il-
lum locum. 3. Nunc ergo ſiquid habes ad manum, vel quinque pa-
nes, da mihi, aut quidquid inueneris. 4. Et reſpondens ſacerdos ad
Dauid, ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, ſed tantum pa-
nem ſanctum: ſi mundi ſunt pueri, maximè à mulieribus? 5. Et re-
ſpondit Dauid ſacerdoti, & dixit ei: Equidem, ſi de mulieribus agi-
tur: continuimus nos ab heri & nudiuſtertius, quando egredieba-
mur, & fuerunt vaſa puerorum ſancta. porro via hæc polluta eſt, ſed
& ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis. 6. Dedit ergo ei ſacerdos ſancti-
ficatum panem. neque enim erat ibi panis, niſi tantum panes pro-
poſitionis, qui ſublati fuerant à facie Domini, vt ponerentur panes
calidi. 7. Erat autem ibi vir quidam de ſeruis Saul, in die illa, intus in
tabernaculo Domini: & nomen eius Doëg Idumæus, potentiſſimus
paſtorum Saul. 8. Dixit autem Dauid ad Achimelech: Si habes hic
ad manum haſtam, aut gladium? quia gladium meum, & arma mea
non tuli mecum. ſermo enim regis vrgebat. 9. Et dixit ſacerdos: Ecce
hic gladius Goliath Philiſthæi, quem percuſſiſti in Valle terebinthi,
eſt inuolutus pallio poſt ephod: ſi iſtum vis tollere, tolle. neque e-
nim hic eſt alius abſque eo. Et ait Dauid: Non eſt huic alter ſimilis,
da mihi eum. 10. Surrexit itaque Dauid, & fugit in die illa à facie
Saul: & venit ad Achis regem Geth: 11. dixeruntque ſerui Achis ad
eum cum vidiſſent Dauid: Nunquid non iſte eſt Dauid rex terræ?
nonne huic cantabant per choros, dicentes: Percuſſit Saul mille, &
Dauid decem millia? 12. Poſuit autem Dauid ſermones iſtos in cor-
de ſuo, & extimuit valde à facie Achis regis Geth. 13. Et immutauit
os ſuum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impinge-
bat in oſtia portæ, defluebantque ſaliuæ eius in barbam. 14. Et ait
Achis ad ſeruos ſuos: Vidiſtis hominem inſanum: quare adduxiſtis
eum ad me? 15. An deſunt nobis furioſi, quod introduxiſtis i-
ſtum, vt fureret me præſente: hiccine ingredietur
domum meam?

COMMEN-

COMMENTARIVS.

FVga Dauidis ad duplex genus reuocari poteſt. Vnũ in quo reditus ad Saulem fuit,& iſta triplex, Prima, c.18.v.11. Secũda, c.19.v.2. Tertia, ibid. v.10. Alterum genus, in quo reditus nullus,& hæc ibidem v.12. incipit, & deinceps vſq; ad Saulis mortem permanet:& explicatur deinceps per varia loca, in quæ ſeſe contulit Dauid, vt ad Samuelem c.19. iam hoc c.21. ad ſacerdotes, in eorum vrbem trans Iordanem c.22. v.19. quæ in Manaſſæa tribu vel Gaditica Nobe dicebatur, Iudic 8. Num.32. vlt. Eſt alia Nob Iſaiæ 10. quæ etiam dicitur Anab, Ioſ.11. vt ibi oſtendit Maſius: eam tamen hic non intelligi, vel inde intelligitur, quod Gabaæ Saulis peruicina erat. Dauid verò hoc c.21. v.5. ſe illinc non eodem die, ſed ab heri & nudiuſtertius egreſſum ait.

Dices; Nobe iſta Tranſiordanina, imo nec Ciſiordanina, in ſacerdotalibus vrbibus numeratur, Ioſ.21. Reſpondendũ plures poſtea vrbes q̃ 48. ibi recenſitas à ſacerdotibus & Leuitis vel poſſeſſas vel habitatas fuiſſe, vt patet 1. Par. 6. & oſtendit Adrichomius in ſuo Leui num.7. qui tamen inconſtanter modo in hac, modo in illa Nobe hoc vnũ idemq; factum collocat; vt in eiuſdẽ Gad videre eſt, nu.34. in Beniamin nu.93. in Leui l.c. Vocatur porrò à 70. Nõba, à Ioſepho Naba.

Deinceps fugit ad alia, partim Iudęæ loca, partim Palęſthinę & Moabitidis, quæ ferè duodecim ordine hic proponuntur, præter illa quæ tagũtur c.30. v.31.

Achimelec ſacerdos ab Auth. Trad. dicitur idem cum Achia, de quo c.14. S. Marcus c.2. videtur eundem vocare Abiathar & ita cenſet Ianſenius c.37. cõcordiæ, ex 2. Reg. 8. 1. Paral. 18. ita vt iſta nomina pro eodem accipiantur. Negãt alij, & primo Abul. l 2. q.24. vult filium Abiatharis functum ſacerdotio propter patris non ſenectutem, ſed occupationes. Alij eſſe tranſpoſitionem figuratam, vt Abimelechi filius ſit Abiathar, non Abiatharis Abimelec, & in S. Marco nominatur Abiathar, quia is tum aderat, & pauló poſt ſummus ſacerdos fuit.

Panes verò erant vel ſancti, vel profani ſeu laici, vt ab interpretibus Græcis vocantur. Sacri erant duplices, aut libamentorum, aut propoſitionis:& neutros niſi ſacerdotibus edere licebat, Leuit. 2. 6. 7. 22. niſi in neceſſitate, vti hinc probauit Dominus, Matth.12 Luc.6. Marc. 2. mundi tamen & caſti etiam laici eſſe debebant, qui iis veſcerentur, quod ad Euchariſtię myſterium transfert Theodor. q.51. Abul. q.13 Et Leu.21. q.10. ac 24. q. 6. vbi ait feria ſexta coqui à ſacerdotibus iſtos panes. & die ſabbati proponi. at die ſabbati non fuiſſent illi calidi, vt hic dicitur. & q.7. poſt longam diſputationem concludit, non licuiſſe hos edere niſi ſacerdotibus, eorumq; filiis, paruis & magnis in ſanctuario, ſiue atrio: non vero ſacerdotum filiabus ceteræque familiæ, etſi munda eſſet. Ex hoc loco diſputant DD. apud de Graphiis, an qui vxorẽ iniit, poſſit eodẽ die cõmunicare.

Mendaciolo vti putatur, dum v.2. quoſdam ſe alicubi expectare ait. Locum iſtum incertum Hebraica ſignificant, Chald. occultum, 70. vocant Dei fidem, & nihilominus Hebraica quodammodo retinent.

Via hæc polluta eſt v.5. variè exponitur. Primo Vatablus legi vellet, non via hæc, ſed hic panis pollutus eſt, ſeu more profani ſe habet, cum è conſpectu Domini remotus eſt. Secundo, alij, via, id eſt, hic edendi modus per ſe quidem pollutus eſt, ob neceſſitatem tamen conceſſus. Tertio, Rabini, Etiamſi hodie panis in vaſe, quod eſt ſuper Domini menſam ſanctificatus eſſet, eo tamen ob neceſſitatem veſci liceret. Quarto, via polluta eſt, aliis quibuſdam immunditiis, ſed propter munditiam à mulieribus excuſabitur. Quinto, licet via hæc polluta & laica ſit, id eſt, laici negotij cauſa ſuſcepta; propter tamen veſtium corporumq; ſanctitatem ſanctificabitur, id eſt, in neceſſitate iſta inſtar ſanctæ habebitur, panis iſte quaſi à mundis comedetur.

Erant verò in ædibus Laici panes, ſed ne vel proderetur vel tardaretur, quæri nolebat Dauid. Vide ſimilem hiſtoriam apud Sozomen. l. 1. c 11. de qua

Bellarm. l. 2. de bonis operibus c. 9. Euangeliſtæ verò l. c. plures cum Dauide fuiſſe dicunt, & ita cenſet Lyranus, quos tamen adeò paucos fuiſſe ait, vt quaſi nulli cenſeantur. Abulen. verò vult nullos fuiſſe iam præſentes, aliquos tamen in vicinia latuiſſe, qui cum Dauide panes iſtos ederint. Sed cum textus verſic. 1. & ipſa fugæ ratio indicet, nullum omninò cum Dauide fuiſſe, potius dicendum exiſtimat Ianſenius l. c. ab Euangeliſtis eos nominari, quos ſecum paulo poſt futuros dicebat Dauid, v. 2. ſed mendacio officioſo. *V*ti Hannibal Carthagine fugiens, ſe Legatum Tyrum aiebat, apud Liuium l. 33. at Chriſtus Dominus ait Dauidem non ſolum ediſſe, ſed & iis qui cum ipſo erant dediſſe Mar. *2.* v. *26.* Luc. *6.* v. *4* ita vt pene officioſum etiam mendaciũ Domino per ſummam iniuriam impingi videatur. ideoque in Matth. *12.* Maldonatus præclare ait: eorum probo ſententiam, qui exiſtimant, neminem cum eo fuiſſe cum panes accepit: ſed alios alio loco ſocios habuiſſe, quibus ex panibus dederit.

Dedit ſacerdos ipſi gladium Goliath, qui conſecratus, id eſt, Domino datus erat, vt ex Leuit. *27.* contra Lyranum ſupra dixi, & monet Abul. q. *21.* Dicitur poſt ephod fuiſſe, id eſt, inquit *V*atablus, poſt locum, vbi veſtes ſacerdotales, vel potius, poſtquam Dominum interrogarat per ephod, vt aſſerit Chald. contra Lyranum; & colligitur ex c. *22.* v. 10. 13. 15. Hinc verò colligas, Abulenſi monitore, poſſe ad diuinorum beneficiorum memoriam in templis conſtitui gladios, arma, vexilla, morborum ſymbola, de quibus in patrum hiſtoria Theodoretus.

Notat Auguſt. in Pſal. 51. non regis tantum, ſed ſacerdotis etiam perſonam hic figurare Dauid, dum propoſitionis panes edit.

Doëg vero v. 7. dicitur *I*dumæus, à *70.* & *I*oſepho Syrus, ſed dum dicitur fuiſſe intus in tabernaculo, videtur legendum, tentus in tabernaculo, vt heb. Græc. & Chaldæa indicant, & interpretes, è quibus author Traditionum ſic interpretatur. Obligatus erat voto, quia ſe obligauerat aliquot diebus in tabernaculo Domini immoraturum, & orationi vacaturum. Theodor. q. 53 tenebatur in tabernaculo, quia vexabatur ab aliquo dæmone, aut tenebatur aliquo morbo, & ea de cauſa aſſidebat tabernaculo. Fuit, vt aiunt *70.* & Ioſephus, Saulis mulio, & ſecundũ Rabinos apud Auth. Trad. armiger ille, qui ſe infra c. vlt. interfecit. Huc pertinet pſal. 51. vbi Auguſtinus Doëgum iſtum Iudæ proditori cõparat.

Ad Gethæum Regem, vnde Goliath fuerat; profugit, v. 10. ſed iã ſolus, poſtea comitatus, c. *27.* Is in pſal. 33. titulo ſcribitur Abimelech, quod Regibus illis commune nomen eſſet, vt ex Gen. *26.* inquit Abul. & in illum pſal. Genebrardus. vel ob myſterium, vt vult ibidẽ Auguſt. *3.* Sed legi poteſt, imò auctore Procopio, debet, Achi melech, id eſt, Achis Rex, vt in Pſal. 51. fieri poſſe agnoſcit Auguſtinus, & ſic vocatur iſto cap. v. *10.* & *12.* & ita verterũt Theodotio & Symmachus, Pſal. 51. Euſebius tamen in comment. Pſal. 33. dicit eo in pſalmo intelligi Achimelech ſacerdotem, & dici Dauidem coram eo immutaſſe faciem ſuam, quia alia pro aliis dixit, cum Saulem fugeret, egit quaſi ab eo mitteretur, ita etiam Baſil. & Turr. in l. 8. conſt. c 13.

Hic verò inſaniam ſimulauit Dauid v. 12. & ſeq. quæ quadrupliciter in hebr. exponitur. Primo. transformabat os, id eſt, vultum & ſermonẽ maximè, quoad pronunciationem & accentum, qui hoc loco græce & hebr. pſal. *33.* vocatur guſtus, prout de iſta re librum ſcripſit Elias Leuita, quaſi ne *I*udæus videretur, alia dialecto & pronunciatione vteretur. An vultus mutatio, fuerit tantum doloris diſſimulatio &c. videtur ſentire Pineda in Iob *9.* v. *27.* n. 3. & c. *14.* v. *20.* n. 3

Secundo. Collabebatur inter manus eorum. quod explicãdum ex hebræo, & Chald. & Græco, de lapſione mentis. Nã hebraicè, inſanũ ſe faciebat. Chald. ſtupidus factus eſt in manu eorũ, Græcè παρεφέρετο eſt, à παραφέρεσθαι, delirare, mentis impotem eſſe, & παραφορὰ eſt mentis error ſeu deliratio, apud Nyſſen. L.

de ho-

de homine, Galenũ, Euthymiũ, Suidam, qui παράφορον vocat etiã dæmoniacũ. Vnde duplex D. Auguſtino interpretãti pſalmũ trigeſimum tertiũ cõc. 1. lapſus contigit, dum legiſſet, ferebatur in manibus ſuis, licet de Chriſto ſeipſum in cæna vltima ferentè pulcherrime interpretetur. Idẽ tamen in enarrati. dicit: pſalmus oſtendit ſanam inſaniam, & ſobriam ebrietatem Dauidis, &c. cum loco ſupra citato de eo dixiſſet, quod affectabat, tympanizabat ad oſtia ciuitatis, &c. & procidebat ad oſtia portæ, &c. allegoriam verò à ſanctiſſimo viro Auguſtino allatam, ineptè carpit Ben. Aretius t. 1. probl. Theol. lo. *52*. p. *392*.

Tertio. impingebat in oſtia, ſic Græci, ſed hebræus & Chald. lineabat, quod interpretantur aliqui, deſcribebat ſeu pingebat ad oſtia, vel quaſi recta linea in oſtia ruens ferebatur. Addiderunt *70*. ἐτυμπάνιζε; vel quia tam ſæpè & tam durè impingebat, vt tympanum pulſare videretur; vel etiam tympana, aliaque id genus ludibria pingebat.

Quarto: Saliua in barbam defluebat; Ioſephus ſpumaſſe ait, quod ſignum epilepſiæ tradunt Medici, vt Vallesius, c. *28*. *V*nde 70. pro inſano & furioſo dicũt ἐπίληπτον, vt eum ſcilicet morbum cum inſania ſimularet. Et certe S. Petrus Alex. diſerte epileſpticum vocat in Can. de lapſis apud Bar. t. *2*. an. 205. generalius loquitur *V*. Beda l. *3*. in Mer. ſtultorum & languentum; atq; hebetum eſt, ſpumas ſaliuarum ex ore dimittere, &c.

Neque idcircò peccauit, quia vt apud Plutarchum Solon fecit, & ait Auſonius, l. 2 diſtichorum,

Stultitiam ſimulare loco, prudentia ſumma eſt.

*V*ocatus eſt Rex Dauid, v. 11. non quia iam vnctio ipſius peruulgata, ſed quia ſummæ poteſtatis erat. *V*erſu vltimo; An deſunt nobis furioſi? id eſt, num egeo inſanis? an iis opus eſt? non quia ipſius vxor & filia inſanirent, vt fingunt Rabini. *V*ideatur Pſal. *33*. *55*. & in vtrumque Auguſtinus.

CAPVT XXII.

1. ABiit ergo Dauid inde, & fugit in ſpeluncam Odollam. Quod
cum audiſſent fratres eius, & omnis domus patris eius, deſcenderunt ad eum illuc, 2. Et conuenerunt ad eum omnes, qui e-
rant in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo:
& factus eſt eorum princeps, fueruntque cum eo quaſi quadringen-
ti viri. 3. Et profectus eſt Dauid inde in Maſpha, quæ eſt Moab:
& dixit ad regem Moab: Maneat, oro, pater meus & mater mea
vobiſcum, donec ſciam quid faciat mihi Deus. 4. Et reliquit eos
ante faciem regis Moab: manſeruntque apud eum cunctis die-
bus, quibus Dauid fuit in præſidio. 5. Dixitque Gad propheta ad
Dauid: Noli manere in præſidio, proficiſcere, & vade in Terram Iu-
dà. Et profectus eſt Dauid, & venit in ſaltum Haret. 6. Et audiuit
Saul quod apparuiſſet Dauid, & viri qui erant cum eo. Saul autem
cum maneret in Gabaa, & eſſet in nemore, quod eſt in Rama, ha-
ſtam manu tenens, cunctique ſerui eius circumſtarent eum. 7. ait ad
ſeruos ſuos qui aſſiſtebant ei: Audite nunc filij Iemini: numquid o-
mnibus vobis dabit filius Iſai agros & vineas, & vniuerſos vos faciet
tribunos, & centuriones? 8. quoniam coniuraſtis omnes aduerſum
me, & non eſt qui mihi renunciet, maximè cum & filius meus fœdus
inierit cum filio Iſai? Non eſt qui vicem meam doleat ex vobis, nec
qui annunciet mihi: eo quod ſuſcitauerit filius meus ſeruum

meum aduerſum me, inſidiantem mihi vſque hodie. 9. Reſpondēs
autem Doeg Idumæus, qui aſſiſtebat, & erat primus inter ſeruos
Saul, Vidi, inquit, filium Iſai in Nobe apud Achimelech filium A-
chitob ſacerdotem. 10. Qui conſuluit pro eo Dominum, & cibaria
dedit ei: ſed & gladium Goliath Philiſthæi dedit illi. 11. Miſit ergo rex
ad accerſendum Achimelech ſacerdotem filium Achitob, & omnē
domum patris eius, ſacerdotum, qui erant in Nobe, qui vniuerſi ve-
nerunt ad regem. 12. Et ait Saul ad Achimelech: Audi fili Achitob.
Qui reſpondit: Præſto ſum Domine. 13. Dixitque ad eum Saul: Qua-
re coniuraſtis aduerſum me, tu & filius Iſai, & dediſti ei panes & gla-
dium, & conſuluiſti pro eo Deum, vt conſurgeret aduerſum me, in-
ſidiator vſque hodie permanens? 14. Reſpondensque Achimelech
regi, ait: Et quis in omnibus ſeruis tuis, ſicut Dauid fidelis, & gener
regis, & pergens ad imperium tuum, & glorioſus in domo tua? 15.
Num hodie cœpi pro eo conſulere Deum? abſit hoc à me: ne ſuſpi-
cetur rex aduerſus ſeruum ſuum rem huiuſcemodi, in vniuerſa do-
mo patris mei: non enim ſciuit ſeruus tuus quidquam ſuper hoc ne-
gotio, vel modicum vel grande. 16. Dixitque rex: Morte morieris A-
chimelech, tu, & omnis domus patris tui. 17. Et ait rex emiſſariis, qui
circumſtabant eum: Conuertimini, & interficite ſacerdotes Domi-
ni: nam manus eorum cum Dauid eſt: ſcientes quod fugiſſet, & non
indicauerunt mihi. Noluerunt autem ſerui regis extendere manus
ſuas in ſacerdotes Domini. 18. Et ait rex ad Doeg: Conuertere tu, &
irrue in ſacerdotes. Conuerſusque Doeg Idumęus, irruit in ſacerdo-
tes, & trucidauit in die illa octogintaquinque viros veſtitos ephod
lineo. 19. Nobe autem ciuitatem ſacerdotum percuſſit in ore gladij,
viros & mulieres, & paruulos, & lactentes, bouemque & aſinum, &
ouem in ore gladij. 20. Euadens autem vnus filius Achimelech, filij
Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid, 21. & annun-
ciauit ei quod occidiſſet Saul ſacerdotes Domini. 22. Et ait Dauid ad
Abiathar: Sciebã in die illa, quod cum ibi eſſet Doeg Idumæus, pro-
culdubio annunciaret Saul: ego ſum reus omnium animarum patris
tui. 23. Mane mecum, ne timeas: ſi quis quæſierit animam meam,
quæret & animam tuam, mecumque ſeruaberis.

COMMENTARIVS.

FVgit è Palæſthina in ſpeluncam, quæ ad vrbem Odollam erat, inquit Ioſe-
phus, eoque quibus periculi à Saule aliquid erat, concurrerunt. Primo. pa-
ter & mater, v. 3. Secundo. fratres & propinqui alij. Tertio. Obærati: non vt
à creditoribus eos defenderet Dauid, ſed vt eorum opera vteretur, ipſosq; ſuo
tempore iuuaret 2. Reg. 2. & 15. Omnes fuêre 400. quibus 200. poſtmodum ac-
ceſſerũt, c. 23. v. 13. vt ex 1. Paral. c. 12. patet. Huc verò pſalmus 62. pertinet. Hinc
porrò fugit Maſpham, nõ illam, de qua c. 7, ſed Moabiticam, v. 3. Inde in Iudææ

ſiluam redijt, Hareth nomine, v.5. Atque hic refertur nefaria Sacerdotum cædes, verſ.6. qui numero erant 85. hebr. Chald. latinè. non vt apud 70 305. apud Theodor. q.53. 350. multo minus 70. apud Granatenſem concione ſecunda, de S. Matthia. Veſtiti ſeu humeros tecti ephode fuerunt, non pontificali, ſed lineo, de quo ſuprà cap. 2. Vnus tamen fuga elapſus eſt, Achimelechi filius Abiathar, v.20. qui princeps Sacerdotum apud Dauidem deinceps fuit, & quidem l.2. vnà cum Sadoc, ſed l.3. cap.2. Pontificatu deiectus fuit. hic expleta eorum magna pars, quæ Heli prędicta fuerant, cap.3. hi enim omnes ex Ithamare fuerant Sacerdotes. Alij ex Eleazaro ſuperſtites manſerunt. S. Bachiarius t.1. Biblioth. ſacr. non dubitat in martyrum eos numerum referre, qui ab impio Rege pro innocenti Dauide occiſi ſunt.

Deteſtandus verò Saulis ipſius in eos, eorum vrbem, vxores, & liberos etiam paruulos & lactentes, armenta & greges omnes, furor, quaſi anathema forent, qui Agago tamen exècrabili pepercerat, cap. 15. Hæc inquit Theodor. q.53. & Cedrenus, Saulis cædes, fuit omnibus aliis eius peccatis magis impia. Vnde & Ioſephus lib. 6. cap. vlt. inter Saulis mortis cauſas hanc etiam reponit & copioſè Auth. Trad. l.2. Reg. c.1. & Iſid. Peluſiot. ep. 388.

Contra verò admiranda ſeruorum ipſius virtus, qui v.17 noluerunt extendere manus ſuas in Sacerdotes Domini, etiamſi Regi, vt fit, alias placere omnes vellent, ab eoque iamiam contra Dauidem incenſi eſſent, & ipſe præſens valdè ſeriò inſtaret. Angelomus in l.2. c.21. tradit duos Saulis filios paruulos Armoni, & Miphiboſeth ex Reſpha concubina cum Doëgo manus illis attuliſſe, ideoque etiam propterea à Gabaonitis crucifixos.

Dauid verò v.22. ſciebat Doëgum Sauli annunciaturum, id eſt, ſuſpicabatur, nec tamen ſciebat, an iraſciturus eſſet Saul, & quidem ſacerdotibus. Ipſorum tamen animarum vocat ſe reum, ſeu græcè cauſam, quia propter ipſum occiſi erant.

CAPVT XXIII.

1. ET annunciauerunt Dauid, dicentes: Ecce Philiſthijm
oppugnant Ceilam, & diripiunt areas. 2. Conſuluit er-
go Dauid Dominum, dicens: Num vadam, & percuti-
am Philiſthæos iſtos? Et ait Dominus ad Dauid: Vade,
& percuties Philiſtæos, & Ceilam ſaluabis. 3. Et dixerunt viri, qui e-
rant cum Dauid, ad eum: Ecce nos hîc in Iudæa conſiſtentes time-
mus: quanto magis ſi ierimus in Ceilam aduerſum agmina Philiſthi-
norum? 4. Rurſum ergo Dauid conſuluit Dominum. Qui reſpondēs,
ait ei: Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philiſthæos in ma-
nu tua. 5. Abijt ergo Dauid & viri eius in Ceilā, & pugnauit aduerſum
Philiſthæos, & abegit iumenta eorum, & percuſsit eos plaga magna:
& ſaluauit Dauid habitatores Ceilæ. 6. Porro eo tēpore, quo fugiebat
Abiathar filius Achimelech ad Dauid in Ceilam, ephod ſecū habens
deſcenderat. 7. Nunciatum eſt autem Sauli quod veniſſet Dauid in
Ceilam: & ait Saul: Tradidit eum Deus in manus meas, concluſuſ-
que eſt introgreſſus vrbem in qua portæ & ſeræ ſunt. 8. Et præcepit
Saul omni populo vt ad pugnam deſcenderet in Ceilam: & obſideret
Dauid, & viros eius. 9. Quod cùm Dauid reſciſſet, quia præpararet ei
Saul clàm malum, dixit ad Abiathar ſacerdotem: Applica ephod.

 10. Et

10. Et ait Dauid: Domine Deus Iſrael, audiuit famam ſeruus tuus,
quod diſponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbem propter me:
11. Si tradent me viri Ceilæ in manus eius? & ſi deſcendet Saul, ſicut
audiuit ſeruus tuus: Domine Deus Iſrael indica ſeruo tuo. & ait Do-
minus. 12. Deſcendet. Dixitque Dauid: Si tradent me viri Ceilæ,&
viros qui ſunt mecum, in manus Saul? Et dixit Dominus: Tradent.
13. Surrexit ergo Dauid & viri eius quaſi ſexcenti, & egreſsi de Ceila,
huc atque illuc vagabantur incerti: nunciatumq; eſt Sauli quod fu-
giſſet Dauid de Ceila,& ſaluatus eſſet:quam ob rem diſsimulauit exi-
re. 14. Morabatur autem Dauid in deſerto in locis firmiſsimis,man-
ſitque in monte ſolitudinis Ziph,in monte opaco: quærebat eum ta-
men Saul cunctis diebus: & non tradidit eum Deus in manus eius.
15. Et vidit Dauid quod egreſſus eſſet Saul vt quæreret animam eius.
Porro Dauid erat in deſerto Ziph in ſilua. 16. Et ſurrexit Ionathas fi-
lius Saul, & abijt ad Dauid in ſiluam, & confortauit manus eius in
Deo: dixitque ei: 17. Ne timeas: neque enim inueniet te manus Saul
patris mei, & tu regnabis ſuper Iſrael, & ego ero tibi ſecundus, ſed &
Saul pater meus ſcit hoc. 18. Percuſsit ergo vterq; fœdus coram Do-
mino: manſitque Dauid in ſilua: Ionathas autem reuerſus eſt in do-
mum ſuam. 19. Aſcenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa,dicen-
tes: Nonne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutiſsimis ſiluæ, in
Colle Hachila,quæ eſt ad dexteram deſerti? 20. Nunc ergo,ſicut de-
ſiderauit anima tua vt deſcenderes, deſcende: noſtrum autem erit vt
tradamus eum in manus regis. 21. Dixitq; Saul: Benedicti vos à Do-
mino,quia doluiſtis vicem meam. 22. Abite ergo,oro,& diligentiùs
præparate,& curioſiùs agite, & conſiderate locum vbi ſit pes eius,vel
quis viderit eum ibi, recogitat enim de me, quod callidè inſidier ei.
23. Conſiderate & videte omnia latibula eius, in quibus abſconditur:
& reuertimini ad me ad rẽ certam,vt vadam vobiſcum.quod ſi etiam
in terram ſe abſtruſerit, perſcrutabor eum in cunctis millibus Iuda.
24. At illi ſurgentes abierunt in Ziph ante Saul: Dauid autem & viri
eius erant in deſerto Maon; in campeſtribus ad dexteram Ieſimon.
25. Iuit ergo Saul & ſocij eius ad quærendum eum: & nunciatum eſt
Dauid: ſtatimq; deſcendit ad petram,& verſabatur in deſerto Maon.
quod cùm audiſſet Saul,perſecutus eſt Dauid in deſerto Maon. 26. Et
ibat Saul ad latus montis ex parte vna: Dauid autem & viri eius erant
in latere montis ex parte altera: porro Dauid deſperabat ſe poſſe e-
uadere à facie Saul: itaque Saul & viri eius in modum coronæ cinge-
bant Dauid, & viros eius, vt caperent eos. 27. Et nuncius venit ad
Saul,dicens: Feſtina, & veni, quoniam infuderunt ſe Philiſthijm ſu-
per terram. 28. Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtens perſequi Dauid, &
perrexit in occurſum Philiſthinorum. propter hoc vocauerunt lo-
cum illum,Petram diuidentem.

CAPVT

CAPVT XXIV.

1. ASCendit ergo Dauid inde: & habitauit in locis tutiſsimis
Engaddi. 2. Cumq; reuerſus eſſet Saul, poſtquam perſecu-
tus eſt Philiſthæos, nunciauerunt ei, dicentes: Ecce Da-
uid in deſerto eſt Engaddi. 3. Aſſumens ergo Saul tria mil-
lia electorum virorum ex omni Iſrael, perrexit ad inueſtigãdum Da-
uid & viros eius, etiam ſuper abruptiſsimas petras, quæ ſolis ibicibus
peruiæ ſunt. 4. Et venit ad caulas ouium, quæ ſe offerebant vianti. e-
ratq; ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saul, vt purgaret ventrem: por-
ro Dauid & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant. 5. Et dixe-
runt ſerui Dauid ad eum: Ecce dies, de qua locutus eſt Dominus ad
te: Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei ſicut placuerit in o-
culis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præcidit oram chlamydis Saul ſi-
lenter. 6. Poſt hæc percuſsit cor ſuum Dauid, eo quod abſcidiſſet orã
chlamydis Saul. 7. Dixitq; ad viros ſuos: Propitius ſit mihi Domi-
nus, ne faciam hanc rem Domino meo, Chriſto Domini, vt mittam
manum meam in eum, quia Chriſtus Domini eſt. 8. Et confregit Da-
uid viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos vt conſurgerent in
Saul: porro Saul exurgens de ſpelunca, pergebat cœpto itinere. 9.
Surrexit autem & Dauid poſt eum: & egreſſus de ſpelunca, clamauit
poſt tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et reſpexit Saul poſt ſe:
& inclinans ſe Dauid pronus in terram, adorauit, 10. dixitq; ad Saul:
Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum ad-
uerſum te? 11. Ecce hodie viderunt oculi tui quod tradiderit te Do-
minus in manu mea in ſpelunca: & cogitaui vt occiderem te, ſed pe-
percit tibi oculus meus. dixi enim: Non extendam manum meam in
Dominum meum, quia Chriſtus Domini eſt. 12. Quin potiùs pater
mi, vide, & cognoſce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam
cum præſcinderem ſummitatem chlamydis tuæ, nolui extendere
manum meam in te. animaduerte, & vide, quoniam non eſt in manu
mea malum, neq; iniquitas, neq; peccaui in te: tu autem inſidiaris a-
nimæ meæ vt auferas eam. 13. Iudicet Dominus inter me & te, & vl-
ciſcatur me Dominus ex te: manus autem mea non ſit in te. 14. Sicut
& in prouerbio antiquo dicitur: Ab impijs egredietur impietas: ma-
nus ergo mea non ſit in te. 15. Quem perſequeris, rex Iſrael? quem
perſequeris? canem mortuum perſequeris, & pulicem vnum. 16.
Sit Dominus iudex, & iudicet inter me & te, & videat, & iu-
dicet cauſam meam, & eruat me de manu tua. 17. Cùm au-
tem compleſſet Dauid loquens ſermones huiuſcemodi ad Saul,
dixit Saul: Numquid vox hæc tua eſt fili mi Dauid? Et leuauit
Saul vocem ſuam, & fleuit: 18. dixitq; ad Dauid: Iuſtior tu es quam
ego: tu enim tribuiſti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala. 19. Et
tu indicaſti hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me

Dominus in manum tuam, & non occideris me. 20. Quis enim cùm
inuenerit inimicum ſuum, dimittet eum in via bona? Sed Dominus
reddat tibi viciſsitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me.
21. Et nunc quia ſcio quod certiſsimè regnaturus ſis, & habiturus in
manu tua regnum Iſrael: 22. iura mihi in Domino, ne deleas ſemen
meum poſt me, neq; auferas nomen meum de domo patris mei. 23. Et
iurauit Dauid Sauli. Abijt ergo Saul in domum ſuam: & Dauid, &
viri eius aſcenderunt ad tutiora loca.

CAPVT XXV.

1. MOrtuus eſt autem Samuel, & congregatus eſt vniuerſus
Iſrael, & planxerunt eum, & ſepelierunt eum in domo
ſua in Ramatha. Conſurgenſque Dauid deſcendit in de-
ſertum Pharan. 2. Erat autem vir quiſpiam in ſolitudine
Maon, & poſſeſsio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erât-
que ei oues tria millia, & mille capræ: & accidit vt tonderetur grex e-
ius in Carmelo. 3. Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen vxo-
ris eius Abigail. eratq; mulier illa prudentiſsima & ſpecioſa: porro vir
eius durus, & peſsimus, & malitioſus: erat autem de genere Caleb. 4.
Cùm ergo audiſſet Dauid in deſerto quod tonderet Nabal gregem
ſuum, 5. miſit decem iuuenes, & dixit eis: Aſcendite in Carmelum, &
venietis ad Nabal, & ſalutabitis eum ex nomine meo pacificè. 6. Et
dicetis: ſit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus,
quæcumq; habes ſit pax. 7. Audiui quod tonderent paſtores tui, qui
erant nobiſcum in deſerto: numquam eis moleſti fuimus, nec aliquã-
do defuit quidquam eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiſ-
cum in Carmelo. 8. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc
ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona ve-
nimus. quodcumque inuenerit manus tua, da ſeruis tuis, & filio tuo
Dauid. 9. Cumq; veniſſent pueri Dauid, locuti ſunt ad Nabal omnia
verba hæc ex nomine Dauid: & ſiluerunt. 10. Reſpondens autem Na-
bal pueris Dauid, ait: Quis eſt Dauid? & quis eſt filius Iſai? hodie in-
creuerunt ſerui qui fugiunt dominos ſuos. 11. Tollam ergo panes me-
os, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonſoribus meis, &
dabo viris quos neſcio vnde ſint? 12. Regreſsi ſunt itaq; pueri Dauid
per viam ſuam, & reuerſi venerunt, & nunciauerunt ei omnia verba
quæ dixerat. 13. Tunc ait Dauid pueris ſuis: Accingatur vnuſquiſq;
gladio ſuo. Et accincti ſunt ſinguli gladijs ſuis, accinctuſq; eſt & Da-
uid enſe ſuo: & ſecuti ſunt Dauid quaſi quadringenti viri: porro du-
centi remanſerunt ad ſarcinas. 14. Abigail autem vxori Nabal nun-
ciauit vnus de pueris ſuis, dicens: Ecce Dauid miſit nuncios de deſer-
to, vt benedicerent Domino noſtro: & auerſatus eſt eos. 15. homi-
nes iſti, boni ſatisfuerunt nobis, & nõ moleſti: nec quidquam aliquã-

do perijt omni tẽpore, quo fuimus conuerſati cũ eis in deſerto: 16. pro
muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus
pauimus apud eos greges. 17. Quã ob rem conſidera, & recogita quid
facias: quoniam completa eſt malitia aduerſum virũ tuum, & aduer-
ſum domum tuam, & ipſe eſt filius Belial, ita vt nemo poſsit ei loqui.
18. Feſtinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vi-
ni, & quinq; arietes coctos, & quinq; ſata polentæ, & centum ligatu-
ras vuæ paſſæ, & ducentas maſſas caricarum, & poſuit ſuper aſinos:
19. dixitque pueris ſuis: præcedite me: ecce, ego poſt tergum ſequar
vos: viro autem ſuo Nabal non indicauit. 20. Cum ergo aſcendiſſet
aſinum, & deſcenderet ad radices montis, Dauid & viri eius deſcen-
debant in occurſum eius: quibus & illa occurrit. 21. Et ait Dauid:
Verè fruſtra ſeruaui omnia quæ huius erant in deſerto, & non perijt
quidquam de cunctis quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi ma-
lum pro bono. 22. Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, ſi
reliquero de omnibus quæ ad ipſum pertinent vſq; mane, mingẽtem
ad parietem. 23. Cum autẽ vidiſſet Abigail Dauid, feſtinauit, & deſcẽ-
dit de aſino, & procidit coram Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit
ſuper terram, 24. & cecidit ad pedes eius, & dixit: In me ſit, Domine
mi, hæc iniquitas: loquatur, obſecro, ancilla tua in auribus tuis: & au-
di verba famulæ tuæ. 25. Ne ponat, oro, Dominus meus rex cor ſuum
ſuper virum iſtum iniquum Nabal: quoniam ſecundum nomẽ ſuum
ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo, ego autem ancilla tua nõ vidi pueros
tuos, Domine mi quos miſiſti. 26. Nunc ergo Domine mi, viuit Dñs,
& viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in ſanguinẽ, & ſaluauit
manum tuam tibi: & nunc fiant ſicut Nabal inimici tui, & qui quærũt
Dño meo malum. 27. Quapropter ſuſcipe benedictionẽ hanc, quam
attulit ancilla tua tibi Dño meo: & da pueris qui ſequuntur te Domi-
num meum. 28. Aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciens n. faciet Do-
minus tibi Dño meo domum fidelem, quia prælia Domini, Domine
mi, tu præliaris: malitia ergo non inueniatur in te omnibus dieb. vitæ
tuæ. 29. Si n. ſurrexerit aliquando homo perſequens te, & quærens a-
nimã tuam, erit anima Domini mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuẽ-
tium, apud Dñm Deum tuum: porro inimicorum tuorũ anima ro-
tabitur, quaſi in impetu & circulo fundæ. 30. Cũ ergo fecerit Domi-
nus tibi Domino meo omnia quæ locutus eſt bona de te, & conſtitue-
rit te ducem ſuper Iſrael, 31. nõ erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupu-
lum cordis Domino meo, quod effuderis ſanguinem innoxium, aut
ipſe te vltus fueris: & cũ benefecerit Dominus Dño meo, recordabe-
ris ancillæ tuæ. 32. Et ait Dauid ad Abigail: Benedictus Dominus
Deus Iſrael, qui miſit hodie te in occurſum meum, & benedictum e-
loquium tuum, 33. & benedicta tu, quę prohibuiſti me hodie ne irẽ ad
ſanguinem, & vlciſcerer me manu mea. 34. Alioquin viuit Dominus
Deus

Deus Iſrael qui prohibuit me ne malum facerem tibi: niſi cito veniſ-
ſes in occurſum mihi, non remanſiſſet Nabal vſque ad lucem matuti-
nam, mingens ad parietem. 35. Suſcepit ergo Dauid de manu eius o-
mnia quæ attulerat ei, dixitq; ei: Vade pacificè in domum tuam, ecce
audiui vocem tuam, & honoraui faciem tuam. 36. Venit autem Abi-
gail ad Nabal: & ecce erat ei conuiuium in domo eius, quaſi conuiui-
um regis, & cor Nabal iucundum: erat enim ebrius nimis: & non in-
dicauit ei verbum puſillum aut grande vſq; mane. 37. Diluculo autẽ
cùm digeſſiſſet vinũ Nabal, indicauit ei vxor ſua verba hæc, & emor-
tuum eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis. 38. Cumque per-
tranſiſſent decem dies, percuſsit Dominus Nabal, & mortuus eſt. 39.
Quod cùm audiſſet Dauid mortuum Nabal, ait: Benedictus Domi-
nus, qui iudicauit cauſam opprobrij mei de manu Nabal, & ſeruum
ſuum cuſtodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit Dominus in ca-
put eius. Miſit ergo Dauid, & locutus eſt ad Abigail, vt ſumeret eam
ſibi in vxorem. 40. Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelũ,
& locuti ſunt ad eam, dicentes: Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſi-
bi in vxorem. 41. Quæ conſurgens adorauit prona in terram, & ait:
Ecce famula tua ſit in ancillã, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei.
42. Et feſtinauit, & ſurrexit Abigail, & aſcendit ſuper aſinum, & quin-
que puellæ ierunt cum ea, pediſſequæ eius, & ſecuta eſt nuncios Da-
uid: & facta eſt illi vxor. 43. Sed & Achinoam accepit Dauid de Iez-
rael: & fuit vtraq; vxor eius. 44. Saul autem dedit Michol filiam ſu-
am vxorem Dauid Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

COMMENTARIVS.

INterrogato bis per Sacerdotem Domino, Ceilam liberatum iuit, & bis rurſum eodem interrogato, ex ea liberata propter Saul aufugit in varia Iudææ deſerta & montes, de quibus D. Ambroſ. lib. de Iſaac cap. *3.* primò, in Ziph, quo ſpectat pſal 53. deinde in Maonem, v 24 tertiò, Engaddi, c. *24.* v. 1. pſal. 57. tit. de Dauide in ſpelunca, & ibid. v. *4.* ait Chaldæus. Deus præcepit araneæ, vt conficeret in ore ſpeluncæ telam, ad defenſionem meam, ſcil. vt in vita *S.* Felicis V. Beda, & S. Paulinus, è quo ille verſus illos citat: *fiet aranea murus* &c.

Hic verò *S*aulis ventrem exonerantis occidendi ſumma occaſio fuit, v. 4. Ei tamen pepercit Dauid, cum alij ſermonem Domini v. 5. vrgerent quem dixiſſet Nathan Propheta, vt putat Abul. vel potius *S*amuel c. 19. aut Gad c. *22.* *S*epoſuerat *S*aul chlamydem, & ſtrepitum greſſu non faciente incedebat Dauid, licet diuinitus ipſi leuitatem, Sauli ſurditatem inditam velit Abulenſis, & Rabini neſcio quid de inſanis & muſcis & araneis nugentur. Hinc multa valde vtilia notant D. Gregor. p. *3.* paſtor. adm 5. & l. *12.* Epiſt. c. 31. Ambroſ. ſerm. 14. in pſal. *118.* Theod. q. 56. *S.* Chryſoſt. hom. de Dauid & Saule: & quod Antigono ſuus, vt ipſe apud Plutarchum aiebat; Laſanophorus inculcabat, hoc principibus omnibus iſta Saulis ſpelunca ingerit. Videatur pſal. *56.* & ſi libeat Herodianus p. 310. t. 2. hiſt. Aug. vbi iſtud ad opus in via etiam ſeceſſiſſe narrat Antoninum Imper. & in eo ipſo fœdè miſereque à Martiale quodam obtruncatum. quartò, fugit in Pharan, cap. 25. verſ. *2.* vbi tamen 70. Maon legunt. an in Arabiam fugerit, ibique habitarit Dauid? aſſeri videtur pſalmo *119.* Hei mihi quia incola-

incolatus meus &c. habitaui (peregrinatus ſum) cum habitantibus Cedar &c. ſed Iunius illic vult illud cum eſſe pro ſicut. peregrinatus ſum ſicut ſcenitæ Kedareni, vti hos vocat Lampridius, aut Kedræi vt Plinius in Arab. Petræa. ſumi verò interdum cum pro ſicut, probat ex Iob 3. v. 13. pſ. 142. v. 7. & 14.

Hoc tempore mortuus eſt Samuel, cuius oſſa Conſtantinopolim translata ſunt, anno 406. de qua re contra Vigilantium, quaſi contra noſtros hæreticos, ita D. Hieronymus; *Sacrilegus dicendus eſt nunc Auguſtus Arcadius, qui oſſa B. Samuelis longo poſt tempore de Iudæa tranſtulit Thraciam? omnes Epiſcopi non ſolum ſacrilegi, ſed & fatui iudicandi, qui rem viliſſimam & diſſolutos cineres in ſerico & vaſe aureo portauerunt? Stulti omnium Eccleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquiis, & tanta lætitia ſunt iocundati, quaſi præſentem viuentemque prophetam cernerent atque ſuſciperent, vt de Palęſthina vſque ad Chalcedonem, iungerentur populorum examina, & in Chriſti laude vna voce reſonarent? Hæc ille.*

Ei templum in *Silo fuiſſe* olim narrat Beniamin, cũ antea in ſynagoga Iudæorum Ramathæ corpus eius quieuiſſet. Fuit & poſtea aliud Conſtantinopoli, de quo Procop. l. 2. de ædificiis Iuſtiniani. Theodorus Lector l. 2, ait: tempore Arcadij allatæ ſunt Conſtantinopolim reliquiæ S. Samuelis, & in prophetico ipſius loco iuxta hebdomam collocatę. hunc locum à Balduino Hieroſolymorum Rege ſibi donatum, ſed eum ſe vltrò Præmonſtratéſibus ceſſiſſe narrat D. Bernardus ep. 252. de primo eius ſepulcro habes mentionem apud D. Radziuilium f. 127. Hæc mors repetitur infra, c. 28. qa ſubiungenda erat eius excitatio, vti notat Theod. q. 61. A. T. De cauſa, quã ibidẽ attexit gloſſa germanica, dicetur ibid.

Quinto, Redijt in Maon cap. 25. verſic. 2. cui vicina vrbs Carmelus, non mons, vti notat Hier. Hîc habitabat Nabal qui à ſtultitia nomẽ accepit, & eum non propter ingratitudinem, ſed propter indigniſſima cõuitia & contumelias iuſtè voluit Dauid interficere, vt Theodor. q. 57. licet paulo vehementius exarſiſſe videatur, quam res omninò poſtularet, ita vt peccati reus fuiſſet Dauid, ſi interemiſſet, vt ſignificatur, v. 31. quem explicat A. T. ne lachrymis cædem illã expiare deberet Dauid. Theodor. q. 58. ne conſcientiæ ſtimulus ipſum pungeret. ſed Arboreus l. 4. The. c. 17. ait Dauidem peccaſſe quod temere iurarit. ex Magiſtro ſent. 3. d. 39. vide D. Aug. ſ. 2. in decoll. S Baptiſtæ, & l. contra mend. c. 9. de veterum iuramentis & execrationibus lege Briſſonium l. 4. & 5. Formul. & quæ in c. 2. Ioſuæ notaui.

Faſciculus viuentium, v. 29. eſt cætus & quaſi concilium beatorum, ſeu Dei amicorum, de quo Amos 9 Sed notat hîc Munſterus hæreticus, ſicuti & Deuteron. 14. aliquid, quod perantiquum pro defunctis precum vſum oſtendit. Per faſciculum, inquit, viuentium intelligunt Hebræi ſolium maieſtatis, ſub quo aiunt iuſtorum animas in ſęculo alio quieſcere. Hinc etiam eſt, vt in tumbis ſuis paſſim inſculpant hanc ſententiam; Anima eius ſit in faſciculo viuentium; ſicuti, requieſcat anima eius, &c. de quib. liber qui inſcribitur Precationes Iudæorum pro defunctis dictus, quem vertit Genebrardus. vide plura de hiſtoriis iſtis apud Ambr. de iracundia reprimẽda. c. 21. l. 1. offic. & c. 5. l. 3. officiorũ, in pſ. 118. ſerm. 14. Pineda Iob c. 14. v. 13. n. 1. faſc. viu. in quo Deus, quorum vitam conſeruat, & protegit, colligatos habet, ne quis pereat, &c.

CAPVT XXVI.

1. ET venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce, Dauid abſconditus eſt in colle Hachila, quæ eſt ex aduerſo ſolitudinis. 2. Et ſurrexit Saul, & deſcẽdit in deſertũ Ziph, & cum eo tria millia virorũ de electis Iſrael, vt quæreret Dauid in deſerto Ziph. 3. Et caſtrametatus eſt Saul in Gabaa Hachila, quæ erat ex

aduerſo ſolitudinis in via: Dauid aũt habitabat in deſerto. Videns aũt quod veniſſet Saul poſt ſe in deſertũ, 4. miſit exploratores, & didicit ꝙ illuc veniſſet certiſsimè. 5. Et ſurrexit Dauid clàm, & venit ad locũ vbi erat Saul: cumq; vidiſſet locum, in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ eius, & Saulem dormientem in ten torio, & reliquum vulgus per circuitum eius, 6. ait Dauid ad Achimelech Hethæum, & Abiſai filium Saruię, fratrem Ioab, dicens: Quis deſcendet mecum ad Saul in caſtra? Dixitq; Abiſai: Ego deſcendam tecum. 7. Venerunt ergo Dauid, & Abiſai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput eius: Abner aũt & populum dormientes in circuitu eius. 8. Dixitq; Abiſai ad Dauid: Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra, ſemel, & ſecundò opus non erit. 9. Et dixit Dauid ad Abiſai: Ne interficias eum: quis enim extendet manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocens erit? 10. Et dixit Dauid: Viuit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium deſcendens perierit: 11. propitius ſit mihi Dominus ne extendam manum meam in Chriſtum Dñi. nunc igitur tolle haſtam, quæ eſt ad caput eius, & ſcyphum aquæ, & abeamus. 12. Tulit igitur Dauid haſtam, & ſcyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt: & nõ erat quiſq̃, qui videret, & intelligeret, & euigilaret, ſed oẽs dormiebant, quia ſopor Dñi irruerat ſuper eos. 13. Cumq; tranſiſſet Dauid ex aduerſo, & ſtetiſſet in vertice montis de longè, & eſſet grande interuallum inter eos, 14. clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens: Nõne reſpondebis Abner? Et reſpondens Abner, ait: Quis es tu, qui clamas, & inquietas regem? 15. Et ait Dauid ad Abner: nunquid non vir tu es? & quis alius ſimilis tui in Iſrael? quare ergo non cuſtodiſti Dñm tuum regem? ingreſſus eſt n. vnus de turba vt interficeret regem, Dominũ tuum. 16. Non eſt bonum hoc, quod feciſti: viuit Dominus, quoniam filij mortis eſtis vos, qui non cuſtodiſtis Dominum veſtrũ, Chriſtum Domini. nunc ergo vide vbi ſit haſta regis, & vbi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput eius. 17. Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit: Numquid vox hæc tua, fili mi Dauid? & ait Dauid: Vox mea, Domine mi rex. 18. Et ait: Quã ob cauſam Dominus meus perſequitur ſeruum ſuum? Quid feci? aut quod eſt malum in manu mea? 19. Nunc ergo audi, oro, Dñe mi rex, verba ſerui tui: Si Dñs incitat te aduerſum me, odoretur ſacrificium: ſi autem filij hominum, maledicti ſunt in conſpectu Domini: qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hereditate Domini, dicentes: Vade, ſerui dijs alienis. 20. Et nunc nõ effundatur ſanguis meus in terram corã Dño: quia egreſſus eſt rex Iſrael vt quærat pulicem vnũ, ſicut perſequitur perdix in montibus. 21. Et ait Saul: Peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltra tibi male-

malefaciam, eo ꝙ pretioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: ap-
paret enim quod ſtulte egerim, & ignorauerim multa nimis. 22. Et
reſpondens Dauid, ait: Ecce haſta regis: tranſeat vnus de pueris re-
gis, & tollat eam. 23. Dominus autem retribuet vnicuique ſecundùm
iuſtitiam ſuam, & fidem: tradidit enim te Dominus hodie in manum
meam, & nolui extendere manum meam in Chriſtum Domini. 24.
Et ſicut magnificata eſt anima tua hodie in oculis meis, ſic magnifi-
cetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni àngustia.
25. Ait ergo Saul ad Dauid: Benedictus tu fili mi Dauid: & quidem
faciens facies, & potens poteris. Abijt autem Dauid in viam ſuam, &
Saul reuerſus eſt in locum ſuum.

COMMENTARIVS.

SAul filiam ſuam Michol à Dauide inuito inuitam abſtraxit, & viro alteri dedit, de quo *2*. Reg. cap. *3*. *S*ed *D*auid duas alias duxit, de quibus epiſt. *13*: Ambroſ.

Sopor *D*omini, cap. *26*. vocatur ſomnus admodum profundus, vt Geneſ. *2*: Verba illa verſ. 19. eiecerunt me dicentes, Vade; non verbis, ſed factis dicta eſſe, aiunt Procop & Theodor. q. *60*.

Aquæ ſcyphus qui hic verſ. *12*. erat, videtur *S*ebaſtiano Caſtellioni in dial. fuiſſe ad vrinam. ideoque matellam vocat, & ferè Caluinorũ Gallica Biblia. aqua pro vrina honeſte dicitur, ait, Mart. de Roa. lib *6*. ſing. cap. 7. & probat in Tib. lib. *4*. fol. 221. Scaliger. ab Hebræis quoque dicitur aqua pedum. vnde & Ouidius:

Scilicet obſtabit cuſtos ne ſcribere poſſis:
Sumendæ detur cum tibi potus aquæ.

*S*ed an ad caput matulæ ponuntur? cur non ad faciei elutionem? vel etiam ad potum? Stuckius lib. *1*. antiq conuiu. veriſimile (ait) Iudæorum potum in militia fuiſſe aquam, non vinum. vnde *1*. Sam. ſcyphus aquæ ad caput Saulis ſtetiſſe dicitur, non vini. vt hodiè ſæpenumero magni viri, noctu quoque ad lectum ſolent habere vini cantharos atque pocula ad potandum, & inexplebili illi ſuæ ſiti, quam ſibi aſſidua, immoderataque vini ingurgitatione compararunt, ſatiſfaciendum. An fortè aqua præſto erat ad lotionem, ſi qua pollutio incidiſſet? Clemens Alex. ext. ad Gent. ſemper (ait) à cubili lauantur *H*ebræi. & lib. *S*trom. *4*. cap. *7*. ſcribitur, *I*udæos etiam in lecto purgari, neque lectos cibarios accipit, de quibus Eu. de purgatione quæ aqua fit V. Lipſium Elect. 5. Potius ad noctis vigilias indicandas valuiſſe dixerim: cum apud Cæſarem & Vegetium l. *3*. eum ad finem in caſtris clepſydras legamus

CAPVT XXVII.

1. ET ait Dauid in corde ſuo: Aliquando incidam vna die
in manus Saul: nonne melius eſt vt fugiam, & ſaluer in
terra Philiſthinorũ, vt deſperet Saul, ceſſetq; me quære-
re in cunctis finibus Iſrael? fugiam ergo manus eius. 2. Et
ſurrexit Dauid, & abijt ipſe, & ſexcenti viri cũ eo, ad Achis filium Ma-
och regẽ Geth. 3. Et habitauit Dauid cũ Achis in Geth, ipſe & viri eius;
vir & domus eius; & Dauid, & duæ vxores eius, Achinoã Iezrahelitis,
& Abigail vxor Nabal Carmeli. 4. Et nunciatũ eſt Sauli ꝙ fugiſſet Da-
uid in Geth, & nõ addidit vltrà q̃rere eũ. 5. Dixit aũt Dauid ad Achis:

Si inueni gratiã in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbium regio-
nis huius, vt habitem ibi: cur n. manet ſeruus tuus in ciuitate regis te-
cum? 6. Dedit itaq; ei Achis in die illa Siceleg: propter quam cauſam
facta eſt Siceleg regum Iuda, vſq; in diem hanc. 7. Fuit autem nume-
rus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philiſthinorum, qua-
tuor menſium. 8. Et aſcendit Dauid, & viri eius, & agebant prædas de
Geſſuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim pagi habitabantur in
terra antiquitus, euntibus Sur vſq; ad Terram Aegypti. 9. Et percu-
tiebat Dauid omnem terram, nec relinquebat viuentem virũ & mu-
lierem: tollenſq; oues, & boues, & aſinos, & camelos, & veſtes, reuer-
tebatur, & veniebat ad Achis. 10. Dicebat autem ei Achis: In quem ir-
ruiſti hodie? Reſpondebat Dauid contra meridiem Iudæ, & contra
meridiem Ierameel, & contra meridiem Ceni. 11. Virum & mulierem
non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens: Ne forte lo-
quantur aduerſum nos: Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretum illi
omnibus dieb. quibus habitauit in regione Philiſthinorum. 12. Cre-
didit ergo Achis Dauid, dicens: Multa mala operatus eſt contra popu-
lum ſuum Iſrael: erit igitur mihi ſeruus ſempiternus.

COMMENTARIVS.

VLtimò ad Gethæorum Regem, de quo cap. *21.* refugit, & ab eo dono accepit *S*iceleg, ita vt deinceps fuerit proprietatis Regum Iudææ, verſ. *6.* licet abiens Dauid, libr. 2. cap. 1. eam Palæſthinis poſſidendam reliquerit; Non excuſatur porro Dauid verſ. 10. & ſeq. à mendacio, ſicuti neque ſuprà cap. *20.* ipſe & Ionathas, & cap. *21.* & infrà *28. 29.* Manſit hic menſes quatuor: ſed Hebræi dicunt; dies & menſes quatuor, id eſt, vt ait Rab. *S*alomon quatuor menſes & dies aliquot. Exiſtimat enim non niſi duos annos *S*aulis regnum duraſſe. At cap. *29.* verſ. *3* dicitur multis diebus vel annis, id eſt, inquit Vatabl. iam diebus, imò iam annis, quod tamen ad cognitionem ipſe & Rab. *S*alomon referri volunt, quaſi dicat, à multis eum annis cognoſco, vel tam noui, quam ſi multos annos mecum fuiſſet. Græci tamen ſimpliciter duos annos ibi fuiſſe tradunt, γέγονε μετ' ἐμοῦ ἤδη δεύτερον ἔτος.

PARS VLTIMA GESTORVM SAVLIS.
De morte ipſius.

CAPVT XXVIII.

1. FActum eſt aũt in diebus illis, congregauerunt Philiſthijm
agmina ſua, vt prępararentur ad bellum contra Iſrael: di-
xitq; Achis ad Dauid: Sciens nunc ſcito, quoniam mecũ
egedieris in caſtris tu, & viri tui. 2. Dixitque Dauid ad Achis: Nunc
ſcies quæ facturus eſt ſeruus tuus. Et ait Achis ad Dauid: Et ego cuſto-
dem capitis mei ponam te cunctis diebus. 3. Samuel aũt mortuus eſt,
planxitque eum omnis Iſrael, & ſepelierunt eum in Ramatha vrbe
ſua.

ſua. Et Saul abſtulit magos,& hariolos de terra. 4. Congregatiq; ſunt
Philiſthijm, & venerunt, & caſtrametati ſunt in Sunam: congrega-
uit autem & Saul vniuerſum Iſrael, & venit in Gelboe. 5. Et vidit Saul
caſtra Philiſthijm,& timuit, & expauit cor eius nimis. 6. Conſuluitq;
Dominum, & non reſpondit ei neq; per ſomnia, neq; per ſacerdotes,
neque per prophetas. 7. Dixitque Saul ſeruis ſuis: Quærite mihi mu-
lierem habentem pythonem,& vadam ad eam,& ſciſcitabor per illā.
Et dixerunt ſerui eius ad eum: Eſt mulier pythonē habens in Endor.
8. Mutauit ergo habitum ſuum: veſtituſq; eſt alijs veſtimentis,& abijt
ipſe, & duo viri cum eo, veneruntq; ad mulierem nocte,& ait illi: Di-
uina mihi in pythone,& ſuſcita mihi quem dixero tibi. 9. Et ait mu-
lier ad eum: Ecce, tu noſti quanta fecerit Saul, & quo modo eraſerit
magos & hariolos de terra: quare ergo inſidiaris animæ meæ, vt oc-
cidar? 10. Et iurauit ei Saul in Domino, dicens: Viuit Dominus, quia
non eueniet tibi quidquam mali propter hanc rem 11. Dixitq; ei mu-
lier: Quem ſuſcitabo tibi? Qui ait: Samuelem mihi ſuſcita. 12. Cùm
autem vidiſſet mulier Samuelem, exclamauit voce magna,& dixit ad
Saul: Quare impoſuiſti mihi? Tu es enim Saul. 13. Dixitq; ei rex: Noli
timere: quid vidiſti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi aſcendentes de
terra. 14. Dixitq; ei: Qualis eſt forma eius? Quæ ait: Vir ſenex aſcen-
dit, & ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit Saul quod Samuel eſſet, &
inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra,& adorauit. 15. Dixit autē Sa-
muel ad Saul: Quare inquietaſti me vt ſuſcitarer? Et ait Saul: Coar-
ctor nimis: ſiquidem Philiſthijm pugnant aduerſum me, & Deus re-
ceſsit à me, & exaudire me noluit, neq; in manu prophetarum, neque
per ſomnia. vocaui ergo te, vt oſtenderes mihi quid faciam. 16. Et ait
Samuel: Quid interrogas me, cùm Dominus receſſerit à te,& tranſie-
rit ad æmulum tuum? 17. Faciet enim tibi Dominus ſicut locutus eſt
in manu mea, & ſcindet regnū tuum de manu tua, & dabit illud pro-
ximo tuo Dauid: 18. quia non obediſti voci Domini, neq; feciſti iram
furoris eius in Amalec. idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus ho-
die. 19. Et dabit Dominus etiam Iſrael tecum in manus Philiſthijm:
cras autem tu & filij tui mecum eritis: ſed & caſtra Iſrael tradet Do-
minus in manus Philiſthijm. 20. Statimq; Saul cecidit porrectus in
terram: extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo,
quia nō comederat panem tota die illa. 21. Ingreſſa eſt itaq; mulier il-
la ad Saul, (conturbatus enim erat valde) dixitq; ad eum: Ecce obedi-
uit ancilla tua voci tuę,& poſui animam meam in manu mea:& audi-
ui ſermones tuos, quos locutus es ad me. 22. Nūc igitur audi & tu vo-
cem ancillæ tuæ,& ponā coram te buccellam panis, vt comedens cō-
ualeſcas,& poſsis iter agere. 23. Qui renuit,& ait: Nō comedam. Coē-
gerunt autem eum ſerui ſui & mulier, & tandem audita voce eorum
ſurrexit de terra,& ſedit ſuper lectum. 24. Mulier autem illa habebat

vitulum paſcualem in domo, & feſtinauit, & occidit eum: tollenſque
farinam, miſcuit eam, & coxit azyma, 25. & poſuit ante Saul & ante
ſeruos eius. Qui cùm comediſſent, ſurrexerunt, & ambulauerunt per
totam noctam illam.

CAPVT XXIX.

1. COngregata ſunt ergo Philiſthijm vniuerſa agmina in A-
phec: ſed & Iſrael caſtrametatus eſt ſuper fontem, qui e-
rat in Iezrael. 2. Et ſatrapæ quidem Philiſthijm incedebãt
in centurijs & millibus: Dauid autem & viri eius erant in
nouiſsimo agmine cum Achis. 3. Dixerũtq; principes Philiſthijm ad
Achis: Quid ſibi volunt Hebræi iſti? Et ait Achis ad principes Phili-
ſthijm: Num ignoratis Dauid, qui fuit ſeruus Saul regis Iſrael, & eſt a-
pud me multis diebus, vel annis, & non inueni in eo quidquam ex die
qua transfugit ad me, vſq; ad diem hanc? 4. Irati ſunt autem aduerſus
eum principes Philiſthijm, & dixerũt ei: Reuertatur vir iſte, & ſedeat
in loco ſuo, in quo conſtituiſti eum, & non deſcendat nobiſcum in
prælium, ne fiat nobis aduerſarius, cum præliari cœperimus: quomo-
do enim aliter poterit placare Dominum ſuum, niſi in capitibus no-
ſtris? 5. Nonne iſte eſt Dauid, cui cantabant in choris, dicentes: Per-
cuſsit Saul in millibus ſuis, & Dauid in decem millibus ſuis: 6. Voca-
uit ergo Achis Dauid, & ait ei: Viuit Dominus, quia rectus es tu, &
bonus in conſpectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecum eſt
in caſtris: & non inueni in te quidquam mali ex die qua veniſti ad me,
vſq; in diem hanc: ſed ſatrapis non places. 7. Reuertere ergo, & vade
in pace, & nõ offendas oculos ſatraparum Philiſthijm. 8. Dixitq; Da-
uid ad Achis: Quid enim feci, & quid inueniſti in me ſeruo tuo à die
qua fui in conſpectu tuo vſq; in diem hanc, vt non veniam, & pugnem
contra inimicos Domini mei regis? 9. Reſpondens autem Achis, lo-
cutus eſt ad Dauid: Scio quia bonus es tu in oculis meis, ſicut Ange-
lus Dei: ſed principes Philiſthinorum dixerunt: Non aſcendet nobiſ-
cum in prælium. 10. Igitur conſurge mane tu, & ſerui Domini tui, qui
venerunt tecum: & cùm de nocte ſurrexeritis, & cœperit diluceſcere,
pergite. 11. Surrexit itaque de nocte Dauid ipſe & viri eius, vt profici-
ſcerentur mane, & reuerterentur ad terram Philiſthijm: Philiſthijm
autem aſcenderunt in Iezrahel.

CAPVT XXX.

1. CVmq; veniſſent Dauid & viri eius in Siceleg die tertia, A-
malecitæ impetũ fecerãt ex parte auſtrali in Siceleg, & p-
cuſſerant Siceleg, & ſuccenderant eã igni. 2. Et captiuas
duxerant mulieres ex ea, à minimo vſq; ad magnum: & non interfe-
cerant

cerant quemquam, ſed ſecum duxerant, & pergebant itinere ſuo. 3.
Cum ergo veniſſet Dauid & viri eius ad ciuitaté, & inueniſſent eam
ſuccēſam igni, & vxores ſuas, & filios ſuos, & filias ductas eſſe capti-
uas, 4. leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eo voces ſuas, &
planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ. 5. Siquidem & duæ v-
xores Dauid captiuæ ductæ fuerant, Achinoam Iezrahelites, & Abi-
gail vxor Nabal Carmeli. 6. Et contriſtatus eſt Dauid valde: volebat
enim eum populus lapidare, quia amara erat anima vniuſcuiuſq; vi-
ri ſuper filiis ſuis, & filiabus: confortatus eſt autem Dauid in Domi-
no Deo ſuo. 7. Et ait ad Abiathar ſacerdotem filium Achimelech:
Applica ad me ephod. Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid, 8. &
conſuluit Dauid Dominum, dicens: Perſequar latrunculos hos, &
comprehendam eos, an non? Dixitq; ei Dominus: Perſequere: abſq;
dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam. 9. Abiit ergo
Dauid ipſe, & ſexcenti viri qui erant cum eo, & venerunt vſq; ad tor-
rentem Beſor: & laſſi quidam ſubſtiterunt. 10. Perſecutus eſt autem
Dauid ipſe, & quadringenti viri: ſubſtiterant enim ducenti, qui laſſi
tranſire non poterant torrentem Beſor. 11. Et inuenerunt virum Æ-
gyptium in agro, & adduxerūt eum ad Dauid: dederuntq; ei panem,
vt comederet, & biberet aquam, 12. ſed & fragmen maſſæ caricarum,
& duas ligaturas vuæ paſſæ. Quæ cum comediſſet, reuerſus eſt ſpiri-
tus eius, & refocillatus eſt: nō enim comederat panem, neq; biberat
aquam, tribus diebus & tribus noctibus. 13. Dixit itaq; ei Dauid: Cu-
ius es tu? vel vnde? & quo pergis? Qui ait: Puer Aegyptius ego ſum,
ſeruus viri Amalecitæ: dereliquit autem me dominus meus, quia æ-
grotare cœpi nudiuſtertius. 14. Siquidem nos erupimus ad auſtralē
plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad Meridiem Caleb, & Siceleg
ſuccendimus igni. 15. Dixitq; ei Dauid: Potes me ducere ad cuneum
iſtum? Qui ait: Iura mihi per Deum, quod non occidas me, & non
tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum iſtum.
Et iurauit ei Dauid. 16. Qui cum duxiſſet eum, ecce illi diſcumbebāt
ſuper faciem vniuerſę terræ comedentes & bibentes, & quaſi feſtum
celebrantes diem, pro cuncta præda, & ſpoliis quæ ceperant de Ter-
ra Philiſthiim, & de Terra Iuda. 17. Et percuſsit eos Dauid à veſpere
vſq; ad veſperam alterius diei, & nō euaſit ex eis quiſquam, niſi qua-
dringenti viri adoleſcentes, qui aſcenderant camelos, & fugerant.
18. Eruit ergo Dauid omnia, quæ tulerant Amalecitæ, & duas vxo-
res ſuas eruit. 19. Nec defuit quidquam à paruo, vſq; ad magnum, tā
de filiis quam de filiabus, & de ſpoliis, & quæcumq; rapuerāt omnia
reduxit Dauid. 20. Et tulit vniuerſos greges & armenta, & minauit
ante faciem ſuam: dixeruntq;: Hæc eſt præda Dauid. 21. Venit autē
Dauid ad ducentos viros, qui laſsi ſubſtiterant, nec ſequi potue-

rant Dauid, & reſidere eos iuſſerat in torrente Beſor: qui egreſſi ſunt
obuiam Dauid, & populo qui erat cum eo. Accedens autem Dauid
ad populum, ſalutauit eos pacificè. 22. Reſpondensque omnis vir
peſsimus,& iniquus de viris,qui ierant cum Dauid,dixit: Quia non
venerunt nobiſcum, non dabimus eis quidquam de præda,quam e-
ruimus:ſed ſufficiat vnicuique vxor ſua &filij:quos cum acceperint,
recedant.23.Dixit autem Dauid: Non ſic facietis fratres mei de his,
quæ tradidit nobis Dominus, & cuſtodiuit nos, & dedit latruncu-
los, qui eruperant aduerſum nos, in manus noſtras: 24. nec audiet
vos quiſquam ſuper ſermone hoc. æqua enim pars erit deſcendentis
ad prælium,& remanentis ad ſarcinas,& ſimiliter diuident. 25.Et fa-
ctum eſt hoc ex die illa, & deinceps conſtitutum & præfinitum, &
quaſi lex in Iſrael vſque in diem hanc. 26. Venit ergo Dauid in Sice-
leg, & miſit dona de præda ſenioribus Iuda proximis ſuis, dicens:
Accipite benedictionem de præda hoſtium Domini: 27.His, qui e-
rant in Bethel, & qui in Ramoth ad Meridiem, & qui in Iether, 28.
& qui in Aroer,& qui in Sephamoth,& qui in Eſthamo, 29.& qui in
Rachal,& qui in vrbibus Ierameel, & qui in vrbibus Ceni, 30. & qui
in Arama,& qui in lacu Aſan,& qui in Athach, 31.& qui in Hebron,
& reliquis qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat Da-
uid ipſe,& viri eius.

COMMENTARIVS.

PRimo.Palęſthinorum Reges ſuas quique copias collegerunt,ſed Gethęorum Rex in ſuis Dauidem eſſe voluit, quem contra Lyranum negat Abulenſis,q.5.pro Palæſthinis pugnare voluiſſe,licet,vt ſuperiori capite dixi,ſimularet; vnde à Ducibus aliis, quemadmodum contra Lacedæmonios apud Plutarchum Cimon,quaſi parum fidus reiectus eſt c.29. Tertio igitur die bene mane redire cæpit Sicelegam v.10.& 11 eamque die quinto, qui erat à diſceſſu è caſtris tertius direptam inuenit, c. 30. Sed Domino interrogato v. 7. cum ſuis 600.quorum 200.non iuſſi,vt A. T.legi vult,ſed laſſi,v.9. & 21.ad ſarcinas ſubſtiterunt;hoſtes inſecutus eſt,& comeſſantes aſſecutus, v.16.17. A quibus relictus puer Ægyptius,quod de Cerethi ait v.14.explicabitur lib.2.

Eodem die tertio quo reuerti cœpit Dauid Sicelegam, progreſſus eſt Palæſthinorum exercitus, & Saul eum cum vidiſſet, ita perculſus eſt, vt die eodem tertio & quarto Dominum per ſomnia, Vrim,& Prophetas interrogarit,ſed eo reſpondere dedignante,die quinto,cum præ occupationibus,metu, & feſtinatione cibi nihil ſumpſiſſet v. 20. veſperi venit Endoram ad necromanticam, quæ Pythia,vel Pythonem habens dicitur.hinc ſub crepuſculum, vt ait Theodor.q.62.ſua ad caſtra rediit. Sexto die pugnatum eſt, & ipſe, ipſiusque propter eum filij tres ceciderunt, totusque Iſrael partim cæſus,partim fugatus eſt. Dauid verò interim hoſtes Amalecitas cædebat,v.17.vſque ad veſperum. refert Polybius l.10.& ex eo *V*altrinus l. 6. c. 2. Romanos (quod hic de Dauide legimus) prædam bello acquiſitã non iis ſolum diuiſiſſe,qui rei gerẽdæ interfuiſſent, ſed etiam iis,qui caſtrorũ præſidio relicti eſſent, qui ægroti, qui miniſteria publica obirẽt, &c. V. Senecam l. de tri.c 3.eodemque die Dauid rediit Sicelegam, vbi die ſeptimo & octauo manens munera amicis è ſpoliis mittebat,v.26. Tandem
nono

nono die de Saulis morte nuncius aduenit, c. 1. l. 2. Sunt verò in his quæſtiones aliquot.

QVÆSTIO I.

Quid mulier pythonem habens? c. 28 v. 7.

HEbr. vocatur hæc fæmina vel domina Ob vel Oph, quod nomen Iob quidem 32. v. 2. vas aut vtrem ſignificat, vnde & latina Obba; ſed Leuit. 19. v. 31. c. 20. v. 6. & c. 27. Deuter. 18. v. 11. quid propriè ſit, non exprimitur. 70. & græci alij eos qui Ob habent, vertunt ferè ſemper ἐγγαστριμύθους, id eſt, vt apud Heſychium eſt, Leuit. 19. v. 31. ventriloquos, & c. 20. v. 27. qui à priore notione poſſent etiam vtriloqui appellari, maximè cum γάστρα ſit etiam vas. ſemel tamē ſcholiaſtes græcus Leuit. 19. monet θελητὰς vocari. Chald. paraphraſis proximè ad pythonis nomen accedendo vertit phidin vel pidin.

Sciendum verò primo. ſerpentis genus, baſiliſcum præſertim, ab Ægyptiis οὐβαῖον vocari, vti c. 1. l. 1. Horapollinis correcti patet. Similiter apud Græcos πυθὼν ſerpentem ſignificat, non ab interrogatione, vt Straboni aliiſque videtur; ſed vt primæ ſyllabæ quantitas demonſtrat, à putredine, quod ex putrilaginoſa materia ſerpentes maximè naſcantur. Ab eodem hebræo nomine fluxit ὄφις & φοῖβος. huius enim etymologia alia nulla quæ probetur, afferri poteſt.

Secundo. Pythonis nomen à græcis, ei maximè ſerpenti accommodatur, quem fabulæ, quas ipſimet Ethnici confutarunt; Plutarchus de defectu oraculorum, Strabo l. 1 ab Apolline interfectum tradunt. Vnde & Apollo dictus eſt Pythius. iſque cum oracula edere putaretur, eius miniſtri quod ab eo afflari cēſerentur, Pythij vel Pythiæ ſeu Pythoniſſæ nominatæ ſunt. Interdum etiam Pythones, vel Eurycles aut Euryclidę à quodam iſtiuſmodi fatidico, vt author Suidas & Plutarchus, loc. cit.

Tertio. Afflabat verò iſtos Apollo, vt quidem tradunt Plutarchus, Strabo, l. c. & Cicero de diuinat. dum aura quædam ex antro per anguſtiſſimum os prodiret, ipſorumque ventres, tanquam vaſa & vtres quoſdam impleret. vnde tripodi cuidam inſtabant, & vt ait in Actor. decimum ſextum Oecumenius, cruribus diuaricatis auram illam excipiebant. citatur ab Eug. l. 8 c. 37. Chryſoſt. vnde dæmonis obſcœnitatem facile colligimus. Origenes l. 3. cont. Celſ. f. 449. A. ſcribit: ori Pythij ſpecus inſidens, quam vocabant prophetidem, per muliebria recipit ſpiritum Apollinis fatidicum, nullo conueſtitum terreno corpore. & l. 7. f. 506. certe de Pythia, quo non aliud manteum eſt celebrius; narratur, vatem illam Apollinis deſidere ſuper foramen ſpecus Caſtalij, & aſcendentem inde ſpiritum per muliebre gremium recipere. quo repleta, profert iſta præclara, & diuina, vt putant, oracula. conſidera nunc, an non hoc ipſo intelligatur ſpiritus illius impuritas, qui, &c.

Re autem vera fuit ſerpens ille antiquus, qui eorum interiora ſubibat, & ex eorum quaſi ventre loquebatur: Vnde Ariſtophanes in Veſpis, ſeſe ait in alienos ventres ingreſſum, dum videlicet, quæ ipſe faciebat carmina, poëtæ alij recitarent, & actu ſecundo Oedipi Seneca, *incipit*, ait. *pati commota phœbum*, Sic igitur ἐγγαστρίμυθοι dicti ſunt, quibus in ventre ſermo, vt ἐγχειρογάστορες, quibus in manu venter. Similiter dicti etiam apud Sophoclē ſunt στερνομάντεις, apud Theodor. q. 19. in Leuit. & Glycam parte ſecunda ἐντερομάντεις quaſi ex ipſorum pectore ac inteſtinis loqueretur dæmon. & huc alludere videtur Eliu Iob c. 32. v. 18. 19. coarctat me (G. inflammat) ſpiritus vteri mei, En venter meus quaſi muſtum abſq; ſpiraculo. V. Chryſoſt. ſuper 1. Cor. c. 12. v. 2. Orig. l. 7. co. Cel. principio. Ludouicus in c. vlt. l. 7. de ciuit. Et Rhodiginus l 8. c. 10. refert vidiſſe ſe Pythoniſſam, è cuius pudendis vox, &c.

Quarto.

Quarto. Quia verò apud græcos erat hoc diuinationis genus præcipuum, ideò eius etiam nomine alia interdum genera ſignificantur, vt hoc loco νεκρομαντεία, quæ tamen Deut. 18. diſtinguitur. videatur Cicero l. c. Lucanus l. 4. Tibullus l. 2. eleg. 5. Plinius l. 2. c. 95. Diodorus l. 16. Iuſtinus l. 24. Totam verò impiã iſtam diuinorum gentem, ex Leuitici præſcripto, c. 19. & 20. ſuſtulerat zelo bono Saul, idque vel regni ſui principio, vt ait q. 8. c. 28. Abul. vel potius poſt peccatum ſuum. Fecit enim quod poſtea videtur apud Senecam imitatus Oedipus; vt oraculis aliis tentatis, νεκυομαντείαν tandem captaret.

QVÆSTIO II.

Quænam iſta mulier fuerit?

RAbini Chamij, R. Eliezer c. 33. aliorumque apud A. I. fabula eſt, Abneri matrem fuiſſe, cui ob ſanguinis propinquitatem Saul pepercìſſet. At iſta Saulem nonnè quam facillimè cognouiſſet? non ipſe Saul eam adhuc ſupereſſe ſciuiſſet? An famulos de iſtiuſmodi fœmina interrogare opus fuiſſet? habitabat Abneri mater in Beniamitide; incantatrix verò iſta in Iſacharitide, ipſamque Ioſephus infimæ conditionis operariam fuiſſe indicat, cum propter filij dignitatem & Saulis cognationem illa magnę dignitatis matrona eſſet. poſtremò ſibi Rabini iſti repugnant: quia, licet falſò, dicunt Abnerum cum Saule ad mulierem iſtam iam veniſſe. quomodo verò ipſum mater non agnouiſſet? Præſtat obſcuram ignotamque mulierem, tenebrarum ſcilicet filiam, fateri.

QVÆSTIO III.

An verè Samuel excitatus fuerit?

ILlud, omnium primò, apud nos omnes fixum eſſe debet, nõ poſſe vllas mortuorum animas, vllis Necromãticorum excantationibus, iis è locis vbi ſunt, educi. Vel enim efficientia id phyſica fieri deberet, quam in puros ſpiritus nullam eſſe conſtat, vel morali, quę imperando, rogando, inuitando, aliiſque id genus modis perficiatur. ſed neque huic iſta in re locum eſſe vel inde intelligitur, quod vt ſuis è ſedibus hunc in mundum animi reueniant, neque in ipſorum ſit poteſtate, neque dæmonum, ſed ſolius Dei, qui ſuo iis imperio & voluntate certos mundi alterius limites & cancellos circumſcripſit; extra quos, non niſi eius conceſſu & priuilegio, egredi poſſint. Quis verò ad execranda hominum improborum carmina, impiaſque preces & incantationes, ſuæ iſtius legis ordinem Deum infringere cenſeat?

Ne Gentilium quidem Philoſophi adeò inſanierunt, vt mortuos verè ab inferis exciri arbitrarentur. ſed eorum inanes tantum vmbras, & fallacia ſimulachra, quæ ipſi, quos in lucis Angelos ſeſe transformare à D. Paulo didicimus, diaboli fingerent. Sic illuſerunt Pauſaniæ Lacedæmoniorum duci animã Cleonicæ euocanti; ſic Zaclæ Ægyptio, qui ſe animas ab inferis reuocare exiſtimabat; ſic Iamblicho, Neroni, Simoni Mago, &c. Lege Ciceronem Tuſculana prima, Senecam Oedip. & quæ de necyomanteis Auerno, Tarentino, Theſpronio & Heracleo prodita ſunt.

Ideoque ſi quæreretur, an vi Magicarum mulieris huius obteſtationum & cantionum verè iam Samuel prodiiſſet; prorſus negandum foret, ſecusq; ſentire impium eſſet, vti locis infra notandis docent Anaſtaſius Nicenus, Philaſtrius, Cyrillus, Theodoretus, Procop. & Tertull.

Sed quia vniuersè an verè Samuel hoc loco apparuerit, quæritur; ſententias enumerabo. Quidam prorſus dubitant, vt S. Aug. l. 2. ad Simplicium q. 3. l. qq. ad Dulcitium, q. 6. quem ſequuntur V. Beda & Angel. hic, Pamelius in Tertull. de anima.

deanima. Alij verò aliquid opinantur, ſed dupliciter. Primo. nihil omninò hic apparuiſſe, ſed totum à muliere fictum eſſe, ita Rab. Camius, & alij Rabini. Alij fuiſſe aliquid, ſed rurſum dupliciter. Quidam fuiſſe tantùm Samuelis quoddam ſimulachrum ſeu imaginem, vt S. Aug. l. 2. doct. Chriſtianæ c. 23. & habetur can. illud, 26. q. 2. S. Hieron. Matth. 6. Phantaſma vocat, & Iſai. 7. dum ait: plerique putant Saulem ſignum accepiſſe de terra, quando Samuelem per incantationes, & artes Magicas viſus eſt ſuſcitaſſe. Rupertus l. 2. de operibus Trinit. c. 17. Sed quidam hoc ſimulachrum à dæmone volunt excitatum, vt Tertull. l. de anima, c 57. Anaſtaſius Nicenus q. 37. Author Quæſtionum, apud Iuſtinum, q. 52. quæſtionum veteris teſtamenti, apud Auguſt. q. 27. Author mirabilium l. 2. c. 11. Auctor quæſtionum ex vtroque Teſtamento, q. 27. & quidem ridiculis rationibus inquit eius libri cenſura. Iſidorus lib. 8. cap. 9. Cyrill. l. 6. de SS. ſeu de charitate in Deum, copioſè & pulcherrimè. Eucherius, alij apud Theodor. q. 62. Philaſtrius hæreſi 26. Rab. Abenezra in Pſal. 75. & decol. 2. v. 4. & hoc loco annotatio Dittenbergij. Quidam verò idem ſimulachrum à Deo ipſo vel Angelo diuino præbitum aiunt, vt Procop. Theod q. 62. Glycas parte ſecunda.

Alij verò ipſummet Samuelem fuiſſe docent, & probatur primo regula generali, quando nihil impedit, ſemper ſcripturæ proprietas, in hiſtoria præſertim; retinenda eſt. At ſemper hic vocatur Samuel, dicitur viſus, cognitus, & dicit v. 17. in manu mea, id eſt, per me, & v. 20. à verbis eius. Secundo. Eccleſiaſti 46. v. 23. clarè idem Samuel qui mortuus erat, dicitur poſt mortem ſuam prophetaſſe, &c. qui locus ita Auguſtinum mouit vt ſuperiorem dubitationem correxerit loco citando. Tertio. hic futura prædicuntur, quæ à Samuele ita definitè prædicta nunquam ante fuerant, de filiis, de craſtino die, &c. Quarto. ita cenſent ex hebræis Rab. Saabias, Rab. Alias, R. Eleazar l. Hagida. Midras c. 20. Leu. R. Salomon hic. Ioſephus l. 6. c. 15. E Chriſtianis veteribus, Iuſtinus dial. cum Tryphone. qui etiam hinc probat, iuſtorum, & Prophetarum animas, ſub talium Virtutum poteſtatem cecidiſſe f. 104. 105. v. 1. S Auguſt. de cura pro mortuis c. 15. & 16. Baſilius epiſt. 80. Nazianz. orat. tertia. vbi verbum, videtur, refertur ad dubitationem de tractione, non de Samuele. Ambr. c. 1. D. Lucæ, Hieron. ſeptimo Eſaiæ, & Ezech. 13. licet hæc poſſent alium in ſenſum torqueri. Quidā apud Theod. q. 62. & ipſe tandem Procopius hoc loco & in 1. Paral. Suidas verbo ἐγγαστρίμυθος. S. Tho. prima parte, q. 89. ar. 8. ad 2. E recentioribus Lyran. Abul. Carthuſ. Caiet. Soto quarto, d. 45. q. 1. ar. 4. Alphonſus de Caſtro l. 1. de punitione, Soarez tom. 2. diſputat. 42. ſect. 2. Bellarm. quem vide l. 4. de Chriſto c. 11. l. 2. de purgatorio, c. 6. & 8. Probatur eadē opinio copioſe à Coccio in Theſ. l. 5. a. 10. a. f. 25 ex Tertull. l. 3. car. cōtra Mar. Zenone Veron. S. de re. Iuliano Tol. l 2. Prog c. 30. Ioanne Capiſtrano de Papæ & Conc. autoritate f. 67. P. Galat. l. 6. cap. 8.

Non eſt tamen, vt dixi, credendum, Necromantiæ vi ipſum excitatum, ſed diuina voluntate, vt Num. 22 de Balaam dixi idque antequam nefariis ſuis ritibus & imprecationibus venefica iſta vteretur. Hinc enim tantæ rei nouitate & miraculo perculſa exclamauit, licet ob ſui timorem eam exclamare putaret Saul. cum ipſius tamen verbis & iureiurando erecta eum iam nihil timeret. P. Fronto in præfat. ad D. Alphonſ. de Ornano, dicit iſtam miratam: quia ſolebant porrectis in cælum pedibus aſcendere mortui: Samuel verò capite aſcenderit, hauſit ex Rabbinis.

Reſpondere autem ipſi per Samuelem voluit Dominus, non per prophetas, ſacerdotes, & ſomnia; vt tanto ille magis commoueretur & percelleretur, inquit Cyrillus & Abul. dum eum cuius præcepta contempſiſſet, prędictiones de regno amittendo hactenus non maximi feciſſet; ſibi iam extrema minitantem audiret. Dicit verò Samuel; Cras mecum eris, id eſt, in altero ſæculo vniuersè, licet

licet non in eadem prorſus ſede. D. Hiero. Matth 6. ait per cras in ſcripturis fu-
turum tempus intelligitur. 1. Reg. 28. Dicit ſe inquietatum, ſeu commotum, ra-
tione ſcilicet peccati, & modi huius deteſtabilis, quo ipſum interrogare cona-
tus eſt.

CAPVT XXXI.

1. PHiliſthiim autem pu-
gnabãt aduerſum Iſrael:
& fugerũt viri Iſrael ante
faciem Philiſthiim, & ceciderunt
interfecti in monte Gelboe. 2. Ir-
rueruntq; Philiſthiim in Saul, &
in filios eius, & percuſſerunt Io-
nathan, & Aminadab, & Melchi-
ſua filios Saul, 3. totumque pon-
dus prælij verſum eſt in Saul: &
conſecuti ſunt eum viri ſagittarij,
& vulneratus eſt vehementer à
ſagittariis. 4. Dixitque Saul ad ar-
migerum ſuum: Euagina gladiũ
tuum, & percute me: ne ſorte ve-
niant incircumciſi iſti, & interfi-
ciant me, illudentes mihi. Et no-
luit armiger eius: fuerat enim ni-
mio terrore perterritus: arripuit
itaque Saul gladium, & irruit ſu-
per eum. 5. Quod cum vidiſſet ar-
miger eius, videlicet quod mor-
tuus eſſet Saul, irruit etiam ipſe
ſuper gladium ſuum, & mortuus
eſt cum eo. 6. Mortuus eſt ergo
Saul, & tres filij eius, & ármiger
illius, & vniuerſi viri eius in die il-
la pariter. 7. Videntes autem viri
Iſrael, qui erant trans vallem, &
trans Iordanem, quod fugiſſent
viri Iſraelitę, & quod mortuus eſ-
ſet Saul, & filij eius, reliquerunt
ciuitates ſuas, & fugerunt: vene-
runtque Philiſthiim, & habitaue-
runt ibi. 8. Facta autem die altera,
venerunt Philiſthiim, vt ſpolia-

CAPVT X.

1. PHiliſthiim autem pu-
gnabant cõtra Iſrael,
fugeruntq; viri Iſrael
Palæſthinos, & ceci-
derunt vulnerati in Monte Gel-
boe. 2. Cumq; appropinquaſſent
Philiſthæi perſequentes Saul, &
filios eius, percuſſerunt Ionathan,
& Abinadab, & Melchiſua filios
Saul. 3. Et aggrauatum eſt præliũ
contra Saul, inueneruntque eum
ſagittarij, & vulnerauerunt iacu-
lis. 4. Et dixit Saul ad armigerum
ſuum: Euagina gladium tuum, &
interfice me: ne forte veniant in-
circumciſi iſti, & illudant mihi:
Noluit autem armiger eius hoc
facere, timore perterritus: arri-
puit ergo Saul enſem, & irruit in
eum. 5. Quod cum vidiſſet armi-
ger eius, videlicet mortuum eſſe
Saul, irruit etiam ipſe in gladium
ſuum, & mortuus eſt. 6. Interiit
ergo Saul, & tres filij eius, & om-
nis domus illius pariter concidit.
7. Quod cum vidiſſent viri Iſrael,
qui habitabant in campeſtribus,
fugerũt: & Saul ac filiis eius mor-
tuis, dereliquerunt vrbes ſuas, &
huc illucque diſperſi ſunt: vene-
runtque Philiſthiim, & habitaue-
runt in eis. 8. Die igitur altero de-
trahentes Philiſthiim ſpolia cęſo-
rum, inuenerunt Saul, & filios e-
ius iacentes in monte Gelboe. 9.
Cumq; ſpoliaſſent eum, & ampu-
taſſent

rẽt interfectos, & inuenerũt Saul
& tres filios eius iacentes in mon-
te Gelboe. 9. Et præciderunt ca-
put Saul, & ſpoliauerunt eum ar-
mis: & miſerunt in Terram Phili-
ſthinorum per circuitum, vt an-
nunciaretur in templo idolorum,
& in populis. 10. Et poſuerunt ar-
ma eius in templo Aſtaroth, cor-
pus verò eius ſuſpenderũt in mu-
ro Bethſan. 11. Quod cum audiſ-
ſent habitatores Iabes Galaad,
quæcumq; fecerant Philiſthiim
Saul, 12. ſurrexerunt omnes viri
fortiſſimi, & ambulauerunt tota
nocte, & tulerunt cadauer Saul, &
cadauera filiorum eius de muro
Bethſan: veneruntque Iabes Ga-
laad, & combuſſerunt ea ibi: 13. &
tulerunt oſſa eorum, & ſepelie-
runt in nemore Iabes, & ieiuna-
uerunt ſeptem diebus.

taſſent caput, armisq; nudaſſent,
miſerunt in terram ſuam, vt cir-
cumferretur, & oſtenderetur ido-
lorum templis, & populis: 10. ar-
ma autem eius conſecrauerunt in
fano Dei ſui, & caput affixerunt
in templo Dagon. 11. Hoc cum
audiſſent viri Iabes Galaad, om-
nia ſcilicet quæ Philiſthiim fece-
rant ſuper Saul, 12. conſurrexe-
runt ſinguli virorum fortium, &
tulerunt cadauera Saul & filio-
rum eius: attuleruntque ea in Ia-
bes, & ſepelierunt oſſa eorum ſu-
bter quercum, quæ erat in Iabes,
& ieiunauerunt ſeptem diebus.
13. Mortuus eſt ergo Saul propter
iniquitates ſuas, eo quod præua-
ricatus ſit mandatum Domini
quod præceperat, & non cuſto-
dierit illud: ſed inſuper etiam py-
thoniſſam conſuluerit, 14. nec
ſperauerit in Domino: propter quod interfecit eum, & tranſtulit re-
gnum eius ad Dauid filium Iſai.

COMMENTARIVS.

QVÆSTIO IV.

An ſeipſum Saul occiderit?

Conatum eſſe & quidem conatu magno, aiunt Ioſephus & Rab. Leui; nõ tamen perfeciſſe, ſed ab Amalecita illo iuuene interfectum, de quo lib. ſeq. c. 1. ſed agnoſcunt Rabini alij, eum à ſeipſo interfectum, idq; planè affirmat capitis huius vltimi verſus quartus.

Nam primo dicitur irruiſſe in gladium ſuum. ſtatimq; additur vidiſſe armigerum, quia mortuus eſt. quaſi in Saule idem fuerit, ipſum irruiſſe in gladium, & mortuum eſſe. quod ex ea nimirum cauſa iſte ilico effectus ſecutus ſit.

Secundo. ex ipſius imitatione armigeri, quid Rex fecerit, cognoſcitur. At de iſto ſcribitur; *Irruit etiam ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cum eo.* ergo & irruendo erat ille mortuus.

Tertio. *Si* poſtquam irruiſſet in gladium *Saul*, acceſſiſſet ille adoleſcens, iuſſusq; fuiſſet lethalem plagam inferre, mora ſatis longa fuiſſet. At ſubita hic eius mors ſcribitur, eamque ſtatim conſecuta armigeri mors.

Quarto ſcriptura verbo id aliquo indicaſſet, ne de Saule malè adeò ſuſpicari poſſemus.

Quinto. non conſentiunt inter ſe *Ioſephus* & Rab. Leui, quidnam cauſę fuerit, cur in enſem poſtquam incubuiſſet, mortem nondum *Saul* obierit. Ille dicit

eum non ſatis firmaſſe gladium. quaſi dum Saul incumberet; is abſceſſerit, vel in latus reciderit. *Iſte* verò, impediiſſe loricam ait, ne ictus lethalis eſſet.

Sexto. Neutra tamen cauſa veriſimilis. Nam Ioſephus tradit eum ſeſe in gladij ſui mucronem proieciſſe. Alia verò firmatione opus non erat, quam vt quoquo modo ſtaret gladius, vel in mucronem ipſe caderet. Quod multo ab eo facilius fieri potuit, quam quod idem ait, eum è vagina gladium eduxiſſe. Neque lorica impediit, quia eâ ſe parte vulnerauit, quæ nudata erat, quaque ſeſe ſibi mortem afferre poſſe videbat. deinde cum tot iam ipſe vulnera excepiſſet, cur & hoc vnum excipere non poſſet?

Septimo. dicitur ab adoleſcente c. ſeq. v. 6. ſuper haſtam ſuam incubuiſſe. ergo falſum eſt vel non potuiſſe in gladium ſuum ita irruere, vt lethiferum vulnus acciperet; vel iam antea magno impetu irruiſſe, neque concidiſſe. aut ſi reſurgere potuerat, gladium firmare non potuiſſe.

Octauo. Potuiſſet vt Cato ille apud Senecam epiſt. 24. nudas in vulnera ſua manus agere, ſpiritumque non emittere, ſed eiicere: præſertim cum, vt illic; medici, à quibus illa obligarentur, non adeſſent. Radak p. 46. in Pſal. 7. fodit puteum & incidit in eum, ait: prophetat Dauid, moriturum Saulem in gladio ſuo, &c.

QVÆSTIO V.

An damnatus Saul?

Eius in oppetenda morte conſtantiam, & animi magnitudinem valde prædicat Ioſephus, & quidam Hebræi, etiamſi mortem eum ſibi conſciuiſſe fateantur; peccaſſe tamen negant. Hinc inter iuſtos numeratur à R. Iſaac, apud R. Azen. l. 3 c. 35. f. 110. b. dum ait: Saul, Dauid, & Salomon iuſti regnarunt centum: cui numero more ſuo fecerunt RR. ſignum hoc: Reges pietatis, ſeu beneficentiæ hi; id eſt: pij, ſeu benefici. quibus ferè aſſentiri Lyranum dixeris. Sed, *hic rogo, non furor eſt, ne moriare mori,* ait Martialis? Eſt hæc illa ſtoica inſania, quam nimium commendat Seneca epiſt. 70. reiicit verò lex diuina, & vera philoſophia, prout in Samſone dixi.

Certe Feſtus in lit. C. carnificis loco habitum refert, qui ſe, vt moreretur vulneraſſet eamque manum, quæ plagam intuliſſet, non vna cum reliquo corpore, ſed ſeparatim ſepeliri, teſtis contra Cteſiphon. Æſchines. imo id genus homines recepto quondam more vſtos non fuiſſe, ſed ſepultos; memorat Philoſtratus, & ex eo Brodæus l. 1. Epiſt. Græc. cap. 5. videatur in Phædone Plato. Ariſtoteles 5. Ethi. cap. vltim. Lact. l. 6. cap. 11. in Chariſtiis & Parentalibus carorum vita functorum nomina ciere ſolebant: at non eorum, qui ſibi mortem intulerant. Artemid. l. 1. nec eis iuſta faciebant, Caſſius, & Scaliger in Feſt. p. 39. Beza quoque in c. 10. He. ſcribit Saulem à Deo integrè defeciſſe, & in cap. 7. Cor. 1. v. 10. cum deſperantibus Achitophele, Iuda, Caino, ponit Saulem.

Neque dici poteſt, id Saulem feciſſe, ne dedecore Deus afficeretur. Nam ait, ne interficiant me illudentes mihi: neque vllum in Deum dedecus redundare poterat, ſi diuinorum præceptorum contemptor à Deo puniretur, hoſtiumq; ludibriis dederetur. ideoque cum tanta vi & celeritate mortem ſibi conſciuerit, vt pœnitentiæ tempus habuiſſe non videatur, damnatum cenſent, Abulen. q. 10 ex 1. Paralipomen. 10. S. Brigitta l. 5. inter. 13 ad q. 1. ſanctus Bernardus ſerm. 26. in cantica Anaſtaſius Nicenus l. c. & Commentarius in Rom. cap. 9. qui Ambroſio tribuitur, dicit Saulem, inſtar Iudæ, fuiſſe

initio

initio bonum, ſed malè finiiſſe. D. Hieron. Ezech. 20. ait: Saul electus in Regem, & Iudas in Apoſtolum, ſuo poſtea vitio corruerunt. D. Th. l. 3. de Reg. c. 5. Saulem dicit Dei ſententia irrefragabili repulſum.

Iabeſitæ tamen quantum licuit de ipſo ſperarunt, & quia certo aliud neſciebant, pro ipſo ieiunarunt. Ab horum exemplo commendat R. Eliezer c. 17. beneficentiam in lugentes. Horum Iabeſitarum ieiunium, c. vlt. v. vlt. non doloris tantum ſignum fuit, ſed cuiuſdam etiam in defuncti animam caritatis, vt ait Beda, c. vlt. dum ait: Hoc etiam modo pium Chriſtianorum genus deflet eos, qui repugnantes dæmonibus, labuntur in ſeculo, quod eſt lubricum: Gelboë enim montes interpretantur lubrici montes. Vide Bellarmin. l. 1. de purgat. cap. 3.

FINIS LIBRI PRIMI REGVM.

LIBER SECVNDVS REGVM

In Dauidis regno totus conſumitur. Is verò Saulis mortem c. 1. audit, vlciſcitur, & deplorat. deinde c. ſeq. regiam dignitatem capeſsit.

PARS PRIMA.

CAPVT I.

1\. FActum eſt autem, poſtquam mortuus eſt Saul, vt Da-
uid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg
duos dies. 2. In die autem tertia apparuit homo veniẽs
de caſtris Saul veſte conſciſſa, & puluere conſperſus ca-
put. & vt venit ad Dauid, cecidit ſuper faciẽ ſuam, & adorauit, 3. Di-
xitq; ad eum Dauid: Vnde venis? Qui ait ad eum: De caſtris Iſrael fu-
gi. 4. Et dixit ad eum Dauid: Quod eſt verbum quod factum eſt? in-
dica mihi. Qui ait: Fugit populus ex prœlio, & multi corruentes è
populo mortui ſunt: ſed & Saul & Iônathas filius eius interierunt. 5.
Dixitq; Dauid ad adoleſcentẽ, qui nũciabat ei: Vnde ſcis quia mor-
tuus eſt Saul, & Ionathas filius eius? 6. Et ait adoleſcens, qui nuncia-
bat ei: Caſu veni in montem Gelboe, & Saul incumbebat ſuper ha-
ſtam ſuam: porro currus & equites appropinquabant ei, 7. & cõuer-
ſus poſt tergum ſuum, vidensq; me vocauit. Cui cum reſpondiſſem:
Adſum: 8. dixit mihi: Quiſnam es tu? Et aio ad eum: Amalecites ego
ſum. 9. Et locutus eſt mihi: Sta ſuper me, & interfice me: quoniam
tenent me anguſtiæ, & adhuc tota anima mea in me eſt. 10. Stansq;
ſuper eum, occidi illum: ſciebam enim quod viuere non poterat poſt
ruinam: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de
brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc. 12. Apprehen-

dens autem Dauid veſtiméta ſua ſcidit, omneſq; viri, qui erant cum eo, 12. & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vſque ad veſperam ſuper Saul, & ſuper Ionathan filium eius, & ſuper populum Domini, & ſuper domum Iſrael, eo quod corruiſſent gladio. 13. Dixitq; Dauid ad iuuenem qui nunciauerat ei: Vnde es tu? Qui reſpondit: Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego ſum. 14. Et ait ad eum Dauid. Quare nõ timuiſti mittere manum tuam vt occideres Chriſtum Domini? 15. Vocanſq; Dauid vnum de pueris ſuis, ait: Accedens irrue in eum. Qui percuſſit illum, & mortuus eſt. 16. Et ait ad eum Dauid: Sanguis tuus ſuper caput tuum: os enim tuum locutũ eſt aduerſum te, dicens: Ego interfeci Chriſtum Domini. 17. Planxit autem Dauid planctum huiuſcemodi ſuper Saul, & ſuper Ionathan filiũ eius, (18. & præcepit vt docerent filios Iuda arcum, ſicut ſcriptum eſt in Libro iuſtorum.) Et ait: Conſidera Iſrael pro his, qui mortui ſunt ſuper excelſa tua vulnerati. 19. Inclyti, Iſrael, ſuper mõtes tuos interfecti ſunt: quo modo ceciderunt fortes? 20. Nolite annunciare in Geth, neque annuncietis in cõpitis Aſcalonis: ne forte lętentur filiæ Philiſthiim, ne exultent filiæ incircumciſorum. 21. Montes Gelboë, nec ros, nec pluuia veniant ſuper vos, neq; ſint agri primitiarũ: quia ibi abiectus eſt clypeus fortium, clypeus Saul, quaſi non eſſet vnctus oleo. 22. A ſanguine interfectorum, ab adipe fortium, ſagitta Ionathæ nunquá rediit retrorſum. & gladius Saul nõ eſt reuerſus inanis. 23. Saul & Ionathas amabiles, & decori in vita ſua, in morte quoq; non ſunt diuiſi: aquilis velociores, leonibus fortiores. 24. Filię Iſrael ſuper Saul flete, qui veſtiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui veſtro. 25. Quo modo ceciderunt fortes in prælio? Ionathas in excelſis tuis occiſus eſt? 26. Doleo ſuper te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis ſuper amorem mulierum. Sicut mater vnicum amat filium ſuum, ita ego te diligebam. 27. Quomodo ceciderunt robuſti, & perierunt arma bellica?

COMMENTARIVS.

QVi mortem illam nunciauit, putatur apud Rab. Salom. à nonnullis eſſe Doëg, ab Hebræis apud A. T. à Lyrano & Abulen. ipſius Doëg filius. Sed nec ille venire auderet; neque ſi veniret, à Dauide quiſnam eſſet, quaſi ignotus interrogaretur: iſte verò ſe apud Saulem non Amalecitam, v. 8. ſed quo gratior foret, Doëgi filium prædicaret. Aduenæ tamen filius dicitur, v. 13. id eſt, peregrini alicuius, vt c. 4. v. 3 vel proſelyti potius, vt aiunt Chald. Abul. Vatab.

Veterem is nunciorum morem oſtendit, v. 2. qui in aduerſis veſtes lacerabant, & terra caput abſtergebant, vt ſupra l. 1. c. 4. in lætis verò & proſperis, lauro redimiebantur, vt ait l. 2. Zonaras: laureatas litteras afferebant, apud Liuium l. 5. decad. quintæ: palmas & Niloum lotum geſtabant, apud Heliodorum l. 10. Regia ornamenta duo attulit, v. 10. coronam & armillam,

millam, quæ armos, quorum, vt ait Feſtus, brachij pars eſt, ornabat. Erant vtraque aurea, vt ait Ioſephus c. vlt l. 6. & c. 1. & 2. l. 7. Dum verò ſe Saulem occidiſſe refert, v. 10. mentitur, vt ex ſuper. cap. patet. licet ei, quam ſcripturæ, malint Ioſephus & Rab. Leui credere.

Duæ verò in ipſius narratione phraſes notandæ, v. 9. Prior. Tota anima in me eſt; è vulgo ea loquendi ratio petita eſt, quaſi ſenſim & particulatim anima exiret, quemadmodum & epiſt. 30. Seneca Senilis, ait, anima in primis labris eſt, nec magna vi diſtrahitur à corpore.

Secunda. Tenent me anguſtiæ, hebræum nomen à Rabi Iona vertitur conſideratio, quaſi hoſtium attenta diligentia, & in vnum Saulem impetus ei periculum iſtud afferret. ab alijs omnibus, concluſio explicatur, ſed aut hoſtium aut locorum, aut veſtium, & harum quidem vel propriarum vel alienarum.

Propriæ veſtes Saulem, inquit Rab. Leui, tenebant, quia erant ocellatæ, ne videlicet ſeipſum gladio transfodere poſſet; Alienæ duplices, vel equitum, qui ocellatis armis vtuntur; vel ſacerdotum, qui ſimiliter, ſed ad ornatum, ocellatis veſtibus vtebantur, Exod. 28. q d. Saul, tenent me equites, vel terrent me iam ac tenent quos interfeci ſupra c. 22. ſacerdotes. hi à me pœnas repetunt, vt explicat Hebræorum Mitras. non quod eorum vmbras & ſpectra quædam videret, vt q. 5. cenſet Abul. ſed quod ob tanti ſceleris conſcientiam ſe iam diuinitus puniri aduerteret. Optimè noſter interpres, de cordis concluſione ſeu contractione, & anguſtia intellexit, quæ ex omnibus iſtis eſſe potuit. Vnde & 70. tenebras dixerunt, Chaldæus tremorem.

Secunda pars. Vlciſcitur mortem iſtam, licet falsò narratam: ſanguis tuus, inquit v. 16 id eſt, ſanguinis pœna ſeu mors, ſuper caput tuum, vt Oſeæ [illegible]. Matt. 27. Interfici eum curauit, v. 15. quia dicebat ſe Regem interfeciſſe, qui à Domino vnctus, ideoque ſacroſanctus & inuiolatus erat, vt dictum l 1. c. 9. Neque verò vlli hominum, etiam calamitoſiſſimo roganti aut imperanti vitam eripere fas, cum ea in poteſtate noſtra non ſit, ita vt meritò ſub finem l. 2. hiſtoriæ, miſericordia hæc à Iouio crudelis appelletur.

Secundo. Amalecita, inquit Ioſephus, erat, idque licet neget Rab. Camius, profitetur v. 8. & 13. in omnes verò Amalecitas mortis ſententia, vti notant Procop. & Theod. q. 1. pronunciata erat, ſupra, c. 15.

Tertio. Reipublicæ intereſt, ne opinio hæc vigeat, poſſe cuipiam ad eius preces aut imperium mortem afferri. D. Thom. 3. p. q. 47. a. 6 ad 3. qui occidit, ait, hominem, iniuriam facit non ſolum homini occiſo, ſed etiam Deo & reipublicæ: vnde & Dauid damnauit illum ad mortem qui non timuerat mittere manum vt occideret Chriſtum domini, quamuis eo petente.

Quarto. Regi tuenda maximè Regum ſalus, inquit apud Senecam Oedipus. Rectè igitur Dauid, cum in eum, tanquam Rex & Iudex iam à Domino conſtitutus poteſtatem haberet.

Gerit verò nuncius iſte veram imaginem concionatorum hæreticorum, vel catholicorum quidem, ſed ambitioſorum, & opum gloriæque nimis appetentium. Quid enim non dicunt, faciunt, ſimulant? Sed iſte longè aliam, quam putabat, mercedem accepit, ſeu vt græci dicunt infra v. 10. c. 4. alia euangelia quam ſperabat: eo ſcilicet loquendi modo, quo l. 2. ad Atticum, epiſt. 3. 8. vtitur Cicero & Odyſs. ξ. Homerus. quemadmodum & infra c. 18. 20. 22 ἐυαγγελισμὸσ, & ἐυαγγελία. Plut. in apoph. Regum dicit Antiochum M. ſacrificaſſe τὰ ἐυαγγέλια. idem narrat de Antigono contra Ptolemæum in Demetrio.

Tertia pars. Deplorat eandem mortem dupliciter. Primo, factis v. 11. 12. quæ licet doloris ſymbola ſint, nihil tamen impedit; quo minus etiam humilitatis, pœnitentiæ, & miſericordiæ in mortuos opera cēſeantur, vti ſignificat Theod. q. 3. & Procop. licet q. 9. neget Abul. Secundo verbis, v. 17 & ſeq. quę epitaphia &

threni à 70. & Ioſepho vocatur; poëtica ſcilicet illa facultate, quam ſup. l. 1. Dauid accepit, fuſa. & videntur appellari arcus, v. 18. primo. quia expreſſè de arcu iſto dicitur in hebræo, ecce ſcriptus eſt; ſicut eodem quidem ſenſu, ſed minus apto, dicit noſter, ſicut ſcriptum eſt. Secundo. quia in 70. correctis, aliiſq; græcis ſcribitur, Dauidem edidiſſe non ſimpliciter threnum, ſed threnum hunc; ſeu vt noſter, huiuſmodi. deinde in iiſdem nullum aliud nomen quod arcui reſpōdeat, præter threnum. poſtremò ſubiungitur Dauid ideò dixiſſe, vt doceret filios Iuda, quam rem? ipſum ſcilicet quem ſolum nominarunt threnum. Tertio. tradit Ioſephus, Iudæos ita diligenter threnos iſtos didiciſſe, vt ad ſua vſque tempora hæſerint. neque dici poteſt, id factum, quod hoc bibliorum loco perſcripti eſſent, quia de pſalmis omnibus idem alioqui ſcriberet. Quarto. moris olim fuit variis iſtiuſmodi nominibus carmina inſigniri, vt eſt ouum, ala, ſecuris, apud Simmiam Rhodium. fiſtula, & ſcutum, apud Theocritum. Moris rurſum fuit, carmina huiuſmodi ediſci, Deut. 21. 2. Paral. 35. verſic. 25. qui locus, ſi cum iſto græcè & hebr. conferatur, lucem non exiguam adfert. huiuſmodi fuerunt quæ in ſympoſiis de præclarorum virorum laudibus canebantur σκολιά, vt Admetium, Harmodium, alia, de quibus l. 3. anim. cap. 7. Iun. & Euſtathius l. 4. Iliad. Threnus verò iſte non ponitur hic totus, ſed eius multo maxima pars fuit v. 18. in libro Iuſtorum, de quo Ioſue 10.

Aliter tamen arcum iſtum poſitum volunt alij. Primo. pro duritie & fortitudine, vt A. T. Angelomus. Secundo. pro tota re militari, vt Abul. & Vatab. quod veriſimilius appareret, ſi per arcus reique bellicæ imperitiam victi eſſent Iſraelitæ. at non ſunt, vti tot aliâs victoriæ cum Saule declarant. & 1. Paral. 12.

In threno verò ſunt hæc notanda. Primo. ex verſu 18. & 19. *Conſidera* & *Inclyti*, ſunt eorundem hebræorum verborum duæ verſiones: quarum prior in Procopio, & regiis, eſt Aquilæ: poſterior latinorum, apud A. T. tertiam addunt aliqui, O decus Iſraelis, in excelſis tuis vulneratus eſt, quomodo ceciderunt potentes?

Not. Secundo. Verſu 20. pathos eſt hominis de publica ſtrage dolentis, q. d. vtinam fieri poſſet, ne hoſtes calamitatem hanc noſtram reſciſcerent, vt Amos 3. audite. Micheæ primo. in Geth.

Tertio. Montes Gelboe, v. 21. execratio eſt, quæ rationis expertibus rebus fieri nunquam debet, niſi ad homines reſpectu habito, vt explicat S. Tho. ſecūda ſecundæ q. 76. ar. 2. Vnde D. Ambr. l. 2. de Cain c. 8. Natura, inquit, ex innocentis ſoli damnatione, oſtendit futura ſupplicia noxiorum, propter igitur hominum peccata, & ipſa elementa damnantur. Denique Dauid montibus Gelboe perpetuæ ſterilitatis pœnam optauit. D. Gregor. l. 4. moral. c. 36. ait, per montium ſterilitatem homines puniri.

Quarto. Agri primitiarum ſunt, ex quibus primitiæ colligi poſſent, quod in iis fruges naſcerentur, vel, in quibus optima quæque & lectiſſima orirentur. D. Bernar. S. 54. in Cant. per montes Gelboe ſignificari ait 1. Dæmones. 2. tepidos & irreligioſos.

Quæritur. An execratio iſta vim habuerit? Aſſerunt nonnulli, ſed dupliciter. Primo. nunquam fuiſſe feraces, aiunt. alij vt Rabanus & gloſſa ordinaria, fuiſſe antea optimos, poſtea maximè ſteriles, idque opinari videtur D. Ambroſ. l. 3. offic. c. 9. Sed & hanc ſterilitatem ab Eliæ temporibus quidam incipiunt, vt ſcholaſtica hiſtoria, & Andreas. Negat verò Abul. q. 16. quod non eo conſilio iis imprecatus ſit Dauid, vt reuera ita fieret: ſed vt animi dolorem ſignificaret, ſeq; ait homines noſſe ſuper quos eo in monte pluuia ceciderit.

Quarto. v. 22. iſtud à ſanguine, pleriq; ad ſagittā ſeu arcū Ionathæ referunt, q. ſāguinis ſēper aliqd eliceret, ſēper fortes & robuſtos feriret. alij ad imprecationis cauſā, q. ꝓpter ſanguinē & adipē fortiū inibi effuſū ros deſcēdere nō debeat.

Sexto

Sextò, ſunt hyperbolicæ, v. 23. ſpoliorum ex hoſtibus, v. 24. commemorationes.

Deniquedicitur v. 26. amabilis ſuper amorem mulierum, qui amor vel actiue ſumi poteſt, vel paſſiue: actiue, quantum amant mulieres natos, vt græca verſio addidit, & quædam Latina & Germanica; vel quantum viros: paſſiue quantum amantur à natis aut viris, vt explicat Theodor. ex Gen. 3. 1 Reg. 1.

CAPVT II.

1. IGitur poſt hæc conſuluit Dauid Dominũ, dicens: Num
aſcendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait Dominus
ad eum: Aſcende. Dixitque Dauid: Quo aſcendam? Et
reſpondit ei: In Hebron. 2. Aſcendit ergo Dauid, & duæ
vxores eius, Achinoam Iezraelites, & Abigail vxor Nabal Carmeli:
3. ſed & viros, qui erant cum eo, duxit Dauid ſingulos cum domo ſua:
& manſerunt in oppidis Hebron. 4. Veneruntque viri Iuda, & vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret ſuper domum Iuda. Et nunciatum eſt Dauid, quod viri Iabes Galaad ſepeliſſent Saul. 5. Miſit argo Dauid nuncios ad viros Iabes Galaad, dixitque ad eos: Benedicti vos Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cum Domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum.
6. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus miſericordiam
& veritatem: ſed & ego reddam gratiam, eo quod feciſtis verbũ iſtud.
7. Confortentur manus veſtræ, & eſtote filij fortitudinis: licet enim
mortuus ſit Dominus veſter Saul, tamen me vnxit domus Iuda in regem ſibi. 8. Abner autẽ filius Ner princeps exercitus Saul tulit Isboſeth filium Saul, & circumduxit eum per caſtra, 9. regemq; conſtituit
ſuper Galaad, & ſuper Geſſuri, & ſuper Iezrael, & ſuper Ephraim, & ſuper Beniamin, & ſuper Iſrael vniuerſum. 10. Quadraginta annorum
erat Isboſeth filius Saul cùm regnare cœpiſſet ſuper Iſrael, & duobus
annis regnauit: ſola autem domus Iuda ſequebatur Dauid. 11. Et fuit
numerus dierum, quos commoratus eſt Dauid, imperans in Hebron
ſuper domum Iuda, ſeptem annorum, & ſex menſium. 12. Egreſſuſq;
eſt Abner filius Ner, & pueri Isboſeth filij Saul de caſtris in Gabaon.
13. Porro Ioab filius Saruiæ, & pueri Dauid egreſsi ſunt, & occurrerũt
eis iuxta piſcinam Gabaon. Et cùm in vnum conueniſſent, è regione
ſederunt: hi ex vna parte piſcinæ, & illi ex altera. 14. Dixitque Abner
ad Ioab: Surgant pueri, & ludant coram nobis. Et reſpondit Ioab:
Surgant. 15. Surrexerunt ergo, & tranſierunt numero duodecim de
Beniamin, ex parte Isboſeth filij Saul, & duodecim de pueris Dauid.
16. Apprehenſoque vnuſquiſque capite comparis ſui, defixit gladium
in latus contrarij, & ceciderunt ſimul: vocatumque eſt nomen loci illius: Ager robuſtorum in Gabaon. 17. Et ortum eſt bellum durum ſatis in die illa: fugatuſque eſt Abner, & viri Iſrael à pueris Dauid. 18. Erant autem hi tres filij Saruiæ, Ioab, & Abiſai, & Aſael: porro Aſael
curſor velociſsimus fuit, quaſi vnus de capreis, quæ morantur in ſiluis. 19. Perſequebatur autem Aſael Abner, & non declinauit ad dex-

teram neque ad ſiniſtram omittens perſequi Abner. 20. Reſpexit ita-
que Abner poſt tergum ſuum, & ait: Túne es Aſael? Qui reſpondit:
Ego ſum. 21. Dixitque ei Abner: Vade ad dextram, ſiue ad ſiniſtram,
& apprehende vnum de adoleſcentibus, & tolle tibi ſpolia eius. No-
luit autem Aſael omittere quin vrgeret eum. 22. Rurſumque locutus
eſt Abner ad Aſael: recede, noli me ſequi, ne compellar confodere te
in terram, & leuare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum.
23. Qui audire contempſit, & noluit declinare: percuſsit ergo eum
Abner auerſa haſta in inguine, & transfodit, & mortuus eſt in eodem
loco: omneſque qui tranſibant per locum illum, in quo ceciderat A-
ſael, & mortuus erat, ſubſiſtebant. 24. Perſequentibus autem Ioab,
& Abiſai fugientem Abner, ſol occubuit: & venerunt vſque ad Col-
lem aquæ ductus, qui eſt ex aduerſo vallis itineris deſerti in Gabaon.
25. Congregatique ſunt filij Beniamin ad Abner: & conglobati in v-
num cuneum, ſteterunt in ſummitate tumuli vnius. 26. Et exclama-
uit Abner ad Ioab, & ait: Num vſque ad internecionem tuus mucro
deſæuiet? an ignoras quod periculoſa ſit deſperatio? vſquequo nō di-
cis populo vt omittat perſequi fratres ſuos? 27. & ait Ioab: Viuit Do-
minus, ſi locutus fuiſſes, mane receſsiſſet populus perſequens fratrem
ſuum. 28. Inſonuit ergo Ioab buccina, & ſtetit omnis exercitus, nec
perſecuti ſunt vltra Iſrael, neque iniere certamen. 29. Abner autem &
viri eius abierunt per campeſtria tota nocte illa: & tranſierunt Ior-da-
nem, & luſtrata omni Beth horon, venerunt ad caſtra. 30. Porro Ioab
reuerſus, omiſſo Abner, congregauit omnem populum: & defuerūt
de pueris Dauid decem & nouem viri, excepto Aſaele. 31. Serui autē
Dauid percuſſerunt de Beniamin, & de viris, qui erāt cum Abner tre-
centos ſexaginta, qui & mortui ſunt. 32. Tuleruntq; Aſael, & ſepelie-
runt eum in ſepulchro patris ſui in Bethlehem: & ambulauerunt tota
nocte Ioab & viri qui erant cum eo, & in ipſo crepuſculo peruene-
runt in Hebron.

COMMENTARIVS.

De regia Dauidis dignitate.

SAule mortuo duas in partes Hebræorum regnum ſectum fuit, vnam effi-
ciebat tribus Iuda, reliquæ vndecim alteram. Dauid verò prioris illius pri-
mo Rex fuit, deinde poſterioris. ſicque diuulſas rurſum partes coagmen-
tauit, vnumque vti antea regnum effecit. Iam igitur vſque cap. 5. quæ ad Daui-
dis regnum Iudæum ſpectant proponuntur, deinceps quæ ad totum Iſraeli-
ticum.

Aſcendit igitur interrogato per Vrim Domino Hebronem; quia, inquit
Procopius, ibi vixerant & ſepulti erant patriarchæ, eratque tum Iudæ metro-
polis. Hoc regnum tenuit annos 7. menſes 6. cap. 5. v. 4. & hic v. 11. Reliquarum
vndecim tribuum regnum Saulis filius quartus Isboſeth ſuſcepit, nam v. 8. per
caſtra ſeu in caſtra, id eſt, vrbē quæ à caſtris videtur Mahanaim Gen. 23. Iol. 13.
duxit Abner: ibique regiam ſedem conſtituit, inquit Ioſ. vtrumq; 70. coniun-
gunt,

gunt,ex caſtris videtur iuiſſe in manahen. mendoſe v.9. legitur Ieſſuri pro Aſſuri ſeu Azer,vti græca,& A.T.monet. annorum erat tunc Isboſeth 40.v.10 tenuitque regnum vt Rab.Salomon & Seder cap.13. voluit annos duos tantum, ita vt anni quinque, & menſes ſex abſque rege vllo in vndecim tribubus ſecuti ſint; ad eos tamen potius accedo qui interregnum domini non ponunt,& regnaſſe aiunt Isboſeth annos 7.& ferè menſes ſex.nam ſcriptura c.4.& Ioſephus indicat ſtatim poſt Isboſethi cædem à tribubus illis Dauidem regem factum eſſe,& cap 3.v.1. longa inter Dauidis & Saulis familias concertatio recenſetur.

Obijcies, duobus annis v.10. regnaſſe dicitur Isboſeth. Reſp.regnaſſe tranquille & quiete, antequam bello,quod v.12.incipit, Dauidem laceſſeret.

Sed quæritur an cum Rex diuinitus conſtitutus eſſet, recte regnum accipere potuerit Isboſethus? Affirmant omnes,ſed Rab.Salomon lepidam more ſuo fabulam affert,cum populus Dauidem vellet,ipſum ex Gen.35. Abnerum probaſſe Isboſetho regnum deberi.Sed Abul.q.13. rectè ait,nondum clare de diuina Dauidis electione & vnctione Isboſetho conſtitiſſe, ideoq; obligatum non fuiſſe,vt in ſe regē populi conſenſum repudiaret,aut non quæreret,cum regum aliorum more patri ſucceſſurum ſe putaret.

Quæ verò ſuo iſto in regno geſſit Dauid, ſunt potiſſimum hæc quinq;. Primum Iabeſitarum in mortuum Saulem laudauit v.5. pietatem, quæ multo præclarior, quam illa cuiuſdam apud Herodotum l.2.in fratrem. cauſam verò dat S.Auguſt.l.de cura pro mortuis.

Secundum, Bello ſe aduerſus Isboſethum defendit v.13. idque à monomachia inchoatum,v.14.de qua ex iam dictis & l.1.c.17. iudicabis,niſi quod Abner eam ad ludum potius,quam victoriam retuliſſe videatur,vt ipſius verbum indicat v.14. Delrius l.4.diſ.mag.c.4.q.4.ſ.2.vox ludere ſignificat proluſionem pugnæ.inſtituebatur hoc enim vt arbitror,quaſi diuinatorium quoddam victoriæ indicium,quo Germanos olim vti ſolitos Tacitus teſtatur lib.de moribus Germanorum. vbi nota iuuenes & bellicoſos homines pueros appellari. Eſt hoc bellum victoria Dauidicorum finitum, & morte Azaelis, qui dicitur in inguine percuſſus, hebraicè in quinta, ſcilicet coſta,vbi iecoris & fellis ſedes, de Azaële vide S. Paulinum ep.5. ad Amandum.

CAPVT III.

1. FActa eſt ergo longa concertatio inter domum Saul,&in-
ter domum Dauid: Dauid proficiſcens, & ſemper ſeipſo
robuſtior,domus autem Saul decreſcens quotidie. 2. Na-
tique ſunt filij Dauid in Hebron: fuitque primogenitus
eius Amnon de Achinoam Iezraelitide. 3. Et poſt eum Cheleab de A-
bigail vxore Nabal Carmeli: porro tertius Abſalon filius Maacha fi-
liæ Tholmai regis Geſſur. 4. Quartus autem Adonias,filius Haggith:
& quintus Saphatia,filius Abital. 5. Sextus quoque Iethraam de Egla
vxore Dauid. hi nati ſunt Dauid in Hebron. 6. Cùm ergo eſſet præli-
um inter domum Saul & domum Dauid, Abner filius Ner regebat
domum Saul. 7. Fuerat autem Sauli concubina nomine Reſpha,filia
Aia. Dixitq; Isboſeth ad Abner: 8. Quare ingreſſus es ad concubinā
patris mei? Qui iratus nimis propter verba Isboſeth, ait: Numquid
caput canis ego ſum aduerſum Iudam hodie, qui fecerim miſericor-
diam ſuper domum Saul patris tui, & ſuper fratres & proximos eius,
& non tradidi te in manus Dauid,& tu requiſiſti in me quod argueres

pro

pro muliere hodie? 9. Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, niſi
quomodo iurauit Dominus Dauid,ſic faciam cum eo, 10. vt transfe-
ratur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid ſuper Iſrael,
& ſuper Iudam,à Dan vſque Berſabee. 11. Et non potuit reſpondere ei
quidquam, quia metuebat illum. 12. Miſit ergo Abner nuncios ad
Dauid pro ſe dicentes: Cuius eſt terra? Et vt loquerentur: Fac mecũ
amicitias,& erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuerſum Iſra-
el. 13. Qui ait: Optimè: ego faciam tecum amicitias: ſed vnam rem
peto à te, dicens: Non videbis faciem meam antequã adduxeris Mi-
chol filiam Saul: & ſic venies, & videbis me. 14. Miſit autem Dauid
nuncios ad Isboſeth filium Saul,dicens: Redde vxorẽ meam Michol,
quam deſpondi mihi centum præputijs Philiſthijm. 15. Miſit ergo Iſ-
boſeth, & tulit eam à viro ſuo Phaltiel, filio Lais. 16. Sequebaturque
eam vir ſuus, plorans vſque Bahurim: & dixit ad eum Abner: Vade,
& reuertere. Qui reuerſus eſt. 17. Sermonem quoq; intulit Abner ad
ſeniores Iſrael,dicens: Tam heri quam nudiuſtertius quærebatis Da-
uid vt regnaret ſuper vos. 18. Nunc ergo facite: quoniam Dominus
locutus eſt ad Dauid,dicens: In manu ſerui mei Dauid ſaluabo popu-
lum meum Iſrael de manu Philiſthijm, & omnium inimicorum eius.
19. Locutus eſt autem Abner etiam ad Beniamin. Et abijt vt loquere-
tur ad Dauid in Hebron omnia quæ placuerant Iſraeli, & vniuerſo
Beniamin. 20. Venitque ad Dauid in Hebron cum viginti viris: & fe-
cit Dauid Abner, & viris eius qui venerant cum eo, conuiuium. 21. Et
dixit Abner ad Dauid: Surgam, vt congregem ad te Dominum me-
um regem omnẽ Iſrael, & ineam tecum fœdus, & imperes omnibus,
ſicut deſiderat anima tua. Cùm ergo deduxiſſet Dauid Abner, & ille
iſſet in pace, 22. ſtatim pueri Dauid, & Ioab venerunt, cæſis latroni-
bus, cum præda magna nimis: Abner autem non erat cum Dauid in
Hebron, quia iam dimiſerat eum, & profectus fuerat in pace. 23. Et
Ioab,& omnis exercitus,qui erat cum eo, poſteà venerunt: nunciatũ
eſt itaque Ioab à narrantibus: Venit Abner filius Ner ad regem,& di-
miſit eum, & abijt in pace. 24. Et ingreſſus eſt Ioab ad regem,& ait:
Quid feciſti? Ecce venit Abner ad te: quare dimiſiſti eum, & abijt &
receſsit? 25. ignoras Abner filium Ner,quoniam ad hoc venit ad te vt
deciperet te,& ſciret exitum tuum, & introitum tuum, & noſſet om-
nia quæ agis? 26. Egreſſus itaque Ioab à Dauid,miſit nuncios poſt A-
bner,& reduxit eum à ciſterna Sira,ignorante Dauid. 27. Cumq; re-
dijſſet Abner in Hebron,ſeorſum adduxit eum Ioab ad medium por-
tæ,vt loqueretur ei,in dolo. & percuſsit illum ibi in inguine, & mor-
tuus eſt in vltionem ſanguinis Aſael fratris eius. 28. Quod cũ audiſſet
Dauid rem iam geſtã, ait: Mundus ego ſum, & regnum meum apud
Dominum vſq; in ſempiternum à ſanguine Abner fili Ner, 29. & ve-
niat ſuper caput Ioab, & ſuper omnem domum patris eius: nec defi-
ciat de

ciat de domo Ioab fluxum ſeminis ſuſtinens, & leproſus, & tenens fu-
ſum, & cadens gladio, & indigens pane. 30. Igitur Ioab & Abiſai frater
eius interfecerunt Abner, eo quòd occidiſſet Aſael fratrem eorum in
Gabaon in prælio. 31. Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem po-
pulum, qui erat cum eo: Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini
ſaccis, & plangite ante exequias Abner. porro rex Dauid ſequebatur
feretrum. 32. Cumq; ſepeliſſent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid
vocem ſuam, & fleuit ſuper tumulum Abner: fleuit autem & omnis
populus. 33. Plangenſq; rex & lugens Abner, ait: Nequaquam vt mo-
ri ſolent ignaui, mortuus eſt Abner. 34. Manus tuæ ligatæ non ſunt, &
pedes tui non ſunt compedibus aggrauati: ſed ſicut ſolent cadere co-
ram filijs iniquitatis, ſic corruiſti. Cōgeminanſq; omnis populus fle-
uit ſuper eum. 35. Cumq; veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere
cum Dauid, clara adhuc die iurauit Dauid, dicens: Hæc faciat mihi
Deus, & hæc addat, ſi ante occaſum ſolis guſtauero panem vel aliud
quidquam. 36. Omniſq; populus audiuit, & placuerunt eis cuncta quę
fecit rex in cōſpectu totius populi. 37. & cognouit omne vulgus, & v-
niuerſus Iſrael in die illa quoniam non actum fuiſſet à rege vt occide-
retur Abner filius Ner. 38. Dixit quoq; rex ad ſeruos ſuos: Num igno-
ratis quoniam princeps & maximus cecidit hodie in Iſrael? 39. Ego
autem adhuc delicatus, & vnctus rex: porro viri iſti filij Saruiæ duri
ſunt mihi: retribuat Dominus facienti malum iuxta malitiam ſuam.

COMMENTARIVS.

Tertium. Ad priores duas vxores adiunxit Dauid hic quatuor alias, quarum vna dicitur filia *regis Geſſur*. Eſt autē Geſſur regio ad Manaſſeæ tranſiordaninæ terminum ſeptentrionalem. fuit hæc mulier vel bello capta, vel vt apud A. T. tradunt Hebræi ad Iudaiſmum conuerſa, ductaq; in vxorem prout Deut. 21: præſcribitur. Ex ea natus eſt Abſalon & Thamar, ideoque ille poſtea 2. Regum 13. ad eundem Geſſur regem, auum ſcilicet ſuum maternum fugit.

Vltimam vxorem Eglā, putant A. T. & Rabbini in c. 2. Sanhedrin. idq; probat ex Iudic. 14. vbi in vitula arare dicitur, quia erat obnoxia Dauidi, vt ſolet eſſe vitula Domino. iidem docent c. 2. ex c. 12 ꝙ etiam Saulis vxores duxerit. Sed putant Iudæi eſſe Michol. ꝙ idcirco præ ceteris vxor Dauid hic dicatur; ſed Michol ſterilis fuiſſe putatur infrà c. 6. Egla non. deinde, etiamſi ſterilis non fuiſſet, non fuit tamen reducta, niſi paulo ante Isboſethi mortem, ideoque filium Hebrone parere non potuit. At hic v. 5. tantum filij numerantur, qui Hebrone nati ſunt. Verum ſic concludo. Egla filium Hebrone peperit: Michol non peperit. ergo Michol non eſt Egla. fuerunt ei filij tot, quot vxores illæ fæcundæ, ſex videlicet. Eorum ſecundus Geliab dicitur. 1. Paral. 3. & à Ioſepho, Daniel. porro Michol adeo fuit ſterilis, vt ab ea etiam adoptati tanquam piacula interfecti fuerint. 2. Reg. 21.

Quartum. Fœdus cum Abnero iniJt dupliciter. primò, cum abſente per legatos, v. 12. deinde cum præſente, v. 20. huius occaſio v. 7. deſcribitur. Sauli concubina ſeu vxor minus principalis fuerat, quam vel per coniugium, vel abſque coniugio inſimulabatur cognouiſſe Abner: per coniugium, vt ſic ad regnum perueniret; abſque coniugio, libidinis cauſa. Hoc nomine reprehenſus ab Iſ-

boſeth

boſeth nimium indigne tulit,ſeque ad Dauidem contulit. Innocentem tamen eum fuiſſe indicant græca Ioſephi & Vatablus.

Dixit verò v.8.nunquid caput canis ego ſum? quod interpretantur nonnulli q diceret; nunquid dux ſum hominis abiecti,qui quaſi canis eſt? vel hominũ ſtultorum & canum inſtar, aduerſus Dauidem latrantium? vel nunquid adeo vilis ſum, aut rixoſus, vt Abul A.T. Vatablus. Sed memineris apud veteres cũ libidinem,tum impudentiam canum prouerbio vſurpatam fuiſſe. Vnde apud Ariſtophanem quidam dicitur κυνοκέφαλος, apud Homerũ κυνώπης, & canum oculos habens, aliaque huiuſmodi; de quibus Pierius in hieroglyphicis. ſic igitur legendum, nunquid canis ego ſum? vt hic interrogationis finis ſit.

Quod ſequitur verò *aduerſus Iudam hodie* ad ſequentia pertineat, prout indicant,70. q d. nunquid tam impudens & ſalax ſum, vt patruelis mei regis Saulis vxorem cognouerim, cum omnibus modis eius honorem & regnum tueri coner?

Additur v.13. conditio de Michol reducenda, quam non repudiarat Dauid, ſed Saulis iniquitate amiſerat. Eam redeuntem ſequebatur vir plorans v.16. nõ præ gaudio, vt ait Lyr. ſed præ dolore, quem ex eo capiebat, quod regis filiam, eamque formoſiſſimam & prudentiſſimam amitteret: non autem quod perderet perfectæ caſtitatis opinionem, vt ait Rab.Sal.de gladio inter ipſam & ipſum noctu poſito fabulam texens, de qua multa garrit Tr.Sanhedrim c.2.f.19.b.

Quintum. Luget Dauid & vlciſcitur duos ſuos olim hoſtes Abnerum & Iſboſethum, de quo D.Ambr.l.1.offic. c.7.fuit Abner doloſe contra gentium ius omne turpiter ſine cauſa & poteſtate vlla interfectus, v.27. præcipue quidem à Ioab, eius tamen fratre conſcio & approbante, v.30. fuit in inguine percuſſus prout Aſaëlem percuſſerat, de quo S. Bachiarius ad S. Ianuar. interfecit verò eum Ioab propter ſanguinem fratris effuſum, v.30. & 27. maximè tamen propter inuidiam vt ait Ioſeph. Procop & Theodor. q 12. quia verebatur ne ipſi à Dauide ſummum exercitus imperium committeretur.

Dauid tamen iſtum dupliciter punijt. primò imprecatione, quæ v.29. eſt poſita, non tanquam mera prędictio, vt quidam volunt: ſed imprecatio, vt ex v.39. apparet, eo ſcilicet modo quem S.Thomas tradit artic. 1. ſecunda ſecundæ q. 77. fuit ea quintuplex v.29. ſed pro tenente fuſum, id eſt, effœminatis & contẽptis hominibus; vertunt 70. tenentem ſcytalam, id eſt, vel flagellum quaſi bubſequæ vel agaſones forent; vel ſaccum coriaceum quaſi mendici; vel denique baculum pro pedum ſcilicet morbo & infirmitate, aut pro cæcitate. vnde vertit hic Aquila cæcum, vt eſt apud Procopium & Scholiaſten. voluitq; pœnam iſtam Dauid late admodum patere in tota Ioabi familia, & in æternum manere, id eſt, quam diutiſſime fieri poſſet.

Secundò, Mortem verò in eum iam non conſtituit, quia vt ait v.39. delicatus adhuc rex erat, id eſt, tenellus, necdum ſatis in regno firmatus, ita vt Joab eiuſq; frater plus ipſo poſſent, inquit Ioſeph. & Theod. q.14. vel ipſe clemens & benignus erat, cum ipſi tamen, in eos quos oderant, admodum duri & crudeles eſſent. libro tamen tertio c.2. mortem in ipſum decreuit. v.35. τοῦ περιδειπνήσαι, id eſt, agitandi funebre conuiuium: de quo in Tobia dixi. interim vide Pollucem, Suidam, Athen. l.7. & 8. Ioſeph.l.2. de bel. Euſtath. Iliad ψ. Proclum in Heſio.2. Lucian. l. de luctu. in Helmico verò eſt hic diuerſa lectio & expoſitio: ne vero longus ſim, conſuli poteſt R. Dauid, R. Iuda, R. Ionah, R. Ioſeph. lib. captiuit. qui allegatis ſententiis ait: Rabinos ita exponere, vt populus initio quidem coëgerit Dauidem parum quid edere. tandem vero, non tantum lehaberoth; ſed etiam lehaceroth, id eſt, ad liberalius edendum. prius enim eſt parce edere, vt infra c.13. v.6. comedam de manu eius ſcil. parum, ægrotantium more. poſterius (ſubſtituto caph, in locum beth) eſt lauté, & opiparè cõuiuari, vt ſcribit R. Joſeph Chimchi lib. Gaggalui,

CAPVT IV.

1. AVdiuit autem Isboſeth filius Saul quod cecidiſſet Abner
in Hebron: & diſſolutæ ſunt manus eius, omniſque Iſrael
perturbatus eſt. 2. Duo autem viri principes latronum e-
rant filio Saul, nomẽ vni Baana, & nomen alteri Rechab,
filij Remmon Berothitæ, de filijs Beniamin: ſiquidem & Beroth re-
putata eſt in Beniamin. 3. & fugerunt Berothitę in Gethaim, fuerunt-
que ibi aduenæ vſq; ad tempus illud. 4. Erat autem Ionathæ filio Saul
filius debilis pedibus: quinquẽnis enim fuit, quando venit nuncius de
Saul & Ionatha ex Iezrahel. tollens itaq; eum nutrix ſua, fugit: cum-
que feſtinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus eſt: habuitq; vo-
cabulum Miphiboſeth. 5. Venientes igitur filij Remmon Berothitæ,
Rechab & Baana, ingreſsi ſunt feruẽte die domum Isboſeth: qui dor-
miebat ſuper ſtratum ſuum meridie. Et oſtiaria domus purgans triti-
cum, obdormiuit. 6. Ingreſsi ſunt autem domum latenter aſſumẽtes
ſpicas tritici, & percuſſerunt eum in inguine Rechab & Baana frater
eius, & fugerũt. 7. Cùm autem ingreſsi fuiſſent domum, ille dormie-
bat ſuper lectũ ſuum in cõclaui, & percutientes interfecerunt eum:
ſublatoq; capite eius, abierũt per viam deſerti tota nocte, 8. & attule-
runt caput Isboſeth ad Dauid in Hebron: dixeruntq; ad regem: Ecce
caput Isboſeth filij Saul inimici tui, qui quærebat animã tuam: & de-
dit Dominus domino meo regi vltionem hodie de Saul, & de ſemine
eius. 9. Reſpondens autem Dauid Rechab, & Baana fratri eius, filijs
Remmon Berothitæ, dixit ad eos: Viuit dominus, qui eruit animam
meam de omni anguſtia, 10. quoniam eum, qui annunciauerat mihi,
& dixerat: Mortuus eſt Saul: qui putabat ſe proſpera nunciare, tenui,
& occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuncio.
11. Quanto magis nunc cùm homines impij interfecerunt virum in-
noxium in domo ſua, ſuper lectum ſuum, non quæram ſanguinẽ eius
de manu veſtra, & auferam vos de terra? 12. Præcepit itaq; Dauid pue-
ris ſuis, & interfecerunt eos: præcidenteſq; manus & pedes eorum, ſu-
ſpenderunt eos ſuper piſcinam in Hebron: caput autem Isboſeth tu-
lerunt, & ſepelierunt in ſepulchro Abner in Hebron.

COMMENTARIVS.

ISboſeth interfectus fuit à duobus latronum principibus, id eſt, militum, qui huc illuc prædatum excurrere ſolebant, ideoque 70. Joſeph. Chald. vocant duces copiarum ſeu capitaneos, prout noſter *I*nterpres 1. Paral, 12. v. 18. vertit: principes turmæ. fugerant iſti in Palæſthinorum vrbem Gethaim. v. *3.* non Palæſthinorum metu, cum eſſet Saul mortuus; neque ob regni translationem, ad Miphiboſetham vaſtatam & perditam: ſed ob quodcumque facinus, quod punire volebat *I*sboſeth, vt aiunt Rabanus, Andreas, Abul.

Rex verò v. 5. meridiabatur, ſeu ſomnum dormiebat, quem Chald. vocat ſomnum regum, forte quia ceteris noctu dormientibus eos merito vigilare opor-

tet: vt Epaminondas & Homericus ille dicebat; vel potius quia mollium & delicatulorum videtur ſomnus meridianus. Ioſeph.l.15.c.11.de Herode. Sophronius c.77.Prati de philoſopho Eulogio. Thraſybulus in Tol. ſua. Alioqui fures vocat Heſiodus ἡμεροκοίτους. quia cum vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones, ij interdum dormire ſolent. Ingreſſi ſunt illi v. 6. quaſi tritici ſpicas afferrent, regi ſcilicet oblaturi munera & primitias, inquit A.T. vel vt ſeipſos ſpicis tegerent; vel quaſi tritici emptores eſſent, vt habet Chald. Rab. Salomon, & ſignificat l. citando Gregorius pro his tamen verbis vertunt 70. & alii græci ſic & ecce oſtiaria domus purgabat triticum, & dormitauit & dormiebat, quæ nõ tam verſio quam adiectio quædam videtur, qua illorum ingreſſionis modus oſtenditur. Cum enim ancilla illa tritico purgando laboraſſet, præ labore & æſtu, obdormiit; vti enim tradit Ioſeph. & S. Gregor.1.mor.c.36. Oſtiaria, inquit, triticum purgat, cum mentis cuſtodia virtutes à vitiis ſeparat, quæ ſi obdormierit &c. ad interficiendum animum malignis ſpiritibus iter pandit. vide ibidem pulcherrima. Sed vbi regii corporis cuſtodes? Ipſi etiam ob æſtum meridiationem captabant, vel abierant, inquit Ioſeph. & Abul. q.6.

Cur verò Miphiboſethi v.4. mentio? Reſp. A.T. Andreas, Rabanus, propter regni tranſlationis conſilium, de quo paulo ante. Sed cum Abulenſi q.5. dicas, id factum, vt ſignificetur merito ad Dauidem regnum illud transferri, cum ex Saulis ſtirpe ad quem regnum ſpectaret directe ſupereſſet nemo.

CAPVT V.

1. ET venerunt vniuerſæ tribus Iſrael ad Dauid in Hebron,
dicentes: Ecce nos, os tuum, & caro tua ſumus. 2. Sed &
heri & nudiuſtertius cùm eſſet Saul rex ſuper nos, tu e-
ras educens & reducens Iſrael: dixit autem Dominus ad
te: Tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris dux ſuper Iſrael. 3. Ve-
nerunt quoq; & ſeniores Iſrael ad regem in Hebron, & percuſsit cũ eis
rex Dauid fœdus in Hebron coram Domino: vnxeruntq; Dauid in
regem ſuper Iſrael. 4. Filius triginta annorum erat Dauid, cùm re-
gnare cœpiſſet, & quadraginta annis regnauit. 5. In Hebron regnauit
ſuper Iudam ſeptem annis & ſex menſibus: In Ieruſalem autem re-
gnauit triginta tribus annis ſuper omnem Iſrael & Iudam. 6. Et abijt
rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Ieruſalem, ad Iebuſæum habi-
tatorem terræ. dictumq; eſt Dauid ab eis: Non ingredieris huc, niſi
abſtuleris cæcos & claudos dicentes: Non ingredietur Dauid huc.
7. Cepit autem Dauid arcem Sion, hæc eſt ciuitas Dauid. 8. Propo-
ſuerat enim Dauid in die illa præmium, qui percuſsiſſet Iebuſæum, &
tetigiſſet domatum fiſtulas, & abſtuliſſet cæcos & claudos odientes
animam Dauid. idcirco dicitur in prouerbio. Cæcus & claudus non
intrabunt in templum. 9. Habitauit autem Dauid in arce, & vocauit
eam, Ciuitatem Dauid: & ædificauit per gyrum à Mello & intrinſe-
cus. 10. Et ingrediebatur proficiens atque ſuccreſcens, & Dominus
Deus exercituum erat cum eo. 11. Miſit quoq; Hiram rex Tyri nun-
cios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificeſque la-
pidum ad parietes: & ædificauerunt domum Dauid. 12. Et cognouit
Dauid

Dauid quoniam confirmaſſet eum Dominus regem ſuper Iſrael, & quoniam exaltaſſet regnum eius ſuper populum ſuum Iſrael. 13. Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxores de Ieruſalem, poſtquã venerat de Hebron: natique ſunt Dauid & alij filij & filiæ: 14. & hæc nomina eorum, qui nati ſunt ei in Ieruſalem, Samua, & Sobab, & Nathan, & Salomon, 15. & Iebahar, & Eliſua, & Nepheg, 16. & Iaphia, & Eliſama, & Elioda, & Eliphaleth. 17. Audierũt ergo Philiſthijm quod vnxiſſent Dauid in regem ſuper Iſrael: & aſcenderũt vniuerſi vt quærerent Dauid: quod cùm audiſſet Dauid, deſcendit in præſidium. 18. Philiſthijm autem venientes diffuſi ſunt in Valle Raphaim. 19. & conſuluit Dauid Dominum, dicens: Si aſcendam ad Philiſthijm? & ſi dabis eos in manu mea? Et dixit Dominus ad Dauid: Aſcẽde, quia tradens dabo Philiſthijm in manu tua. 20. Venit ergo Dauid in Baal Pharaſim. & percuſsit eos ibi, & dixit: Diuiſit Dominus inimicos meos coram me, ſicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatum eſt nomen loci illius, Baal Pharaſim. 21. Et reliquerunt ibi ſculptilia ſua: quæ tulit Dauid, & viri eius. 22. Et addiderunt adhuc Philiſthijm vt aſcenderent. & diffuſi ſunt in Valle Raphaim. 23. Conſuluit autem Dauid Dominum: Si aſcendam contra Philiſthæos, & tradas eos in manus meas? Qui reſpondit: Non aſcendas contra eos, ſed gyra poſt tergum eorum, & venies ad eos ex aduerſo pyrorum. 24. Et cùm audieris ſonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prœlium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat caſtra Philiſthijm. 25. Fecit itaque Dauid ſicut præceperat ei Dominus, & percuſsit Philiſthijm de Gabaa, vſq; dum venias Gezer.

COMMENTARIVS.

Dauidis regnum Iudæum ſeu totius Iſraelis.

ISboſetho perempto ad Dauidem tribus omnes maximo conſenſu & numero conuenerunt, proût hic deſcribitur, & copioſius, 1. Paral. *12*. v. 23. c. *11*. v. 1. & 10. & ſeq. de quibus in cap. *23*. Tria verò quibus ipſum regem eſſe vellent argumenta propoſuerunt. primum à ſanguinis propinquitate, à Iacob ipſo repetita. ſecundum à principatu Saulis temporibus bene feliciterq; geſto. tertium à Domini verbis, quibus per Samuelem, vt habetur 1. Paral. 11. v. 3. & in Ioſepho eum Dominus eſſe populi paſtorem iubebat, vt pſal. *77*. v. 71. prout vocat etiam Homerus ποιμένα λαῶν.

Vnctus fuit tertia iam vnctione, vt quæ non ſimplex electio fuit, vti quæſt. *14*. cenſet Theodor. annus ætatis ipſius agebatur 38. quoad ſex menſes inchoatus. Regnauit deinceps annos 30. & dimidium, vſque ad mortem ſcilicet ſuam, anno ætatis 70. & ſic regnauit in vtroq; regno annos 40. Hebræi apud A. T. quia v. 5. hic, 33. annos integros accipiunt, putant regnaſſe annos 40. & 6. menſes. horum tamen nullam fieri menſium mentionem putant, quod ſex menſibus Abſalonem fugerit, vel corporis aliqua infirmitate laborarit.

Geſtum I. Hieroſolymam regni deinceps & templi ſedem futuram, diuino, vt ex pſalmis colligitur, inſtinctu, Iebuſæis de quib. Iud. 1. totam extorquere ſtatuit. Sed cũ deditionẽ peteret, rñderunt illi v. *6*. nõ ingredieris huc niſi abſtuleris

cæcos & claudos. hos exiſtimant aliqui imagines & ſtatuas tãtum fuiſſe; alij veros homines. imagines quidẽ quadrupliciter: primò, vt per eas ſuper muris poſitas ſignificarentur otioſi, quaſi dicerent ẽt nobis nihil agentibus, intrare non potes; tam ſc. munita vrbs noſtra eſt. ſecundò, vt per eas ſignificarentur ædium faſtigia, in quibus illæ affixæ eſſent, quaſi dicerent: niſi tranſcẽſis ædium noſtrarum faſtigiis, non ingredieris: *I*ta Eraſ. in adagiis. tertiò, Rabi Eliezer c. 36. copioſe de hac vrbe ſcribens imagines nominat. nimirum Iebus vocitatur vrbs, & inde Iebuſæi, cum eſſent alioquin Hethei. pepigit cũ iis, ait, Abraham, de nõ occupanda vrbe ab ſuo ſemine abſq; voluntate illorũ. fecerunt ergo ſtatuas æreas in platea ciuitatis, & inſcripſerũt IVRAMENTVM ABRAHAM. hæ ſunt cæci & claudi, quia oculos habent, & nõ vidẽt &c. hi inimici Dauidis, quia hic oderit idololatriam. quartò, Rab. verò Sal. Abnezra, ceteriq; Rabini, duas fuiſſe aiunt imagunculas, vnã Iſaaci cæci, alterã Iacobi claudi; vt per eas admonerẽtur Hebræi fœderũ q̃ ipſi cũ Abimelech olim ꝑcuſſiſſent Gen. 26. quinto. idola, q̃ p̃ſidij cauſa in muris collocata: Ita Burg. ſed Luther. inepte cũ *S*anctor. imagin. cõfert.

Veros vero homines quidam ſtatuunt. primò, metaphorice, qui animo ſcil. cæcutirent & claudicarent, i. peccatores & flagitioſos. ita Chald. 2. verè cæcos & claudos, ſed dupliciter: 1. quod huiuſmodi miſeris hominib. arcem tutandam Iebuſæi commiſiſſent q. d. eam vel à ſolis cæcis & claudis defendi poſſe, ita *I*oſe. c. 2. l. 7. Proc. Theod. q. 16. 17. gloſſa interl. Abul. q. 7. Villalp. l. 2. Appar. c. 1. p. 74. 2. vt ſeipſos Iebuſęi intelligãt quaſi cõuitio quopiã militari ſic à Dauidicis vocati eſſent; vel à Dauide ſe pro talib. haberi cenſerẽt, ita A. T. Hiſtoria Schol. gloſſ ordin. Sed ex authorib. ſub finem Ægyptiaci exitus citatis, nominatim ex Ieſeph. Notandum, idololatras Moyſi dixiſſe quòd cæcos & claudos eduxerit. Ita enim apud eum nugatur Apion. *I*ebuſæi ergo iſti ipſos cum Dauide Iudæos eodem conuitio petulanter afficiunt, dicẽdo, niſi abſtuleris, ſeu diſcedere hinc feceris claudos & cæcos tuos, nõ ingredieris huc, ſed remoueas cæcos & claudos, ſeu cum iis abſcede hinc, vt ſeq. c. v. 10. hebr.

Tũ David hoc in ipſos conuitium retorquendo, præmium propoſuit ei qui cæcos & claudos, non ipſos Iudæos qui tales non erant, ſed Iebuſæos, qui dicuntur eod. v. 8. odientes animam Dauid, ſeu vt Chald. habet, quos abijciebat vel oderat anima Dauid, quia nimirum dixerant, cæcus & claudus non intrabunt in domũ iſtam, vnde prouerbium poſtea factum: cæci & claudi, qui ſcil. verè tales ſunt vt Iebuſæi, non intrabunt in arcem illam amplius, ſeu vt 70. & noſter, nõ intrabunt in templum Dñi, quod male quidam de fidelibus, qui ſolo corpore cæci & claudi, intelligunt. neq; n. id genus hominibus, vnquam antea vel poſtea templi aditus præcluſus fuit, ſed tantum iis laicis qui immundi eſſent, Leuit. 11. 15. vel Leuitis corpore vitiatis, ne officio fungerentur. Leuit. 29. pręmium ei qui primus Hieroſolymitanæ arcis mœnia ſubijſſet apertius proponitur. 1. Par. 11. v. 6. idque accepit *I*oab. Jebuſæi verò interfecti omnes præter vnum Judæis amiciſſimum, inquit Joſeph. Areunam ſcil. de quo in c. 24.

Geſtum ſecundum. Ædificauit eam Hieroſolymorum partem, quam Jud. 1. dixi ſuperiorem vrbem vocari. per Mello alij voraginem intelligunt, vt dixi Judic. 9. alij comitiorum plateam. de Mello Villalp. c. 2. l. 2. app. Thargum Cant. 7. v. 4 ædificauit arcem Sion, quæ vocatur Migdala delibnan. i. turris Libani. quia omnis qui ſteterit in ea, poteſt numerare omnes turres quæ ſunt in Damaſco. & ipſam Hieruſalem dixerat vocari Libanũ c. 4. v. 15. Præfectus ædificationis fuit Joab. 1. Par. 11. licet eum locum A. T. explicet, quaſi Joab eam vrbem exſtruxerit parcendo Iudæis, qui Jebuſæis permixti erant. hic pars iſta Hieroſolymorum dicta eſt ciuitas Dauid, v. 7. 9. De tota vero Hieroſolyma videatur Arias, & Adrichomius.

Geſtum tertium. Ad ſeptem de quibus ſupra c. 3. alias vxores adiunxit principales

cipales & minus principales; quarum iſtæ, vt ſæpius dixi, vocantur pallacæ, noſtro interp. cõcubinæ. Ex illis principalibus natos ait Ioſeph. nouem filios, & ex iſtis aliis duos. Sed I. Par. 3. v. 9. filij concubinarum omittuntur, & principalium vxorum filii numerantur, cum vna ſæpè Thamar. c. 14. duodecim. hic vero tantum ii. ſicq; quod vno loco ſcripturæ omiſſum eſt, in altero ſuppletur. Sed 70. varia repetitione. 24. poſuerũt. hic ſciendum tamen in Paral. duo nomina bis poni c 3. & vnum c. 14. vel quia duo fratres idem nomen habebant, cum aliqua cognationis diſtinctione: vel quia vt vult Vatablus, vno filio mortuo, filiorum poſterius natorum alicui nomen impoſitum eſt. Græci tamen iſta nomina ſic vertunt, vt eadem non videantur. Qui vero c. 11. l. 2. Pa nominatur, traditur ab A. T. filius concubinæ, de filiabus dicetur in c. 13.

Geſtum quartum. duo bella quibus eum oppugnatum venerant Palæſthini feliciſſime confecit. ita vt in priore, hac illac diſperſi ſint inſtar aquarũ vaſe rupto, vel torrente, eorumq; dii, quos auxilii cauſa, quemadmodum Iſraelitæ olim arcam, attulerant, accepti ſint, & vt habet hic Chald. v. 21. combuſti, v. 1. Par. 14. v. 12. ex lege Deut. 7. de valle iſta diuiſionis, & hac victoria Iſai. c 28. v. 21.

In poſteriori bello cum v. 22. Dominum interrogaſſet Dauid per Sacerdotẽ, iuſſus eſt, non aduerſa fronte aduerſus Palæſthinos procedere, ſed occulto itinere in poſteriorem eorũ partem venire, ſicq; inter ipſos & multitudinẽ arborum interiecti erant Palæſthini. haſce arbores, quidã vocant moros, ſed noſter interp. & Aquila pyros. 70. vero vocãt lucum vel nemus gemitus ſeu fletus. nomen n. hebræum à lacrymando ductũ videtur, vnde A. T. intelligit idola Palæſthinorum quæ dicantur idola fletus; quod iis nõ niſi lacrymis ſacrificari oporteret. alii occultã quandam arborum iſtarum & lacrymarũ ſympathiam putãt.

Dixit ergo Dominus, cum audieris ſonitum gradientis in cacuminẽ pyrorũ, tunc inibis prælium. Hunc greſſum intelligit Ioſeph. & Theo. q. 19. ipſarum arborum in cacuminibus citra ventum vllum agitationem. A. T. compactionẽ & deletionem idolorum iam dictorũ per angelicas poteſtates. alii ipſius Dei, ſeu diuini exercitus & angelici progreſſionem, & quendam veluti fragorẽ, quo Palæſthini tenerentur, cũ à fronte tot & tantos hoſtes adeſſe ſentirent, & à tergo inſtantem Dauidẽ aduerterent. Vnde Chald. vocẽ clamoris vertit, & exire, ait, Angelum Dñi ad ſecundandum prælium, vt Philiſthæorum caſtra occideret. Sunt vero iſti occiſi ex Gabaam, ſeu vt habetur 1. Par. 14. ex Gabaon. quia vtroq; nomine idẽ locus appellabatur: vel quia loca vicina erant. Ioſ. 18. Vſq; in Gaſeram, quæ Palæſthinorum vrbs erat, inquit Ioſ. & patet 3. Reg. 9 Joſ. 16.

CAPVT VI.

1. Congregauit autem rurſum Dauid omnes electos ex Iſrael triginta millia. 2. Surrexitque Dauid, & abijt, & vniuerſus populus, qui erat cum eo de viris Iuda, vt adducerent arcam Dei, ſuper quam inuocatum eſt nomen Domini exercituum, ſedentis in Cherubim ſuper eam. 3. Et impoſuerunt arcam Dei ſuper plauſtrum nouum: tuleruntque eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autem, & Ahio filij Abinadab, minabant plauſtrum nouum. 4. Cumque tuliſſent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, cuſtodiens arcam Dei Ahio præcedebat arcam. 5. Dauid autem, & omnis Iſrael ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis & lyris & tympanis & ſiſtris & cymbalis. 6. Poſtquam autem venerunt ad Aream Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant bo-

ues, & declinauerunt eam. 7. Iratuſque eſt indignatione Dominus
contra Ozam, & percuſsit eum ſuper temeritate: qui mortuus eſt ibi
iuxta arcam Dei. 8. Contriſtatus eſt autem Dauid, eo quod percuſsiſ-
ſet Dominus Ozam, & vocatum eſt nomen loci illius: Percuſsio Ozę
vſq; in diem hanc. 9. Et extimuit Dauid Dominum in die illa, dicens:
Quo modo ingredietur ad me arca Domini? 10. Et noluit diuertere
ad ſe arcam Domini in ciuitatem Dauid: ſed diuertit eam in domum
Obededom Gethæi. 11. Et habitauit arca Domini in domo Obede-
dom Gethæi tribus menſibus: & benedixit Dominus Obededom, &
omnem domum eius. 12. Nunciatumq; eſt regi Dauid quod benedi-
xiſſet Dominus Obededom, & omnia eius propter arcam Dei. Abijt
ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo Obededom in ciuitatem
Dauid cum gaudio: & erant cum Dauid ſeptem chori, & victima vi-
tuli. 13. Cumq; tranſcendiſſent qui portabant arcam Domini ſex paſ-
ſus, immolabat bouem & arietem, 14. & Dauid ſaltabat totis viribus
ante Dominum. porro Dauid erat accinctus ephod lineo. 15. Et Da-
uid, & omnis domus Iſrael ducebant arcam teſtamẽti Domini, in iu-
bilo, & in clangore buccinæ. 16. Cumq; intraſſet arca Domini in ciui-
tatem Dauid, Michol filia Saul proſpiciens per feneſtram, vidit regem
Dauid ſubſilientem, atq; ſaltantem coram Domino: & deſpexit eum
in corde ſuo. 17. Et introduxerunt arcam Domini, & impoſuerunt e-
am in loco ſuo in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid: & ob-
tulit Dauid holocauſta, & pacifica coram Domino. 18. Cumq; com-
pleſſet offerens holocauſta & pacifica, benedixit populo in nomine
Domini exercituum. 19. Et partitus eſt vniuerſæ multitudini Iſrael tã
viro quam mulieri ſingulis collyridam panis vnam, & aſſaturam bu-
bulæ carnis vnam, & ſimilam frixam oleo: & abijt omnis populus, v-
nuſquiſq; in domum ſuam. 20. Reuerſuſq; eſt Dauid vt benediceret
domui ſuę: & egreſſa Michol filia Saul in occurſum Dauid, ait: Quam
glorioſus fuit hodie rex Iſrael diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum
ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris. 21. Dixitque
Dauid ad Michol: Ante Dominũ, qui elegit me potius quam patrem
tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi vt eſſem dux
ſuper populũ Domini in Iſrael, 22. & ludam, & vilior fiam plus quam
factus ſum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus
locuta es, glorioſior apparebo. 23. Igitur Michol filiæ Saul non eſt na-
tus filius vſq; in diem mortis ſuæ.

COMMENTARIVS.

GEſtum quintum. Eximia Dauidis in Deum religio factis duobus explicatur. vnum eſt, arcæ in Hieroſolymitanam vrbem deductio, iſto cap. 6. & 1. par. 13. 15. Alterum templi ædificandi ſeria cogitatio c. 7.

Deductio ex Cariathiarim vbi l. 1. c. 7. eam reliqueramus facta eſt. ſed bifariam. primò, imperfecte, quando ſcil. ad deſtinatum terminum, qui erat domus Dauid, peruentũ non eſt: deinde perfecte. prior illa deſcribitur à v. 1. vſq; ad 12.

De hac

De hac re cœpit Dauid conſilium cum principibus tribunis. 1. Par. 13. populumque cohortatus eſt, cum argumentis aliis, tum eo: quod quia hæc arcæ reductio Saulis tempore facta non eſſet, magnæ calamitates acceptæ viderentur, vti contra Abulenſem q.3. docet Ioſeph. maxima multitudo congregata fuit, & vt ibidem dicitur à Sihor Ægypti. i. à Nilo, non illo magno, de quo in Exodo ſæpius: ſed illo ad Rhinocoluram, qui vt ait A. T. ex illo deriuatus eſt, vnde Græci vertunt à terminis Ægypti.

Statuuntur verò hic tantum 30000. qui tum in proceſſionem venerint cum tota tribu Iuda: ſed intelliguntur millia electorum ſeu iuuenum, vt Græci habent & Ioſeph. in iſto v. 1. aderant etiam Sacerdotes & Leuitæ ex eodem c. 13. v. 2. non tantum eorum principes c. 15. v. 13. magna omnium erat pietas, & feſta maximelætaque religio. ſed eam interturbauit Ozæ mors: hic arcam plauſtro nouo impoſitam ducebat, & cum eo ipſe Ahio, pro quo noſter interpres 1. par. 3. v. 7. vertit frater eius, græci ſemper fratres reddunt: ob puncta ſcilicet alia & alia. Eorum pater erat ille de quo 1. Reg. 7. Aminadab. qui, vt ex loci huius ſilentio, temporisque longitudine (licet aliud A. T. innuat) colligit Abulenſis, iam mortuus erat, ipſiusq; natu maximus filius, de quo ibidem Eleazarus, & quia hunc iſtum Leuitam fuiſſe diximus, non eſt cum Merœro & Soto quarto. d. 13. ar. 3. negandum fuiſſe Leuitam Ozam: neque aſſerendum cum Angelomo & gloſſa ordin. eſſe ſacerdotem, ſed tantummodo Leuitam, prout docet S. Hieron. epl. ad Sebinianum S Gregor. l. 5. moral. c. 9. Author mirabilium l. 2. c. 12. Ioſephus.

Ventum tandem eſt ad aream Nacon, vt habent latina cor. licet 70. correcti Nachor legant. ſed Aquila & veteres, Angelomus, alij, Nacon legerunt. hæc eadem 1. Par. 13. v. 9. dicitur arca Chidon, quod vt ait A. T. ibi Ioſue clypeum erexerit. Ioſue c 8. vt ibi tactum q. 6. vel quod hominis alicuius eſſet vtroque nomine appellati. Boues qui arcam ferebant calcitrarunt, vt habet noſter textus, ſeu vt Rab. Sal. & Chaldæus vertunt, arcam mouerunt & impulerunt, quod in correctis etiam Latinis ſignificatur v. 6. perdeclinauerunt eam. quæ verba rem explicant, ſicut & in 70. non autem quaſi parum latina cum Brugenſi reiicienda ſint. in ſuis tamen commentariis & radicibus Rab. Camius patrem ſuum & Rab. Iona citat dicentes: hic boum membra & iuncturas diuiſas & diſſolutas fuiſſe præ arcæ ſanctitate, quam ipſi non portare, ſed Leuitæ debebant. Voluit Oza nutantem arcam ſuſtentare & à Domino interemptus eſt, ſeu vt hebr. dicitur diuiſus eſt, ſcilicet à viuentium numero, non autem vt A. T. à loco in quo eſſet: vel quod eius brachium aruerit, & ab humeris quibus arcam ferre debuerit diuiſum ſit. Author. mirab. ſuffocatum putat.

Sed cum Leuita eſſet, cur ſic occiſus eſt? Reſpondet verſus 7. ob temeritatem ſuam. & hæc 1. Par. 13. explicatur, quod manum ſuam ad arcam extenderit, eamque tetigerit, duæque aliæ cauſæ ibid. c. 15 indicantur, quod plauſtro ſcilicet impoſita fuerit, non Leuitis. quod horum & ſacerdotum principes abfuerint, cum tamen religionis fuiſſe videatur arcam ne caderet ſuſtentare.

Variæ ſententiæ de huius mortis cauſa ſunt. Prima. fuiſſe illum occiſum ob alienum peccatum Dauidis, qui eam plauſtro impoſuerit, non Leuitarum humeris. ita Rab. Sal. parum probabiliter Ezech. 18. Exod. 34. Secunda ob proprium peccatum, quod apud Theodoretum, quidam incertum putant, & iam antea patratum, idque vel ſolum, vel cum peccato iam admiſſo copulatum, eoque maius, vt author mirab. l. c.

Alij certum ſtatuunt. Primo. quod arcam non portarit. D. Hiero. l. c. Oza Leuites arcam Dei, quam portare ipſe debuerat quaſi ruentem ſuſtentare voluit, & percuſſus eſt V. B. Simone tt. Ciſterti: Ab. ep. 22. Conſt. Apoſt. l. 2. c. 10. qui peccarit, ſi per contemptum eccleſiam ingrediatur & c. pœnas dabit, vt Ozan cum arcam tetigit, vt eam firmaret: & Achan, cum furatus eſt, & c. S. Ephrem de ſa-

 cerd. t.

cerd.t.1. non dico tibi ô homo, non ſolum non ſacerdotium temerarie aſſumẽdum, ſed neque ceterorum quippiam ex vaſis venerandi cultus diuini contingẽdum. ſi quidem legiſti quid paſſus ſit Oza, eo quod arcam Dei tetigiſſet, vide D. Gregorium 5. Moral. 10. D. Chryſoſt. Act. c. 5. h. 12. Oecum. Act. 5. Ioachimum Abb. ſub finem c. 2 H. f. 57. Saluianus l. 6. de pro. ait, Oza ille Leuites Dei, ipſo in officio inofficioſus fuit, qui iniuſſa præſumpſit. A. T. Secundo. quod author imponendi arcam plauſtro fuerit vitioſa Palæſthinorum imitatione. 1. Reg 6. Theodo. Procop. Lyran. Rabini apud ipſum, & quodammodo A. T. Tertio. quod rei vxoriæ nocte illa operam dediſſet, ſicque immundus eſſet. Nam etiam apud Gentiles, qui Deorum fercula ferebant, & mundi & longo tempore caſti eſſe debebãt auctore Macrobio l. 1. Sat c. 23. Heliod. l. 10. Ita quidam apud Abul. q. 10. Quarto. quod arcam tetigerit non explorata conſcientia. Pacianus in parænesi. Quinto. quod irreuerenter eam tetigerit, idque ait Abul. l. c. dupliciter. Primo. non neceſſario quia leuis erat calcitratio, non autem vt Rabini fingunt, quod ipſa potius portaret, quam portaretur. Secundo. quod non cum magna reuerentia. Sexto. quod etſi Leuita erat, non tamen ex Caathitis, quibus ſolis arcę portandę munus impoſitum erat Num. 4. Septimo quod etſi Caathita fuerit, non tamen niſi veſtibus arcam tangere liceret. Octauo. quod nudam tetigerit, quod Leuitis fas non erat. Num. 4 7.

Sed obiiciunt Lyra & Abul. cum arca ferretur, tectam ſemper & velatam fuiſſe. ibid. Dicendum tamen veram hanc cauſam videri, quia dum 1. Par. dicitur arcam tetigiſſe, intelligitur eo modo quo Num. 4 v. 15. 18. 19. vetantur Leuitæ non tangere, ſcilicet apertam & non inuolutam. inuoluta verò tunc non erat, non quod plane nuda eſſet. vt l. 1. c. 6. Sed quod velata eſſet velis quæ colligata non eſſent: ſed ita ſuperpoſita, vt huc illuc vento aut plauſtri agitatione agitarentur & ventilarentur. Cum igitur calcitrarunt boues, inclinarunt in vnam partem velamina, ſicque accurrens Oza, per imprudentiam & incautum zelum arcæ partem nudam tetigit. atque hoc ſignificat Chryſoſt. Gal 1. Ionas l. 2 ſub finem, Gloſſa ord. & Angel dum præſumptuoſe & incaute tetigiſſe aiunt, & D. Areopagita Epheſ. 8. Id verò non contigiſſet ſi ei ferendæ non plauſtrum ſed humeros ſuppoſuiſſent. Suppoſuiſſent vero ſi ſacerdotum Leuitarumque principes qui cæremoniarum peritiſſimi erant adfuiſſent. adfuiſſent vero ſi vel vocati fuiſſent, vel aliis certe negotiis quæ neceſſaria magis putabant, retenti non fuiſſent. vnde c. 15. v. 13. hebr. & græc. non in iudicio, inquit Dauid, id eſt, non ſatis prudenter, cõſiderate & religioſe arcam fuiſſe nunc deductam. monet Ang. Ozam iſtum temporali morte pœnas futuras euaſiſſe.

Patres verò multa hic notant. ſcilicet: non oportere Laicos ſacris ſeſe miniſteriis ingerere D. Areopag. l. 1. totus, ait, A mirab. populus, quia caute in diuinis rebus ſe agere deberet, admonetur. D. Hieronym. epl. ad Euſtoch. ne virgines, quę ſunt arca ſpiritualis tangantur. D. Chryſoſt. oratione in Priſcillam & Aquilam. D. Greg. quinto moral. c. 10. Ionas l. c. & Angelomus, ne à ſubditis ſuperiorum facta temerè carpantur. D. Chryſoſt. in 1. Gal. ne fidei dogmata temere tractentur & violentur. S. Pacianus l. c. ne Euchariſtia indignè adeatur: vos, inquit appello qui criminibus admiſſis pœnitentiam recuſatis, vos inquam poſt impudentiam timidos, poſt peccata verecundos, qui cum mala conſcientia Dei ſancta contingitis & altare Domini non timetis, qui ad manus ſacerdotis in cõſpectu Angelorum ſub fiducia innocentiæ acceditis, &c. tanta infuit cura diuinæ prouidentiæ, vt audaces manus nec ob auxilium ſuſtineret.

Mentem iuſti eſſe arcam teſtamenti, patet in S. Antonio de Padua, vt eſt in eius lectionibus. quemadmodum & Gennadius in catal. fine vocat Honorati Maſſilienſis epiſcopi os, armarium ſcripturarum. Neſteros apud Caſſian. coll. 14. c. 10. continua, ait, meditatio ſcripturarum, mentem facit arcam Teſtamenti, &c.

ti,&c.p.915. D.Hier.in c.2.Epheſ.p.215. A. ſcribit: cum fuerimus &c. condatur in nobis arca teſtamenti, dicamurque debir, id eſt, λαλητήριον, locutorium, &c.

Hinc ergo timore perculſus Dauid, arcam reliquit in domo Obededom, quę vel in agello Hieroſolymis vicina erat, vt vult Ioſephus: vel certe in inferiore Hieroſolyma. Dicitur vir iſte à Ioſepho pauper initio fuiſſe, ſed iuſtus, & ab eod. A.T. gloſſ. ordin. dicitur Leuita, idque probatur ex 1. Par. 16. & 26. Sed quomodo hoc loco v. 10. & 11. Par. 13. v. 14. vocatur Gethęus. i. Philiſthęus, ſeu vt aiũt in Paralip. Theodoretus & Procop. Allophylus? ſed quia eius pater in Geth habitarit, quemadmodum ſcilicet Elimelech. Ruth. 1. Gethæum appellatum fuiſſe arbitror.

Apud eum totos tres menſes arca manſit, & eum eiusque domum benedixit Dominus. Exiſtimat A.T. hanc benedictionem fuiſſe, quod omnes eius fœminæ, vxores, ancillæ, nurus, maſculos parerent, beſtiæ verò geminos. Sed cum Ioſepho ſentiendum, eum diuino beneficio magnis ſubito opibus auctum fuiſſe, ita vt clarè Dei benedictio perſpiceretur, vide 1. Par. 26. v. 5.

Altera deductio. c. 6. v. 12. & 1. Par. 15. & 16. explicatur cum è domo ipſius Obededom in ſuperiorem Hieroſolymam in domum Dauid deducta fuit. hic enim nouum tabernaculum excitarat Dauid. v. 17. & 1. Par. 16. v. 1. non quo iam Moyſis tabernaculum operiret, vt exiſtimat. A.T. ſed tamen vt in eo arcam honorificentiſſime poneret, ideoque duo deinceps tabernacula eſſe cœperunt. Vnum Moſaicum, quoad in Gabaon, quod templum ædificatum eſſet, mãſit 3. Reg. 8. alterum Dauidicum iſtud, de quo 1. Par. 21. 2. Par. 1. 3. Reg. 1. Quemadmodum verò, Ozæ periculum Dauidem terruerat; ita Obededomis benedictio & felicitas eum excitauit.

Sunt verò in iſta deductione ſpectanda hæc. Primo. Gaaditarũ humeris iam impoſitam fuiſſe, multoq; maiorem omnibus in rebus cautionem & reuerentiam adhibitam, maiorem etiam frequentiam. aderant enim ſacerdotum & Leuitarum etiam principes, viri & fœminæ, vt ex v. 20. 22. hic patet, etiam pueri, vt ait Ioſephus. Inceſſus erat grauis, vt hebræorum nomen indicat, & ex eo conſtat, quod ſinguli paſſus numerarentur. nam poſt ſextum quemque paſſum ſacrificia fiebant, boũ & præpinguiũ arietum, vt hebræum nomẽ indicat, quod hic ſingulare pro plurali ponitur. nam 1. Par. 15. dicuntur ad ſenos quosque paſſus immolati ſeptem tauri & 7. arietes, quatuordecim ſcilicet animalia. adiicit q. 15. Abul. ſeptem oues, ſed in hebr. græ. & Latinis corr. eæ non ſunt.

Nunc ex ſpatio quod inter domum Obededom & arcam Dauid fuit colligere eſt. quanta hoſtiarum multitudo fuerit, quantumq; in iſta grauiſſima proceſſione horarum poſitum fuit. 70. aliiq; Græci & Latina corr. monent fuiſſe ſeptem choros, in quos non cantores tantum, ſed populus vniuerſus diſtributus eſſet.

Fuit vero harmonia plane mirabilis, vt inſtrumentorum multitudo & muſicorũ declarat. nam in paralipomenis enumerantur. Primo. qui adfuerint, nepotes filiorum Leui v. 5. 6. 7. deinde nepotes filiorum Gaadi v. 8. 9. 10. Sed cum Eliſaphan, qui v. 8. ponitur Vzietis filius fuerit Exod. 6. v. 22. ſciendum alios nepotes, quam per Eliſapham numerari. v 10. Armigata organa, quæ in quibuſdam libris leguntur, omittuntur in correctis. Muſicorum vero ordines ſeptem indicantur 6. 15. Paral. primus v. 17. ſecundus 18. tertius 19. quartus 20. quintus 21. ſextus 22. & 23. ſeptimus 24. Sed eadem interdum nomina diuerſi habent, vti c. 16. v 5. vel iidem ex vno interdum choro in alium commeant, eorum quidã ianitores vocantur, quia dum arca ducitur, ipſi eam antecedunt, v. 18. 24. & conſequuntur v. 23. & quia ianitorũ munere poſtea functi ſunt, de quibus in 26. c. Par. Quid vero ſit ibidem ad audiendum canere, & arcana, & epinicion pro octaua v. 21. licet hic tradat A.T. opportunius differtur in pſal. 6. & 45. vbi hi tituli.

Iam

Iam Dauid dicitur hoc c.6 v.14 accinctus Ephod lineo, de quo l.1. c.2 Græci vertunt ſtolam exallon, quam Theodor. & Procopius explicarunt, variam, ſiue coloribus, ſiue gemmis, vt horum ipſorum interpretes cenſent. poſſemus etiam vocare peregrinam & inuſitatam, quia propter vilitatem ea vti Reges non ſolebant; ideoque & illi arcaticam appellant. Putat Abul. Paral. v.27. vocari ſtolam byſſinam, ſeu lineam, ſed diſtingui videtur, cum hæc ipſa ſtola Leuitis ibid. tribuatur, & poſtea ſubiiciatur quaſi de re diſtincta, Dauid autem indutus erat ephod. qui ſtolam putarunt veſtem tãtum muliebrem, inepte hallucinati ſunt, vti c.1 de re veſtiaria probat Lazarus.

Sattabat verò totis viribus & ſubſiliebat, non quod poſterius iſtud diminutiuum ſit, vt Abulenſi viſum; ſed potius intenſiuum, vt hebræa coniugatio indicat & Rabini. Vbi arcam collocauit, ſacrificia varia obtulit, populo benedixit, munificeque diſtribuit triplicis generis edulia. Primo. panem. Secundo. aſſam carnem bubulam, vt correcta latina habent, non gubabam; componitur enim ab interprete modo hebræum nomen ex igne & boue, licet alij non ab eodem diuerſe vertant fruſtum carnis pulchrum, vel amplam portionem. Rabini quidam dicunt, partem vnam ex ſex in boue. Tertio. ſimilam frixam oleo vel in ſartagine, vt etiam 70. Ioſephus & Rab. Ioſeph. cum alij quidam vertant pultem, alij lagenam, ſcilicet vini vt Oſe.3.

Tunc domum redijt vt benediceret, non per antiphraſin vt A.T. habet, neq; vt ſimpliciter epularetur, ſed vt quam vniuerſo populo benedictionem dederat, eandem domeſticis ſuis, qui cuſtodiæ cauſa in palatio remanſerant, vel alia de cauſa, etiam daret. Munera illa ex pacificis victimis videri poſſunt. Ioſephus tamen quaſi diſtinctam ab iis partem ſacrificij adiungit.

Michol neſcio ob quam cauſam domi cum remanſiſſet, primo Dauidem in corde ſuo deſpexit. v 6. deinde muliebri lingua irriſit & obiurgauit v. 20. vbi nudatum ait, non quoad veſtes omnes, vt ſupra patuit: ſed quoad ſplendidas & regales. Vnde eundem comparat ſcurris, ſeu vt hebr. dicitur, hominibus vanis, & vel rei vel mentis inanibus & v. 22. idem nudationis verbum retinent 70. noſter cum hebræo & Aquila, vilior fiam.

Dauidis reſponſio admirabilis eſt, ſed notandum ſaltationem quandam eſſe vitioſam, vt fuit illa Herodiadis, & quælibet laſciua, de qua pro Muræna Cicero, D. Ambroſ. l. 2. de pœnitentia c.6. aliam vero modeſtam neque ab officio alienam eſſe, eiuſmodi maxime eſt hæc, quæ ad Dei gloriam refertur. D. Ambr. 2. de pœn. c. 6. & n. 5. l. 7. ait Dauid ſaltauit ante Arcam Domini: totum enim decet, quod religioni defertur, &c. D. Bernar. ſub finem ep. 87. valde pulcra habet. Saltauit & in Dei laudem, ille à S. Petro curatus claudus Act. 3. P. Mar. cap. 21. ſub finem f. 206. ait: qui hodie ad nos veniunt è Syria, teſtantur Chriſtianos, qui degunt in illis regionibus, die Reſurrectionis Domini, nec non alijs celebribus feſtis, venire in templum cum lyris & citharis, & Pſalmos inter ſe cantare, ac vna ſaltare. ſobriè tamen, & modeſtè ſaltare illos aiunt, ſeorſim viros, & ſeorſim mulieres ſic in Luſitania, & India pueri ante V. Sacramentum. Ego, inquit Angelomus, Dauidem plus ſaltantem ſtupeo, quam pugnantem. Pugnando quippe hoſtes ſubdidit: ſaltando autem ſemetipſum. B Ambroſ. l. c. continuat: totum decet quidquid defertur religioni, vt nullum obſequium, quod proficiat ad cultum & obſequium Chriſti erubeſcamus. hoc in obſequio valet illud; *Si vox eſt canta, ſi mollia brachia, ſalta; & quacunque potes arte placere place.* non illa inquit delitiarum comes, atque luxuriæ ſaltatio prædicatur. ſed qua vnuſquiſq; corpus attollat impigrum, nec humi pigra iacere membra, vel tardis ſinat torpere veſtigijs, de qua ſaltatione Luc. 7. cecinimus, &c. ſic in proceſſionibus venerabilis ſacramenti varia, vt oſtendit in concione de ipſa P. Schererus, adhibentur. Sed gentiles huiuſmodi, ſaltationes ad ſuas poſtmodum ſuperſtitiones

tradu-

traduxerunt, vt oſtendit lib de ſaltatione Lucianus, Athenæus l. 4. Rhodiginus l. 5. & Salij præſuleſque Romani.

Michol vero diuinitus punita fuit v. 23. Sed cum infra c. 21. v. 8. ipſius quinque filij dicantur, quomodo dicitur hoc loco ei filium natum non eſſe? Reſp. Citato c. 21. A. T. & ibidem, atque hic q. 25. Abul. illos filios fuiſſe ex ipſius ſorore Merob, ſed ab ipſa adoptatos: Ioſephus vero non ex Dauide; ſed ex altero viro ſuſceptos vult. Si enim aiunt Theodor. & Procopius ex Dauide & ipſa filij nati fuiſſent, facilius in Reges poſtea fuiſſent aſſcripti, quia & Patrem regem, & matrem regis filiam habuiſſent. Iudæi illo tantum tempore ſterilem dicunt, quo in Dauidem illuſit, eamque Ierimothi matrem volunt At vno forte die, vel hora ſterilis fuiſſet. quæ iſta pœna? non iocularis?

Gerebat Michol perſonam Synagogæ, & hæreticorum, & eorum qui Eccleſiæ cæremonias, piorumque hominum facta irrident, & calumniantur, vt oſtēdit. c. 25. l. de aduentu Meſſiæ Rab. Samuel. Angelomus, Gloſſ. ord. D. Ambroſ. apologiæ Dauid c. 6, & l. 6. epl. 36. Ideo, inquit, amplius placuit Dauid, quia ita ſe humiliabat Deo, vt regale poſthaberet faſtigium, & vltimum exhiberet Deo, q: ſeruulus, miniſterium: V. D. Greg. h. 7. Eu. p. 341. C. de hac humilitate Dauid. Denique illa quæ ſaltationem huiuſmodi reprehendit ſterilitatis damnata, nō dedit ſobolem regiam, ne ſuperbos crearet, &c. neſciebat ipſa, inquit Theodor. q. 21. & Procop. diuini amoris ſtimulos, qui magnos etiam ad parua excitat. &c. legit vero epiſt. citata D. Ambroſ. ero nugax, &c.

Porro Dauid conſtituit ſtata quædam ſacrificia, præter illa, quæ ad Moſaicum tabernaculum in Gabaon fiebant, varioſque homines ad canendum, arcamque cuſtodiendum, in quibus fuit v. 22. Chonenias, qui dicitur princeps prophetiæ, vel græce princeps in ſublatione, ſeu vt aliqui volunt in exaltatione vocis, alij in præſcribendis quæ canenda eſſent. Spiritu prophetiæ, inquit A. T. melodias & verba ad memoriam reuocabat. alij deniq; in onere fuiſſe ipſum aiunt, quod ipſi munus incumberet, erudiendi arcæ baiulos, quēadmodum progredi deberent, interquieſcere, commutari, &c. Conſtituit etiam pſalmos hoc in principio, cum arcam in tabernaculo poſuit, & nominatim vnum. c. 16. 1. Par. poſitum qui ex Pſal. 104. & 95. conſtat.

CAPVT VII.

1. FActum eſt autem cū
ſediſſet rex in domo
ſua, & Dominus de-
diſſet ei requiem vn-
dique ab vniuerſis inimicis ſuis,
2. dixit ad Nathan prophetam:
Videſne quod ego habitem in
domo cedrina, & arca Dei poſita
ſit in medio pellium? 3. Dixitque
Nathan ad regem: Omne quod
eſt in corde tuo, vade fac: quia
Dominus tecum eſt. 4. Factum
eſt autem in illa nocte: & ecce ſer-
mo Domini ad Nathan, dicens: 5.
Vade, & loquere ad ſeruum meū
Dauid

CAPVT XVII.

1. CVm autem habitaret
Dauid in domo ſua,
dixit ad Nathan pro-
phetam: ecce ego ha-
bito in domo cedrina: arca autem
fœderis Domini ſub pellibus eſt.
2. Et ait Nathan ad Dauid: Om-
nia, quæ in corde tuo ſunt, fac:
Deus enim tecum eſt. 3. Igitur
nocte illa factus eſt ſermo Dei ad
Nathan, dicens: 4. Vade, & loque-
re Dauid ſeruo meo: Hæc dicit
Dominus: Non ædificabis tu mi-
hi domum ad habitandum. 5. Ne-
que enim manſi in domo ex eo
tempo-

Dauid:Hæc dicit Dominus: Nū-
quid tu ædificabis mihi domum
ad habitandum? 6. Neque enim
habitaui in domo ex die illa, qua
eduxi filios Iſrael de Terra Ægy-
pti, vſque in diem hanc:ſed am-
bulabam in tabernaculo,& in tē-
torio. 7.Per cuncta loca,quæ trāſ-
iui cum omnibus filiis Iſrael, nū-
quid loquens locutus ſum ad v-
nam de tribubus Iſrael,cui pręce-
pi.vt paſceret populum meum Iſ-
rael, dicens: Quare non ædifica-
ſtis mihi domum cedrinam?8.Et
nunc hęc dices ſeruo meo Dauid:
Hæc dicit Dominus exercituum:
Ego tuli te de paſcuis ſequentem
greges, vt eſſes dux ſuper populū
meum Iſrael: 9. & fui tecum in o-
mnibus vbicumque ambulaſti,&
interfeci vniuerſos inimicos tuos
à facie tua: feciq; tibi nomen grā-
de,iuxta nomen magnorum, qui
ſunt in terra. 10.Et ponam locum
populo meo Iſrael, & plantabo
eum, & habitabit ſub eo, & non
turbabitur amplius: nec addent
filij iniquitatis vt affligant eum
ſicut prius,11.ex die qua conſtitui
iudices ſuper populum meum Iſ-
rael: & requiem dabo tibi ab om-
nibus inimicis tuis prædicitque
tibi Dominus, quod domum fa-
ciat tibi Dominus. 12.Cumque
completi fuerint dies tui, & dor-
mieris cum patribus tuis, ſuſcita-
bo ſemen tuum poſt te, quod e-
gredietur de vtero tuo, & firma-
bo regnum eius.13.ipſe ędificabit
domum nomini meo, & ſtabiliā
thronum regni eius vſque in ſem-
piternum.14.Ego ero ei in patrē,

tempore, quo eduxi Iſrael, vſq; ad
diem hanc: ſed fui ſemper mutās
loca tabernaculi,& in tentorio 6.
manens cum omni Iſrael. Num-
quid locutus ſum ſaltem vni Iu-
dicum Iſrael, quibus præceperā,
vt paſcerent populum meum, &
dixi: Quare non ædificaſtis mihi
domum cedrinam?7. Nunc itaq;
ſic loqueris ad ſeruum meum Da-
uid: Hæc dicit Dominus exerci-
tuum: Ego tuli te,cum in paſcuis
ſequereris gregem, vt eſſes dux
populi mei Iſrael. 8. Et fui tecum
quocumque perrexiſti:& interfe-
ci omnes inimicos tuos coram te,
fecitque tibi nomen quaſi vnius
magnorum, qui celebrantur in
terra. 9. Et dedi locum populo
meo Iſrael:plantabitur,& habita-
bit in eo, & vltra non commoue-
bitur: nec filij iniquitatis atterent
eos,ſicut à principio,10.ex diebus
quibus dedi iudices populo meo
Iſrael, & humiliaui vniuerſos ini-
micos tuos. Annuncio ergo tibi,
quod ædificaturus ſit tibi Domi-
nus domum. 11.Cumque imple-
ueris dies tuos vt vadas ad patres
tuos, ſuſcitabo ſemen tuum poſt
te,quod erit de filiis tuis: & ſtabi-
liam regnum eius.12.Ipſe ędifica-
bit mihi domum, & firmabo ſo-
lium eius vſque in æternum.13.E-
go ero ei in patrem,& ipſe erit mi-
hi in filium : & miſericordiam
meam non auferam ab eo, ſicut
abſtuli ab eo: qui ante te fuit. 14.
Et ſtatuam eum in domo mea, &
in regno meo vſq; in ſempiternū:
& thronus eius erit firmiſſimus in
perpetuum.15.Iuxta omnia verba

patrem, & ipſe erit mihi in filium: qui ſi iniq; aliquid geſſerit, arguã eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. 15. Miſericordiam autem meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie mea. 16. Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vſque in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter. 17. Secundum omnia verba hæc, & iuxta vniuerſam viſionem iſtam, ſic locutus eſt Nathan ad Dauid. 18. Ingreſſus eſt autem rex Dauid, & ſedit coram Domino, & dixit: Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxiſti me hucuſque? 19. Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo Domine Deus, niſi loquereris etiam de domo ſerui tui in longinquũ: iſta eſt enim lex Adam, Domine Deus. 20. Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te? tu enim ſcis ſeruum tuum Domine Deus. 21. Propter verbum tuum, & ſecundum cor tuum feciſti omnia magnalia hæc, ita vt notum faceres ſeruo tuo. 22. Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia non eſt ſimilis tui, neque eſt Deus extra te, in omnibus quæ audiuimus auribus noſtris. 23. Quæ eſt autem, vt populus tuus Iſrael, gens in terra, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam ſibi in populum, & poneret ſibi nomen, faceretque eis magnalia, & horribilia ſuper terram, à facie populi tui, quem redemiſti tibi ex Ægypto, gentem,

hæc, & iuxta vniuerſam viſionem illam, ſic locutus eſt Nathan ad Dauid. 16. Cumque veniſſet rex Dauid, & ſediſſet coram Domino, dixit: Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, vt pręſtares mihi talia? 17. Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo, ideoque locutus es ſuper domum ſerui tui etiam in futurum: & feciſti me ſpectabilem ſuper omnes homines Domine Deus. 18. Quid vltra addere poteſt Dauid, cum ita glorificaueris ſeruum tuum, & cognoueris eũ? 19. Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum feciſti omnem magnificentiam hanc, & nota eſſe voluiſti vniuerſa magnalia. 20. Domine, non eſt ſimilis tui: & non eſt alius Deus abſque te, ex omnibus, quos audiuimus auribus noſtris. 21. Quis enim eſt alius, vt populus tuus Iſrael, gens vna in terra, ad quám perrexit Deus, vt liberaret, & faceret populũ ſibi, & magnitudine ſua atque terroribus eiiceret nationes à facie eius, quem de Aegypto liberarat? 22. Et poſuiſti populum tuum Iſrael tibi in populum vſque in æternum, & tu Domine factus es Deus eius. 23. Nunc igitur Domine, ſermo, quem locutus es famulo tuo, & ſuper domum eius, confirmetur in perpetuum, & fac ſicut locutus es. 24. Permaneatque & magnificetur nomen tuum vſque in ſempiternum: & dicatur: Dominus exercituum Deus Iſrael, & domus Dauid ſerui eius permanens coram eo. 25. Tu enim Domine

& Deum eius. 24. Firmaſti enim tibi populum tuum Iſrael in pop'um ſempiternum: & tu Domine Deus factus es eis in Deũ. 25. Nunc ergo Domine Deus verbum, quod locutus es ſuper ſeruum tuum, & ſuper domum eius, ſuſcita in ſempiternum: & fac ſicut locutus es, *26*. vt magnificetur nomen tuum vſque in ſempiternum, atque dicatur: Dominus exercituum, Deus ſuper Iſrael. Et domus ſerui tui Dauid erit ſtabilita coram Domino, 27. quia tu Domine exercituum Deus Iſrael reuelaſti aurem ſerui tui, dicens: Domum ædificabo tibi: propterea inuenit ſeruus tuus cor ſuum vt oraret te oratione hac. 28. Nunc ergo Domine Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera: locutus es enim ad ſeruum tuum bona hæc. 29. Incipe ergo, & benedic domui ſerui tui, vt ſit in ſempiternum coram te: quia tu Domine Deus locutus es, & benedictione tua benedicetur domus ſerui tui in ſempiternum.

Deus meus reuelaſti auriculam ſerui tui, vt ædificares ei domum: & idcirco inuenit ſeruus tuus fiduciam, vt oret coram te. *26*. Nũc ergo Dominus tu es Deus: & locutus es ad ſeruum tuum tãta beneficia. 27. Et cœpiſti benedicere domui ſerui tui, vt ſit ſemper coram te: te enim Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

COMMENTARIVS.

SEria templi ædificandi cogitatio iam proponitur hic, & 1. Par. 17. & 28. Ea votum habuit coniunctum Pſal. 131. v. 2. 3. 4. 5. & nata fuit ex mero prorſuſque voluntario religionis ſtudio. non autem ex aliquo Dei præcepto, vt putare videtur Ioſep. Si quod enim fuiſſet, maxime foret Deut. *12*. cum tamen ibi nihil de templo præcipiatur, ſed tantum de vno certo ſacrificiorum loco, qui eſſe poterat, etiamſi ſolum ex pellibus tabernaculum fuiſſet.

Sui verò huius deſiderij cauſam affert Dauid, quod rationi conſentaneum videatur, vt Dei quam hominum ædes auguſtiores exiſtant, ſicuti Aggæi. 1. eaque ratio ad quamlibet aliam ſacram ſupellectilem piis à maioribus noſtris translata eſt, vt ex aureis argenteiſque vaſis patet, quæ in Chriſtianorum templis iam antiquitus fuiſſe docent annales Eccleſiaſtici & Prudent. in martyrio S. Laurentij.

Rem verò totam valdè probauit Nathan, ſed multo magis ipſe Dominus, vt indicat ſuauiſſimum ſerui Dei nomen v. *5*. 8. iteratum, totque & tam magnifica promiſſa v. 10. & ſeq. niſi quod aliam ædi huic ædificandę perſonam maluerit, in eoque tam Dauidis quam Nathanis prophetarum iudicia correxerit, qua ex re colligit in c. *1*. Ezech. D. Greg. Theodor. q. 22. prophetas neque omnia, neque ſemper diuino ſpiritu effari, ſed humano interdum modo aliquid proferre, quod tamen ipſi per ſpiritum *S*. correcti, quam citiſſimè corrigunt. vide S. Tho. ſecunda, ſecundæ, q. *171*. ar. *5*. & ibidem Caiet.

Cauſa verò cur templum ædificare Dauidi negatum ſit, non eſt, quod templo Deus non indigeat, id enim licet veriſſimum, tamen ipſum etiam Salomonem impedire debuiſſet, ſed quia, vt *1*. Paralip. 28. dicitur, bellator erat, humanumque ſanguinem in bellis fuderat, idque vt ſigni-

ſignificaretur quam Deo diſpliceant hominum cædes, quatenus cędes ſunt, etiamſi iuſtæ, contra vero placeat manſuetudo & innocentia & vt ſignificaretur à vero pacis authore Chriſto *D.* Eccleſiam ędificandam, ſicuti à *S*alomone, id eſt, pacifico templum ædificari debuit. itemq; vt mundities & ſanctitas notaretur, quæ in Chriſtianæ Eccleſiæ ſpiritualibus ædificatoribus eſſe debet, vt ait Angel. & Gloſſ. ord. Sic *S.* Stephani Hungariæ regis patri alioqui Chriſtiano in viſione dictum ſcribit Cauicius. Non fiet per te quod meditaris, habes enim manus ſanguine pollutas, &c.

Ampliſſimam tamen variæ pretioſæque materiæ vim ad templum comparauit *D*auid, eiusdemque & vaſorum, & miniſteriorum omnium formam, ſeu ideam nobiliſſimam diuinitus accepit 1. Par. *28.* v. 19. & filio reliquit. ibid.

In *D*ei oratione v. 5. nonnulla omittuntur quæ alibi poſita ſunt, tanquam hoc tempore & loco dicta, vt 3 Reg. c. 8. v. *16. 18.* 25. *1.* Par. *22.* v. 8. 9. c. 28. v. 6. Secundo. l. c. *33.* v. 4. 7.

Hic vero tria potiſſimum proponuntur. Primum. cogitati templi obnunciatio. Hæc enim interrogatio, nunquid, &c. negate accipienda eſt, vt oſtenditur. 1. Paral. 17. & *22.* quia licet res ipſa & voluntaria regis religio *D*eo valde placeret, vti ante dictum, & clare in l. *3.* c. 8. v. 18. oſtenditur: vna tamen *D*auidis qualitas, de qua ſupra & 1. Par. *22.* impediebat, contrariaq; perſonæ alterius, Salomonis nimirum, expectanda erat, eaque temporis opportunitas quam *D*eus volebat, vt firma ſcilicet vndique pax & quies foret, has enim ob cauſas nulli hactenus de huiuſmodi templi ædificatione præceperat, vel cogitationem iniecerat, idque ſubiectæ rationes volunt. ver. *6. 7.* neque enim, &c. & confir. ex l. 3. c. *5.* ver. *3. 4.* licet ſint qui exiſtiment, hiſce ſignificari domo *D*eum non egere, vt Theodor. & Procop. Alij Moyſen, Ioſue & alios ſanguine commaculatos fuiſſe vt A. T.

Secundum. Præteritorum beneficiorum commemoratio v. 8. 9. vt eius animi de templo exſtruendo gratitudinem probet, alijsque in rebus augeat.

Tertium. futurorum beneficiorum quæ *12.* vel *13.* ſunt promiſſio. v. 10. vſque *17.* *S*ed de eorum expoſitione quadruplex ſententia eſt, prima eorum, qui ex ijs quæ dicuntur, aliqua in Chriſtum *D.* aliqua in Salomonem conferunt, vt Theodor. q. 22. & Procop.

Secunda, quidam omnia in Chriſtum *D.* vel quo ad hanc vitam, vt de Eccleſiæ ædificatione; vel quoad futuram, vt de tanta quiete & ſecuritate; vel quo ad vtramq;, vt de regni æternitate referunt: ita Angelomus. Gloſſ. ord. Veſtrapellius in Hebr. *1.* & videtur *D.* Auguſt. l. *17.* ciuit. cap 8. 9. 12. *13.* nam *S*alomoni non videntur iſta congruere de regni æternitate, tam beata ſecuritate, &c. & quæ dicuntur de fideli domo, cum in eius domo idololatria viguerit, & de ſuſcitatione filij poſt mortem *D*auidis, quia ante huius mortem, non modo natus Salomon, ſed ad regnum etiam euectus. adde *D.* Paulum Hebr. 1.

Tertia, Rabinorum quidam omnia in Salomonem ſolum.

Quarto. alij vt Lyran. Abulen. & ſi recte ſpectetur Aug. l. c. in vtrumque: Hugo. Brou. tamen in *D*an. non de *S*alomone, ſed de ipſius fratre Nathane omnia accipit. Sed in *S*alomonem omnia conueniunt pro vt Chriſti figura eſt, & quodammodo inchoate minusque perfecte: in Chriſtum vero vt figuratum & veritatem perfectiſſime. idque recte dicitur, ſi paucula v. 11. excipiantur, quæ ad *D*auidem proprie ſpectant, de requiete ipſi ab hoſtibus danda: de domo, id eſt, poſteritate: vt Exod. 1. tetigi; eidem excitanda.

Reliqua igitur ad *S*alomonē & Chriſtū *D.* ſpectare probatur & primo de Salomone ex *3.* Reg. 5. ver. 5. cap 8. ver. 20. & 24. 1. Paralip. *12.* ver *6. 9.* 10. cap. *26.* ver. 6.

deinde quia de templo, de quo Dauidis cogitatio erat. dicitur id ab ipſo filio, ædificandum. dicitur idem filius poſſe peccare, vnde & caſtigandus eſſe virga virorum, & plagis hominum v. 14. id eſt, vt A. T. ait, gladio & corporum humanorum incommoditatibus, vt Ioſeph. morbo & terræ ſterilitate: vel generatim eo modo quo homines punire ac puniri ſolent, non vt prorſus deleantur, ſed ad ipſorum vtilitatem emendentur. Qui verò Chriſto D. hæc tribuunt eum aiunt non per ſemetipſum peccare, ſed in ſuis membris, ſicque interdum caſtigari. Sed ipſe contextus indicat eundem peccare poſſe in ſe ipſo, qui in ſeipſo templum illud ædificaturus eſſet: dicitur porro Salomon ſuſcitandus poſt mortem Dauid, non ſimpliciter ad vitam, vel regnum, ſed ad ſummam regni & gratiæ amplitudinem, domus fidelis dicitur futura, id eſt, firma & ſtabilis vnde græcis eſt πιςωθήσεται.

De Chriſto D. probatur ex Hebr. 1. deinde ex eo quod perfecte iſta Salomoni tribui nequeunt, ſed inchoate tantum vt dixi. Tertio, ex Iudæorum quorũdam confeſſione apud D. Aug. l. c. Denique ex ſimilitudine pſal. 71. & 88. vide Lactant. l. 4. c. 13.

His auditis, gaudio & religione totus plenus, ſuum in tabernaculum ad arcam ſeſe contulit Dauid, ibiq; coram ea ſedit, & cum Deo locutus eſt. aiunt Rabini contra orantium morem ſediſſe, quod Angelorum inſtar, illi coram Deo ſtare, vel etiam genua flectere, vti recte probat Maldonatus, ſolerent. & vero ſeſſionem iſtam miratus videtur Simplicianus, ſed ei reſpondit D. Aug. l. 2. q. 4. nõ eſſe præſcriptum, quo modo corpus conſtituatur ad orandum. dummodo animus Deo præſens peragat intentionem ſuam. ideoque poſſe nos orare, & ſtantes & geniculantes, & ſedentes & iacentes. Sed hebraicum verbum accipi poteſt pro habitare vel manere. prout idem verbum ab interprete noſtro vertitur 1. Par. 17. v. 1. hic v. 2. pro quo habitare dicitur hic. v. 1. ſedere vnde Ioſeph. ait Dauidem in faciem ſuam corruiſſe.

In Dauidis verbis Nota tria hæc. Primo. v. 18. ſuipſius cognitionem & contemptionem, de qua D. Chryſoſtomus ex lib. 2. c. 7. hom. t f. 53. edit. Paris. 19.

Secundo. legem filiorum Adam vocari, quod viri magni & nobiles magna polliceantur & dent, vt vult Vatab. nec quod in ſimplicitate Deo ſeruiatur, vt A. T. ſed quod gaudeant ſibi poſteritatem dari, eiq; bene futurum eſſe.

Tertio dicitur v. 23 ex Ægypto gẽtem & Deum, id eſt, Moyſen & alios principes populi, qui Dij vocantur Ioannis 10. alij verti mallent ex Ægypto gente, & Diis eius, & videtur ex v. 24. colligi, indicat Chald & A. T.

CAPVT VIII.

1. Factum eſt autẽ poſt hęc percuſsit Dauid Philiſthiim, & humiliauit eos, & tulit Dauid Frenum tributi de manu Philiſthiim. 2. Et percuſsit Moab, & menſus eſt eos funiculo, coæquans terræ: menſus eſt autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum: factusque eſt Moab Dauid ſeruiens ſub tributo. 3.

CAPVT XVIII.

1. Factum eſt autẽ poſt hæc, vt perçuteret Dauid Philiſthiim, & humiliaret eos, & tolleret Geth, & filias eius de manu Philiſthiim, 2. percuteretque Moab, & fierent Moabitæ ſerui Dauid, offerentes ei munera. 3. Eo tempore percuſsit Dauid etiam Adarezer regem Soba regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret imperium ſuum vſque ad

to. 3. Et percuſſit Dauid Adare-
zer, filium Rohob regem So-
ba, quando profectus eſt vt do-
minaretur ſuper flumen Euphra-
ten. 4. Et captis Dauid ex parte
eius mille ſeptingentis equitibus,
& viginti millibus peditum, ſub-
neruauit omnes iugales curru-
um: dereliquit autem ex eis cen-
tum currus. 5. Venit quoque Sy-
ria Damaſci, vt præſidium ferret
Adarezer regi Soba: & percuſ-
ſit Dauid de Syria viginti duo
millia virorum. 6. Et poſuit Da-
uid præſidium in Syria Damaſci:
factaque eſt Syria Dauid ſeruiens
ſub tributo: ſeruauitque Domi-
nus Dauid in omnibus ad quæ-
cumque profectus eſt. 7. Et tulit
Dauid arma aurea, quæ habe-
bant ſerui Adarezer, & detulit ea
in Ieruſalem. 8. Et de Bete, & de
Beroth ciuitatibus Adarezer tu-
lit rex Dauid æs multum nimis.
9. Audiuit autem Thou rex E-
math, quod percuſſiſſet Dauid o-
mne robur Adarezer, 10. & miſit
Thou Ioram filium ſuum ad re-
gem Dauid, vt ſalutaret eum con-
gratulans, & gratias ageret: eo
quod expugnaſſet Adarezer, &
percuſſiſſet eum. Hoſtis quippe
erat Thou Adarezer, & in manu
eius erant vaſa aurea, & vaſa ar-
gentea, & vaſa ærea: 11. quæ & i-
pſa ſanctificauit rex Dauid Do-
mino cum argento & auro, quæ
ſanctificauerat de vniuerſis genti-
bus, quas ſubegerat 12. de Syria, &
Moab, & filiis Ammon, & Phili-
ſthiim, & Amalec, & de manu-
biis Adarezer filij Rohob regis
Soba.

que ad flumen Euphraten. 4. Ce-
pit ergo Dauid mille quadrigas e-
ius, & ſeptem millia equitum, ac
viginti millia virorum peditum,
ſubneruauitq; omnes equos cur-
ruum, exceptis centum quadri-
gis, quas reſeruauit ſibi. 5. Super-
uenit autem & Syrus Damaſce-
nus, vt auxilium præberet Ada-
rezer regi Soba: ſed & huius per-
cuſſit Dauid viginti duo millia
virorum. 6. Et poſuit milites in
Damaſco, vt Syria quoque ſer-
uiret ſibi, & offerret munera.
Adiuuitque eum Dominus in
cunctis, ad quæ perrexerat. 7. Tu-
lit quoque Dauid pharetras au-
reas, quas habuerant ſerui Ada-
rezer, & attulit eas in Ieruſalem.
8. Necnon de Thebath, & Chun
vrbibus Adarezer æris pluri-
mum, de quo fecit Salomon
mare æneum, & columnas, & va-
ſa ænea. 9. Quod cum audiſſet
Thou rex Hemath, percuſſiſſe
videlicet Dauid omnem exerci-
tum Adarezer regis Soba, 10. mi-
ſit Adoram filium ſuum ad regem
Dauid, vt poſtularet ab eo pa-
cem, & congratularetur ei quod
percuſſiſſet, & expugnaſſet Ada-
rezer: aduerſarius quippe erat
Thou Adarezer. 11. Sed & omnia
vaſa aurea, & argentea, & ænea
conſecrauit Dauid rex Domino,
cum argento & auro, quod tule-
rat ex vniuerſis gentibus, tam de
Idumæa, & Moab, & filiis Am-
mon, quam de Philiſthiim & A-
malec. 12. Abiſai vero filius Sar-
uiæ percuſſit Edom in Valle Sali-
narum, decem & octo millia.

Soba. 13. Fecit quoque ſibi Dauid
nomen cum reuerteretur capta
Syria in Valle Salinarum, cæſis
decem & octo millibus: 14. & po-
ſuit in Idumæa cuſtodes, ſtatuit-
que præſidium: & facta eſt vniuer-
ſa Idumæa ſeruiens Dauid. & ſer-
uauit Dominus Dauid in omni-
bus ad quæcumq; profectus eſt.
15. Et regnauit Dauid ſuper om-
nem Iſrael: faciebat quoque Da-
uid iudicium & iuſtitiam omni
populo ſuo. 16. Ioab autem filius
Saruiæ erat ſuper exercitum: por-
ro Ioſaphat filius Ahilud erat à cō-
mētariis: 17. & Sadoc filius Achi-
tob, & Achimelech filius Abiathar, erant ſacerdotes: & Saraias, ſcri-
ba: 18. Banaias autem filius Ioiadæ ſuper cerethi & pheleti: filij autem
Dauid ſacerdotes erant.

13. & conſtituit in Edom præſidi-
um, vt ſeruiret Idumæa Dauid:
ſaluauitque Dominus Dauid in
cūctis, ad quæ perrexerat. 14. Re-
gnauit ergo Dauid ſuper vniuer-
ſum Iſrael, & faciebat iudicium
atq; iuſtitiam cuncto populo ſuo.
15. Porro Ioab filius Saruiæ erat
ſuper exercitum, & Ioſaphat filius
Ahilud à commentariis. 16. Sadoc
autem filius Achitob, & Ahime-
lec, filius Abiathar, ſacerdotes: &
Suſa, ſcriba. 17. Banaias quoque
filius Ioiadæ ſuper legiones Cere-
thi, & Phelethi: porro filij Dauid,
primi ad manum regis.

COMMENTARIVS.

GEſtum 6. Confirmatio eius quod dictum erat, non ædificandum ab eo templum, quod vir ſanguinum eſſet, &c. Bella iam antea geſſerat Dauid, quietemque magnam compararat. c. 7. v. 1. ea tamen, inquit Ioſep. vt quam firmiſſima ſit, hoſtes ipſos aggreditur, vel bellum inſtaurantes compeſcit, eorumque bellorum narratio hic ſuperioribus capitibus adiungitur, vt nō pace tantum ſed bello etiam præſtantiſſima Dauidis in Deum, eiuſque ſacra & cultum religio perſpiciatur, inquit Rab. Salomon. nam prædæ ingentis & manubiarum partem multò maximam Deo conſecrauit. v. 8. 11. non vt ex iis tantū vaſa, columnæ, altaria, ceteraque id genus fierent, ſed vt in templo etiam ſacra donaria, ſeu anathemata remanerent gladij, haſtæ, &c. 4. Reg. 11. vt Num. 21. & ſupra l. 1. c. 21. v. 8.

Fuerunt bella verò iſta plura, ſed hoc cap. ſeptem tanguntur de quibus etiam Eupolemus apud Euſeb. l. 9. præp. Primum. ad occidentem contra Palæſthinos v. 1. vbi frænum tributi, quibuſdam eſt nomen vrbis proprium, aliis epithetum ipſius Geth. quæ 1. par. 18. ſuis cum oppidis & pagis capta iam fuit, & fræni cuiuſdam inſtar habebat, ad Palæſthinos coercendos, tributumque ab iis exigendum. Chaldæo eſt diſpoſitio ſeu commoditas riui. Aquilæ frænum aquæ ductus quod per eam vrbem riuus quiſpiam duceretur. Sed noſter frænum tributi maluit, non quod hactenus id Palæſthinis Iſraelitæ pependerint, tandemque ſuſtulerit Dauid, vt vult Abul. Sed quod iis impoſuerit, nam heb. dicitur accepiſſe frænum, quod etſi aliquando ſignificat ſubijci vt Æneid. 12. hic tamen vt res ipſa oſtendit, eſt ſubijcere & frænare. vnde 70. dicunt accepiſſe Dauidem partem determinatam, id eſt, tributum iniunctum. vide pſal. 59. Eccleſiaſti 47. vnde & apud veteres aurigari, eſt regere, gubernare.

Secundum bellum, ad orientem contra Moabitas, quos humi dicitur ſtrauiſſe, id eſt, penitus deuiciſſe, licet aliqui propter captiuorum multitudinem velint

velint eos in terram deiectos, & funibus ad cædem menſuratos eſſe. verum metiri funiculo eſt metaphorice à funiculis Geometricis, quibus agri diuiduntur quidlibet diuidere aut partiri. noſter verò textus Moabitarum duas tantum partes facit, ſed hebr. Chald. 70. Ioſeph. Theodor. Procop. tres partes; quarum duas interfecerit Dauid, tertiam eamque plenam conſeruarit. & cum iis textus noſter conueniat, ſi quod irrepſiſſet priore loco vnū tolleretur, mallet Abulenſis hebræo paulo aliter diſpungi, ſemper tamē à græcis iam cit. diſſenſio foret. hinc vero pſal. Moab. olla ſpei Dauidis, i. mancipium viliſſimum, q. ad res tantum culinarias & ollares aptum.

Tertium. Ad ſeptentrionem contra Syros. ſed quia Syria quædam cis Euphratem, quædam trans eſt, vt oſtendit l. 16. Strabo, hic de priore agitur. & ea rurſum vel Sophena eſt, de qua l. 1. c. 14. dixi: vel quædā Damaſcena; de vtraq; iam dicitur. nam primo contra Sophenes regem bellum geſtum eſt, cuius hic mille ſeptingenti equites v. 4. capti dicuntur, ſcilicet præcipui vt ait q. 13. Abul. alioqui 1. Par. 18. dicuntur currus mille & equitum 7000. capta. I. T. dicit hic eſſe vſitatam numeri ellipſin; vt apud Lat. quinquagies H S &c. ergo 700. Equites, id eſt equitum decuriæ, ſunt 7000. ſic infra c. 10. v. 18. De equorum ſubneruatione quæ & ſubpernatio, & ſuffraginatio, dictum Ioſ. 11. q. 7. In iſtum regem duo alij reges animo contrario fuerunt, vnus amico, Damaſcenæ ſcilicet Syriæ rex, quem Ioſephus c. 6. ex Nicolao Damaſceno monet, Adadum vocatū fuiſſe.

Ideoque contra iſtum eſt bellum. Quartum v. 5. tuncque capta Damaſco; Rex alter inimico animo fuit, qui hic hebr. Thoi vocatur 1. Par. 18. Theu à Ioſepho l. 7. c. 6. dicitur Thœnus. rex ſcilicet Emath. cuius filius Ioramus, ſeu vt 1. Paral. 18. Adoramus. Emath vero aliquando regio tota eſt, vt 3. Reg. 8. Jerem. 48. aliquando vrbs, eaque vel Antiochia, vel Epiphania Syriæ, prout hic apud Procopium vertit Aquila. Vtraq; ſiquidem Amatho dicitur, ex Amatho Gen. 10. eſtque maior quam Antiochia, & minor quam Epiphania, vt ait in Amos c. 6. D. Hier. Ioſeph. l. 1.

Quintum, ad orientem contra Ammonitas, de quibus c. 10.

Sextum contra Amalecitas.

Septimum. Ad meridiem contra Idumæos vbi v. 13. dicitur ſibi nomen feciſſe Dauid, non q. arcum triumphalem excitarit, vt ait q. 16. Abul. & A. T. licet hoc peccatum non foret, vti Lyrano videtur: neque quod Idumæos ſepulturæ mandaſſet, vt ait Rab. Sal. ſed ſimpliciter quod gloriam & nomen ob tantam victoriam ſibi compararit, quā per Abiſai conſecutus eſt 1. Par. 18. vide pſal. cit. Monent Procop. & Theod. q. 24. hic expletam benedictionem quam Gen. 27. dedit Iacobo Iſaacus v. 29.

Ex hiſce vero bellis manubias & ſpolia aurea, argentea, ærea plurima & puriſſima Deo, in ipſius templum conſecrauit v. 11. prout de eo aliiſq; narratur 1. Par. 26. 28. 29. 3. Reg. 15. v. 15. videatur D. Ambr. epiſt. 39.

Geſtum ſeptimum. Rempubl. iuſtiſſime adminiſtrat v. 15. & magiſtratus inſtituit in quibus Nota tria. primo, duos pontifices numerari ver. 17. at ſi diuina inſtitutio dum pontificem primum creauit, mortuoq; alium ſubſtituit Exo 29. Leuit. 6. 8. 21. conſideretur, ſi veſtes quæ vnæ tamen Exod. 29. Si nomen ipſum, ſi redditus, Num. 18. officium, Leuit. 16. in vrbe refugij vſque ad eius mortem immunitas, Num. 35. Ioſ. 20. non niſi vnum pontificem eſſe debuiſſe intelligemus. fuerunt tamen aliquando plures, ſed interdum ſucceſſiue, dum alij aliis anno vertente per ambitionem ſucceſſerunt, vt ſub ipſa Chriſti Domini paſſione. aliquando & ſimul, idq; ſemel hoc tempore per diuinam diſpenſationem. quemadmodum enim diuinitus Dauidi vel inſpiratum, vel conceſſum, vt tabernaculum, alterum excitaret; ita, vt alterum etiam pontificem. cum enim ad ipſum fugiſſet Abiathar 1. Reg. 22. reſidui ſacerdotes Eleazaræi è ſuorum nume-

ro pontificem Sadoc crearunt, Saule annuente. Dauid vero Abiatharem pontificem Sacerdotem deſignauit; præcipuus tamē ſemper fuiſſe videtur Sadoc. ita vt poſtea eius q. authoritate & conceſſu ſacerdotium obtineret Abiathar, eſſetq; illius q. vicarius, vel pontifex. nam apud legitimum tabernaculum & vetus holocauſtorum altare manſit Sadoc. 1. Par. *16*. v. *39*. & ipſe in ſcriptura ſemper Abiathari præponitur, vt hic, & in c. *15*. *16*. 17. 20. 1. Par. *15*. & *24*.

Dices: forte natu maior erat? ſed 1. Par. 12. v. *28*. non multo ante hoc tempus dicitur puer egregiæ indolis, ſeu vt Hebræi & Græci dicunt, iuuenis robuſtus viribus.

Secundo nota. Quinam Cerethi & Pheleti v. *18*. ſint, variæ occurrunt ſententiæ. prima, eſſe Palæſthinos, vel quoſdā ex 1. Reg. *30*. v. *14*. vel omnes, ex Sophon. v. 5. vbi noſter, gens proditorum: quaſi eſſent proditores. Ezech. *25*. hebraice. Et ſic Rabini quidam cum R. Salom. in c. *30*. l. *1*. Reg. & in l. *2*. c. *15*. Tharg. ſecunda, eſſe *I*ſraelitas à duabus familiis ita nominatos. tertia, eſſe lictores, qui nocentes occidant, innocentes ſeruent. quarta, eſſe Vrim & Thumim. quinta, eſſe 70. Sanedrin. ita A. T. ſexta, eſſe ſagittarios & funditores, ita Chald. Procop. Theodor. q. *24*.

Dico primo, eſſe milites & bellatores ex c. 1*6*. v. *6*. c. *20*. v. 7. 3. Reg. *2*. v. *4*. vnde interpres noſter aliquando legiones vocat, non quod eorum tantus numerus eſſet, vt vel minimam legionem, quæ 3000. erant olim, explerent.

Secundo, non erant cuiuſcunq; modi milites, quia ſub Ioabi poteſtate alioqui fuiſſent. ſed erant regis cuſtodes & ſtipatores, quia Ioſeph. hoc loco, c. *6*. & *11*. ſemper vocat ſomatophylacas, vel hoplitas aulicos.

Tertio, neque quicunque ſtipatores, ſed ex eorum tamen numero q. libro 1. c. *22*. 1. Par. *12*. ſeſe ad Dauidem fugientem aggregarant. primò, quia in c. 15. v. *17*. generatim omnes Dauidis ſerui ponuntur; ex iis deinde ſpeciatim iſti nominantur, & Gethæi omnes 600. id eſt, reliquiq; omnes qui cum ipſo Gethæi fuerant, l. 1 c. *2*7. vt ait ibi Ioſeph qui eo ipſo quod 600. tantum illos nominat, in eo ipſo numero noſtros iſtos contineri ſignificat. deinde, quia licet aliis regibus corporis cuſtodes fuerint; nunquam tamen horum noſtrorum præterquam in Dauidis regno mentio. & ſi enim propter ſimilitudinem *4*. Reg. *11*. in latino inueniantur, non tamen in heb. Chald. vel græc.

Quarto, neque omnes iſti Gethæi hoc nomine comprehenduntur, ſed eorum tantū fortiſſimi, honoratiſſimi, regiq; deditiſſimi. primo, quia in c. *15*. v. cit. cum in *70*. tres fere verſiones inueniantur, in earum vna vocantur iſti ἄθροι. ſecundo, l. 3. c *1*. v. 8. vbi horum mentio fit, dicuntur hebr. & q. fortes, robuſti. tertio c. *6*. *I*oſeph. dicit ſeniores ipſius Dauidis fuiſſe, qui ipſum ſtiparent eiuſque in cuſtodia verſarentur. quarto, dum hiſtoriam cap. 15. explicat, eos amicorum Dauidis intimos appellat c. *8*. Erant videlicet ſicut apud Romanos olim euocati, cohors prætoria, cohors amicorum, apud Macedones, & alios cohors regia.

Quinto, dicti ſunt forte initio à locis Palæſthinæ, vbi cum Dauide fuerant: ſed multo magis à re ipſa poſtea, quod ad hoſtes cædendos, regēq; liberandum, & conſeruandum eſſent exercitatiſſimi & propenſiſſimi. nā Hebræis Corath eſt ſcindere, ferire, occidere, vnde Ezech. 25. & Sophon. 2. proditores & interfectores iſto nomine notantur, quod *70*. fere ibidem retinendo vertunt Cretas. Et apud Perſas quaſi à Corad vocantur fortiſſimi quiq; Cardaces, inquit lib. 15. Strabo. Κάρδα γὰρ τὸ ἀνδρῶδες, καὶ τὸ πολεμικὸν λέγεται. Palath vero eſt ſeruare, liberare, ſed accedit vſitata mutatio literæ thet in thau. licet ea opus ne ſit, alij à pala deducant, q. eſſent factis egregij, ſpectati, & admirabiles.

Sexto, fieri interim potuit, vt ſagittis fundiſq; valerent, 1. Paral. *12*. & in regis concilio ſaltem bellico verſarentur, feriendiſq; fœderibus adeſſent.

Tertio nota Filij Dauid hic vocantur Sacerdotes, ſed *1*. Par. exponitur fuiſſe princi-

principes, aut primarios, quòd palatina ſcilicet officia & dignitates gererent. vnde ipſos 70. hic vertunt aularchas Hoffmeiſter. tamen D. Hier. in Iſ 61. videtur proprie ſacerdotum nomen accipere, & tamen de his ait, eſſe filios Dauid. Pineda Iob 12. v. 19. n. 1. ait: Rex eſt quidam Deus. qui ergo Regi familiares, ij quidam eius ſacerdotes. Gloſſa legis, Sacra loca, ff. de di. l. 1. l. 5. dicit Regem Dauid fuiſſe ſacerdotem.

CAPVT IX.

1. ET dixit Dauid: Putaſne eſt aliquis qui remanſerit de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam propter Ionatham? 2. Erat autem de domo Saul, ſeruus nomine Siba: quem cùm vocaſſet rex ad ſe, dixit ei. Tune es Siba? & ille reſpondit: Ego ſum ſeruus tuus. 3. Et ait rex: Numquid ſupereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam Dei? Dixitque Siba regi: Supereſt filius Ionathæ, debilis pedibus. 4. Vbi, inquit, eſt? Et Siba ad regem, Ecce, ait, in domo eſt Machir filij Ammiel in Lodabar. 5. Miſit ergo rex Dauid, & tulit eum de domo Machir filij Ammiel de Lodabar. 6. Cùm autem veniſſet Miphiboſeth filius Ionathæ filij Saul ad Dauid, corruit in faciem ſuam, & adorauit. Dixitque Dauid: Miphiboſeth? Qui reſpondit: Adſum ſeruus tuus. 7. Et ait ei Dauid: Ne timeas, quia faciens faciam in te miſericordiam propter Ionathan patrem tuum, & reſtituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in menſa mea ſemper. 8. Qui adorans eum, dixit: Quis ego ſum ſeruus tuus, quoniam reſpexiſti ſuper canẽ mortuum ſimilem mei? 9. Vocauit itaque rex Sibam puerum Saul, & dixit ei: Omnia quæcunque fuerunt Saul, & vniuerſam domum eius, dedi filio domini tui. 10. Operare igitur ei terram tu, & filij tui, & ſerui tui: & inferes filio domini tui cibos vt alatur: Miphiboſeth autem filius domini tui comedet ſemper panem ſuper menſam meam. Erant autem Sibæ quindecim filij, & viginti ſerui. 11. Dixitque Siba ad regem: Sicut iuſsiſti domine mi rex ſeruo tuo, ſic faciet ſeruus tuus: & Miphiboſeth comedet ſuper menſam meam, quaſi vnus de filijs regis. 12. Habebat autem Miphiboſeth filium paruulum nomine Micha: omnis vero cognatio domus Sibæ ſeruiebat Miphiboſeth. 13. Porro Miphiboſeth habitabat in Ieruſalem: quia de menſa regis iugiter veſcebatur: & erat claudus vtroq; pede.

COMMENTARIVS.

GEſtum octauum. Dauidis in mortuum Ionathan pietas & amicitiæ fides, de qua l. 1. cap. 20. proponitur: qui enim ait Theodor. q. 24. in hoſtes benignus erat, amicorum nunquam obliuiſcebatur, & vt ait Ioſephus, eorum qui bene ipſi vnquam feciſſent, memor erat maxime.

Subaudiendum vero v. 11. & dixit Dauid, Miphiboſeth comedet ſuper menſam meam, q. vnus de filiis regis, vt monet A. T. Miphiboſeth in Lexico Thal. eſt omnis diſcipulus, qui vita, dictis, moribusq; ſuis pudefacit prçceptorẽ ſuum.

CAPVT

CAP. X.

1. FActum eſt autem poſt
hæc, vt moreretur rex
filiorum Ammon, &
regnauit Hanon filius
eius pro eo. 2. Dixitq; Dauid: Fa-
ciam miſericordiam cum Hanon
filio Naas, ſicut fecit pater eius me-
cũ miſericordiam. Miſit ergo Da-
uid, conſolans eum per ſeruos ſuos
ſuper patris interitu. Cùm autem
veniſſent ſerui Dauid in terram fi-
liorum Ammon, 3. dixerunt prin-
cipes filiorum Ammon ad Hanon
dominum ſuum: Putas quod pro-
pter honorẽ patris tui miſerit Da-
uid ad te conſolatores, & non ideo
vt inueſtigaret, & exploraret ciui-
tatem, & euerteret eam, miſit Da-
uid ſeruos ſuos ad te? 4. Tulit ita-
que Hanon ſeruos Dauid, raſitq;
dimidiam partem barbę eorum, &
præſcidit veſtes eorum medias vſ-
que ad nates, & dimiſit eos. 5.
Quod cùm nunciatũ eſſet Dauid,
miſit in occurſum eorum: erant e-
nim viri confuſi turpiter valde, &
mandauit eis Dauid: Manete in Ie-
richo, donec creſcat barba veſtra,
& tunc reuertimini. 6. Videntes
autem filij Ammõ quod iniuriam
feciſſent Dauid, miſerunt, & con-
duxerũt mercede Syrum Rohob,
& Syrum Soba, viginti millia pe-
ditum, & à rege Maacha mille vi-
ros, & ab Iſtob duodecim millia
virorum. 7. Quod cũ audiſſet Da-
uid, miſit Ioab & omnem exerci-
tum bellatorũ. 8. Egreſsi ſunt er-
go filij Ammon, & direxerunt a-
ciem ante ipſum introitum portę:
Syrus autem Soba, & Rohob, &
Iſtob, & Maacha ſeorſum erant in
campo.

CAP. XIX.

1. ACcidit autem vt mo-
reretur Naas rex filio-
rũ Ammon, & regna-
ret filius eius pro eo.
2. Dixitque Dauid: Faciam miſe-
ricordiam cum Hanon filio Naas:
pręſtitit enim mihi pater eius gra-
tiam. Miſitque Dauid nuncios ad
conſolãdum eum ſuper morte pa-
tris ſui. Qui cũ perueniſſent in ter-
ram filiorum Ammon, vt conſo-
larentur Hanon, 3. dixerunt prin-
cipes filiorũ Ammon ad Hanon:
Tu forſitã putas, quod Dauid ho-
noris cauſa in patrem tuum miſe-
rit qui cõſolentur te: nec animad-
uertis quod vt explorent, & inue-
ſtigent, & ſcrutẽtur terram tuam,
venerint ad te ſerui eius. 4. Igitur
Hanon pueros Dauid decaluauit,
& raſit, & præcidit tunicas eorum
à natibus vſq; ad pedes, & dimiſit
eos. 5. Qui cùm abijſſent, & hoc
mãdaſſent Dauid, miſit in occur-
ſum eorum (grandem enim con-
tumeliam ſuſtinuerant) & præce-
pit vt manerent in Iericho, donec
creſceret barba eorum, & tunc re-
uerterentur. 6. Videntes autem fi-
lij Ammon, quod iniuriam feciſ-
ſent Dauid, tam Hanon, quàm re-
liquus populus, miſerunt mille ta-
lenta argenti, vt conducerent ſibi
de Meſopotamia, & de Syria Maa-
cha, & de Soba currus & equites.
7. Conduxeruntque triginta duo
millia curruum, & regem Maacha
cum populo eius. Qui cum veniſ-
ſent, caſtrametati ſunt è regione
Medaba. Filij quoque Ammon
congregati de vrbibus ſuis, vene-
runt ad bellum. 8. Quod cùm au-
diſſet

campo. 9. Vidẽs igitur Ioab quod
pręparatum eſſet aduerſum ſe prę-
lium,&ex aduerſo & poſt tergum,
elegit ex omnibus electis Iſrael, &
inſtruxit aciem contra Syrum:10.
reliquã autem partem populi tra-
didit Abiſai fratri ſuo, qui direxit
aciem aduerſus filios Ammon.11.
Et ait Ioab: Si pręualuerint aduer-
ſum me Syri, eris mihi in adiuto-
rium: ſi autem filij Ammon præ-
ualuerint aduerſum te, auxiliabor
tibi. 12. Eſto vir fortis, & pugne-
mus pro populo noſtro, & ciuita-
te Dei noſtri: Dominus autem fa-
ciet quod bonum eſt in conſpectu
ſuo. 13. Inijt itaq; Ioab & populus
qui erat cum eo, certamen contra
Syros: qui ſtatim fugerunt à facie
eius. 14. Filij autẽ Ammon viden-
tes quia fugiſſent Syri, fugerunt &
ipſi à facie Abiſai, & ingreſsi ſunt
ciuitatem: reuerſuſque eſt Ioab à
filijs Ammon, & venit Ieruſalem.
15. Videntes igitur Syri quoniam
corruiſſent coram Iſrael congre-
gati ſunt pariter. 16. Miſitq; Ada-
rezer, & eduxit Syros, qui erant
trans fluuium, & adduxit eorum
exercitum: Sobach autem, magi-
ſter militiæ Adarezer, erat prin-
ceps eorum. 17. Quod cùm nun-
ciatum eſſet Dauid, contraxit o-
mnem Iſraelem, & tranſiuit Iorda-
nem, venitque in Helam, & dire-
xerunt aciem Syri ex aduerſo Da-
uid, & pugnauerunt contra eum.
18. Fugeruntque Syri à facie Iſrael,
& occidit Dauid de Syris ſeptin-
gẽtos currus, & quadraginta mil-
lia equitum: & Sobach principem
militiæ percuſsit: qui ſtatim mor-
tuus eſt. 19. Videntes autem vni-
uerſi

diſſet Dauid, miſit Ioab, & omnem
exercitum virorum fortium: 9. e-
greſsiq; filij Ammon, direxerunt
aciem iuxta portam ciuitatis: re-
ges autẽ, qui ad auxilium eius ve-
nerant, ſeparatim in agro ſteterũt.
10. Igitur Ioab intelligens bellum
ex aduerſo, & poſt tergum contra
ſe fieri, elegit viros fortiſsimos de
vniuerſo Iſrael, & perrexit contra
Syrum. 11. Reliquam autem partẽ
populi dedit ſub manu Abiſai fra-
tris ſui; & perrexerunt cõtra filios
Ammon. 12. Dixitque: Si vicerit
me Syrus, auxilio eris mihi: ſi autẽ
ſuperauerint te filij Ammon, ero
tibi in præſidium. 13. Confortare,
& agamus viriliter ꝓ populo no-
ſtro, & pro vrbibus Dei noſtri: Do-
minus autem ꝙ in conſpectu ſuo
bonum eſt, faciet. 14. Perrexit er-
go Ioab, & populus qui cũ eo erat,
cõtra Syrum ad prælium: & fuga-
uit eos. 15. Porro filij Ammon vi-
dentes ꝙ fugiſſet Syrus, ipſi quoq;
fugerũt Abiſai fratrem eius, & in-
greſsi ſunt ciuitatem: reuerſuſque
eſt etiam Ioab in Ieruſalẽ. 16. Vi-
dens autem Syrus quod cecidiſſet
coram Iſrael, miſit nuncios, & ad-
duxit Syrum, qui erat trans fluui-
um: Sophach autem princeps mi-
litiæ Adarezer, erat dux eorum.
17. Quod cũ nunciatum eſſet Da-
uid, cõgregauit vniuerſum Iſrael,
& tranſiuit Iordanem, irruitq; in
eos, & direxit ex aduerſo aciem, il-
lis contra pugnantibus. 18. Fugit
autem Syrus Iſrael: & interfecit
Dauid de Syris ſeptem millia cur-
ruum, & quadraginta millia pedi-
tum, & Sophach exercitus princi-
pem. 19. Videntes autem ſerui A-
dare-

uerſi reges, qui erant in præſidio Adarezer, ſe victos eſſe ab Iſrael, expauerunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Iſrael.

darezer ſe ab Iſrael eſſe ſuperatos; transfugerunt ad Dauid,& ſeruierunt ei: noluitq; vltra Syria auxilium præbere filijs Ammon.

Et fecerunt pacem cum Iſrael: & ſeruierunt eis,timueruntq; Syri auxilium præbere vltra filijs Ammon.

COMMENTARIVS.

GEſtum nonum. Bellum contra Ammonitas ſupra c. 6. ex occaſione iam tactum,nunc explicatur. cuius cauſa fuit legatorum à Dauide miſſorum, contumelioſa violatio, cuiuſmodi pro lege Manilia Cicero vindicandam docet.

Fuit ea triplex: prima, capitis decaluatio,vt ex *1*.Par.19.monet A.T. ea ſupplicij inſtar & iniuriæ grauis fuit,vt oſtendit ſermone 42.Stobæus; Baron.tom. *6*. Suetonius in Caligula.

Secunda, Barbæ, contra Leuit.19.raſio,& quidem in vna tantum menti generumq; parte,vt apud Herodotum l. 2. Et Plutarchus in Ageſilao ignominiam fuiſſe refert, ſi vni barba partim raderetur; partim promitteretur. Mos enim fuit Orientalibus tam Græcis, quam aliis nationibus, barbas tota cura & ſolicitudine nutrire. probro autem, & maiori quam vnquam poſſit irrogari ignominiæ reputare, ſi vel vnus pilus, quocunq; caſu, ſibi de barba cum iniuria detrahatur. Vide Iun.c.*2*.com.de barba. ſimilis ignominia legitur in hiſtoria S. Fulgentij. V. Willelmum Tyrium l. 11. c.*11*.de Balduino. & Velſerum l.*2*.Boior. fol.*129*.

Tertia, Veſtium, quæ illis temporibus & locis talares, ad verecundiam vſq; curtatio.quod in quodam ridebat Poëta ille;

Dimidiaſque nates Gallica palla tegit.

Miſſi erant iſti Legati ad regis Naas filium, de quo l.1.c.11.vt vult A.T.aut ſi nimium ſenex is videatur, eius filius etiam Naas dictus eſſe potuit: quemadmodum Hanon,de quo c. iſto. à Joſepho Naas etiam vocatur. Beneficij aliquid in Dauidem cum fugeret,contulerat,v.2.idq; vt A.T.putat Scholaſtica hiſt. Abulen.44.cum c.23.ab Achis receſſiſſet. poteſt hoc bellum triplex ſtatui.

Primum, geſſit Dauid per Ioab, contra non Ammonitas tantum,ſed eorum etiã auxiliares reges quatuor. primus erat rex *S*yriæ,quæ Rechab dicitur 1.Regum 14.18.Num.*13*.v.*22*.à Joſepho Meſopotamia. Secundus,Rex *S*opha. tertius, Rex Mahacæ, quæ in Trachonitide Gilhadis finitima Maſcaa, vel Maati dicitur. Deuter.*3*.Joſue 13.hic à *70*.Amalec.*49*. *I*ſtob.quem q.appellatiuum nomẽ ſit, quidam vertunt,virum bonum, ſed cum interprete noſtro proprium faciunt.Joſephus & *70*.qui regem quintum addunt initio Betharan, ſed eſt quod hebraicè ibi dicitur,domus Aran,ſeu Syriæ.

Bellum ſecundum, videtur quidem contra Syrios geſtum v.*16*. ſed quia ob auxilium Ammonitis latum,& accepta damna ad bellum ipſi exarſerunt, eoq; tandem adacti ſunt,vt illis nihil auxilij ferrent amplius,v.*19*. idcirco recte Ammoniticum bellum cenſeri poteſt, idq; per ſeipſum geſſit Dauid, v. 17. De numerorum hic & in Paral. diſſenſione dicendum,vt ſupra c. 8. numeri enim qui in Paralipomenis minores,ſunt iſtis hic addendi: maiores vero continent eos, qui hic poſiti fuerint, minores tanquam partem. vel *700*. decuriarum equites, id eſt, *7000*.equites. Ineunte bruma bellum hoc abſolutum eſt, ait Joſephus.

CAPVT XI.

1. FActum eſt autem, vertente anno, eo tempore quo ſolent
reges ad bella procedere, miſit Dauid Ioab, & ſeruos ſu-
os cum eo, & vniuerſum Iſrael, & vaſtauerunt filios Am-
mon, & obſederunt Rabba: Dauid aũt remanſit in Ieru-
ſalem. 2. Dum hæc agerentur, accidit vt ſurgeret Dauid de ſtrato ſuo
poſt meridiem, & deambularet in ſolario domus regiæ: viditq; mu-
lierem ſe lauantem, ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum: erat autem mu-
lier pulchra valdè. 3. Miſit ergo rex, & requiſiuit quæ eſſet mulier. Nũ-
ciatumq; eſt ei quod ipſa eſſet Bethſabee filia Eliam, vxor Vriæ He-
thæi. 4. Miſsis itaq; Dauid nuncijs, tulit eam. quæ cùm ingreſſa eſſet
ad illum, dormiuit cum ea: ſtatimque ſanctificata eſt ab immunditia
ſua: 5. & reuerſa eſt in domum ſuam concepto fœtu. Mittenſq; nun-
ciauit Dauid, & ait: Concepi. 6. Miſit autem Dauid ad Ioab, dicens:
Mitte ad me Vriam Hethæum. Miſitq; Ioab Vriam ad Dauid. 7. Et
venit Vrias ad Dauid. Quæſiuitq; Dauid quàm rectè ageret Ioab, &
populus, & quomodo adminiſtraretur bellum. 8. & dixit Dauid ad
Vriam: Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Et egreſſus eſt V-
rias de domo regis, ſecutuſq; eſt eum cibus regius. 9. Dormiuit autem
Vrias ante portam domus regiæ cum alijs ſeruis domini ſui, & non
deſcendit ad domum ſuam. 10. Nunciatumq; eſt Dauid à dicentibus:
Non iuit Vrias in domum ſuam. Et ait Dauid ad Vriam: Numquid
non de via veniſti, quare non deſcendiſti in domum tuam? 11. Et ait
Vrias ad Dauid: Arca Dei & Iſrael & Iuda habitant in papilionibus,
& dominus meus Ioab, & ſerui domini mei ſuper faciem terræ ma-
nent: & ego ingrediar domum meam, & comedam, & bibam, & dor-
miam cum vxore mea? per ſalutem tuam, & per ſalutem animæ tuæ
non faciam rem hanc. 12. Ait ergo Dauid ad Vriam: Mane hîc etiam
hodie, & cras dimittam te. Manſit Vrias in Ieruſalem in die illa & alte-
ra: 13. & vocauit eum Dauid vt comederet coram ſe & biberet, & in-
ebriauit eum: qui egreſſus veſpere, dormiuit in ſtrato ſuo cum ſeruis
domini ſui, & in domum ſuam non deſcendit. 14. Factum eſt ergo
mane, & ſcripſit Dauid epiſtolam ad Ioab: miſitq; per manum Vriæ,
15. ſcribens in epiſtola: Ponite Vriam ex aduerſo belli, vbi fortiſsimũ
eſt prælium: & derelinquite eum, vt percuſſus intereat. 16. Igitur cum
Ioab obſideret vrbem, poſuit Vriam in loco vbi ſciebat viros eſſe for-
tiſsimos. 17. Egreſsique viri de ciuitate, bellabant aduerſum Ioab, &
ceciderunt de populo ſeruorum Dauid, & mortuus eſt etiam Vrias
Hethæus. 18. Miſit itaque Ioab, & nunciauit Dauid omnia verba præ-
lij: 19. præcepitque nuncio, dicens: Cùm compleueris vniuerſos ſer-
mones belli ad regem, 20. ſi eũ videris indignari, & dixerit: Quare ac-
ceſsiſtis in murũ, vt præliaremini? an ignorabatis ꝙ multa deſuper ex

muro tela mittantur? 21. Quis percuſsit Abi melech filium Ierobaal? nõne mulier miſit ſuper eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta murũ acceſsiſtis? dices: Etiam ſeruus tuus Vrias Hethæus occubuit: 22. Abijt ergo nuncius, & venit, & narrauit Dauid omnia quæ ei præceperat Ioab. 23. Et dixit nuncius ad Dauid: Prævaluerunt aduerſum nos viri, & egreſsi ſunt ad nos in agrum: nos aũt facto impetu perſecuti eos ſumus vſq; ad portam ciuitatis. 24. Et direxerunt iacula ſagittarij ad ſeruos tuos ex muro deſuper: mortuiq; ſunt de ſeruis regis, quinetiã ſeruus tuus Vrias Hethæus mortuus eſt. 25. Et dixit Dauid ad nuncium: Hæc dices Ioab: Nõ te frangat iſta res: varius enim euentus eſt belli, nunc hunc, & nunc illum conſumit gladius: conforta bellatores tuos aduerſus vrbẽ, vt deſtruas eam, & exhortare eos. 26. Audiuit aũt vxor Vriæ, ꝙ mortuus eſſet Vrias vir ſuus, & planxit eum. 27. Tranſacto aũt luctu miſit Dauid, & introduxit eam in domum ſuam, & facta eſt ei vxor, peperitq; ei filium: & diſplicuit verbum hoc, quod fecerat Dauid coram Domino.

COMMENTARIVS.

TErtium bellum. Sub anni finem poſt hyemem, ſeu vt ait Ioſeph, ineunte vere cœptũ eſt, à Martio ſiquidem annũ; vt alias dixi, ordiebantur Iſraelitæ, & ꝙ eo tẽpore ex hybernis educi milites ſoleãt, merito Marti⁹ dicitur.

Sunt verò cum aliæ vrbes omnes captæ & vaſtatæ, c. 12. v. vlt. tum verò in primis ea, quæ à magnitudine nomen accepit, Rabba vrbs regia & metropolis, vt ait Ioſeph à quo dicitur etiam Aramatha & Rabatha, olim Ammana, inquit S. Hier. de loc. hebr. & Aſtarte, inquit Stephanus; tandem Philadelphia. Videtur etiam vocari vrbs aquarum c. 12. v. 27. eo quod torrens Iabok eam circumflueret, ſed ita vocata eſt ab eius quadam parte ſeu vrbecula, quæ ſic proprie vocabatur, vt Strigonij. Vnde ibid. hebr. dicit Ioab, iam cepi vrbem aquarum: vnde recte colligitur tota Rabba paulo poſt capienda, quam v. 26. cepiſſe dicebatur propter partem ſcil. captam.

Fuit menſes aliquot per Ioabum obſeſſa, ſed per Dauidem tandem capta, c. 12. v. 29. vbi quod de regis eorũ corona dicitur v. 30. vertitur, 1. Par. 20. Melchon, idolum ſcil. Ammonitarum, de quo alibi.

Clades & ſupplicia hiſce iuris gentium violatoribus illata maxima fuerunt, v. 31. vbi carpenta ſeu plauſtra ferrata erant, quæ rotis ferreis & dentatis ad frumentum excutiendum inſtructa erant, vt ait D. Hier. Amos 1. & Eſai. 28. Typus laterum à Chaldæo vertitur in plateis: ſed fornax erat, vbi lateres formabantur & coquebantur. Monet Theod. q. 28. Dauidem crudelitatis minime accuſandum, quia iam præter dictum Ammonitarum ſcelus, ipſi grauiter & crudeliter Iſraelitas quandoque tractarant, vel tractare conati erant, vt cum l. 1. c. 11. dextros iis oculos eruere vellent.

Demum nota hominis militaris Ioabi miram in regem obſeruantiam & fidẽ: cũ huiuſmodi hominibus, effrenatiſſima ineſſe plerũq; ſoleat gloriæ cupiditas.

Dauidis lapſus.

DAuidis peccatum cũ dolore quidẽ dicimus & tremore; ſed tñ Deus noluit taceri, quod voluit ſcribi. Dicã ergo non ꝙ volo, ſed quod cogor, dicam nõ exhortans ad imitationẽ, ſed inſtruens ad timorẽ, inqt Aug. h. 21. S. Chryſoſt. hom. 77. ad pop. oſtendit quoſdam lapſum hunc abſcondere: quorum

rum conſilium improbat; eo quod eius pœnitentiam eadē opera ſupprimant.

Eſt vero peccatum hic duplex admiſſum. primum, alterius vxorem per adulterium cognoſcendo. alterum, hoc ipſum crimen ſcelerato modo pertegere conando.

De primo. Vrias erat ciuis Hieroſolymitanus magna ob fortitudinem tam apud regem quam contribules gloria, vt ait Ioſephus. Dicebatur Hethæus, vel quia ex Hethæis progenitus, proſelytus erat, teſte Theod. q.25. & Proc. vel ob ſimilem cauſam, ob quam ſup. c.6. quidam Gethæus: vel deniq; quia ipſe, aut ipſius pater contra Hethæos præclari quidpiam geſſiſſet, quemadmodum Archias dictus eſt Samius apud Herodotum l.3. cum eſſet alioqui Lacedæmonius.

Eius vxor, dicitur hic Bethſabe, & à Ioſepho: ſed 1. Par.3. Bethſua, à Græcis & D. Greg. l.3. mor. c.21. Berſabee, & dicitur illic, filia Amiel, qui hic videtur Eliā, eumq; putat A.T. & Abul. eū eſſe qui inf. c.23. v.34. ſtatuitur filius Achitophelis.

Vria igitur in caſtris ad Rabbam verſante, illa ſub veſperam, vt hebr. & græca indicant, verſic. 2. ſeſe lauabat. vel vt Rabinis videtur ob menſtruorum purificationem. Leuit. 15. vel aliam quamcunque cauſam non malam, vti Suſanna. idq; vel in horto, vel aliqua domus parte, quæ feneſtra quapiam aperta, alióue modo fortuito conſpicua Dauidi eſſe potuit, nā quod in ſolario, de quo Ioſ.2. eam ſuo ſe lauiſſe vult Abul. q 5. id ex v.2. probari non poteſt, cum hebraica & græca clare ſignificent verba hæc; ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum; referri ad Dauidē videntē. Poſt meridiationem ſiquidē, de qua ſup. c.4. è ſuo ſolari o

Rex videt hanc, viſamque cupit, potiturque cupita:

Miſit enim certos perductores, qui explorarent non an ſoluta eſſet, vti cū Rabinis quibuſdam cenſet Lyranus: ſed quod eſſet opportunitas eam ad ſe perducendi, ipſiq; aduentum ad regem perſuadendi; vti factum, verba illa indicant, ingreſſa ad regem, licet Græci vertant, ingreſſus rex ad eum, ſed latinis conſentiunt hebræa & Chald.

Atq; hoc primum peccatum eſt, in quo vides quam vere ille, *vritq; videndo fœmina*, non in ſe tantum ſpectata, ſed in imagine etiam, vel coloribus vel phantaſmatibus expreſſa. Cyrus apud Xenoph. l.5. pæd. ait, ignis tangentes vrit. pulchri verò eos etiam qui procul aſpiciunt, incendunt, vt amore ardeant. cū quaſdam aquam fundentes, panem ferentes vidiſſet Alexander, captus eſt. de quo Cœl. Rhod. l.15. c.15. vbi ex C. de Epicleris concubinis. D. Chryſoſt. in pſal.50. Aperuit in vano oculos, & ſuſcepit ſagittæ ictum, audiant curioſi qui pulchritudines alienas conſiderant, &c. D. Auguſt. l. cit. boni viri Eccleſiæ filij & in Chriſti amore perfecti, audientes tam ſancti viri ruinam, abſtinent oculos, non eos defigunt in pulchritudine carnis alienæ, &c. de longe vidit illam Dauid, de qua captus; mulier longe, libido prope. nunquid tu fortior Dauid, Salomone ſapientior? ſi illos tam ſanctos viros incauta familiaritas mulierum, & pernitioſa blandimenta vicerunt: quid de ſe cogitant illi, qui cum extraneis mulieribus, non ſolum conuerſari, ſed in eadem domo manere nec metuunt, nec erubeſcunt, &c. vide D. Hieron. epiſt.22.

Notat etiam Theodor. l. cit. tum Dauidem peccaſſe, cum ſumma ei rerum omnium eſſet proſperitas. perículoſior, inquit Auguſt. l. cit. eſt res proſpera animo, quam aduerſa corpori: aduerſus felicitatem acrius vigilandum eſt. S. Columbanum adoleſcentem hoc exemplo ad caſtitatis cuſtodiam incitat religioſa fœmina vitæ illius c.2. non reminiſceris (ait) ſuaſu Euę Adam dilapſum, Samſonem à Dalila ſeductum, Dauid à priſtina iuſtitia, pulchritudine Berſabeæ corruptum, ſapientiſs. Salomonem &c. perge ô iuuenis, perge, euade ruinam, per quā multos cōperis corruiſſe, declina viam, quæ inferi ducit ad valuas. honeſte l.2. de bel. c.12. Ioſeph. dicit antequam vxores ducant Egeni, eos non prius ſolēnes nuptias celebrare, q̄ ter purificatæ fuerint, ad experiendū, an parere valeāt.

De 2. Poſt vnum hoc peccatum ipſa ſeſe mulier ſtatim ab immunditia ſuâ ſanctificauit,v.4.corpus videlicet eluendo,ex lege Leuit.15.domum redijt,ſeq; concepiſſe, non ipſamet veniens,vt Chryſ.l.cit.videtur, ſed mittens,v.5.vel ancillulam, vel famulum forte cum literulis, regi ſignificauit. adulterij ſiquidem, cuius proditor fœtus,vir vltor, pœnam Leuit.20. timebat,regisq; famæ conſultum optabat: is vero crimen tegere dupliciter tentauit.

Primo, efficiendo vt proles videretur ipſius viri,dũ eum ad vxorem cognoſcendam ſolicitauit. primo,honeſta occaſione,v.6. deinde vino largiori,v.13. q; & ipſum peccatum fuit,vt alias oſtendi,2.2.q.150.qui,ait D.Aug.ſer.231.& 232. alterum cogit vt ſe plus quam opus eſt bibendo inebriet, minus malum ei erat, ſi carnem eius vulneraret gladio, quam animam eius per ebrietatem necaret.

Secundo,tentando vt ſibi quidem tanquam patri proles tribueretur,ſed quã legitima Venere citra culpam genuiſſet.idq; bifariam: primo,mortem Vriæ ipſi per Joabum iuſtas aliquas iracundiæ regis cauſas ſuſpicantem inferendo, v.14. vnde quæ olim Bellerophontis apud Plautum & Lucianum, hodie literæ Vriæ dicuntur. ſed ex vitio vitium,vt ait Iſid.gignitur. ſicut Dauid, qui dum non euitauit adulterium, perpetrauit & homicidium.

Sicq; tertium peccatum fuit homicidium, propter quod, cũ eſſet poſterius, non videtur à tẽpli ædificatione Dauid prohibitus,vti quandoq; viſum D.Hieron.l.1. contra Iouin. ſecundo,ducendo illam vxorẽ,poſt vſitatum luctum quã citiſſime. is vero apud varias gentes varius. Nam de decem menſibus agens,l.3. Faſtorum Ouidius ſubdidit: *Hoc luget ſpatio fœmina mæſta virum*; apud Iudæos tamen,ſeptem dierũ luctus. Eccl.22. ſuffeciſſe videtur,vt fere in Abigaro.l.1.c.25.

Et hæc quartum peccatum, dum eam ducit vxorem,cuius virum adulter occiderat: quẽadmodum indicant verba c.ſeq.v.9.& 10. vbi ceu diſtincta peccata numerantur, cœdes & nuptiæ. ita vt vel hinc in ſynagoga iã olim id genus matrimonia vetita fuiſſe colligatur; licet ſi contraherentur, non omnino nulla eſſent, quemadmodum Eccleſiaſtica lege hodie fit,ext. de eo qui dux.vxorem, quam pollue.per adult. vide Bellarm.l.1.de matrim.c.22.

Eſt verò admiranda Vriæ oratio & factũ inſigne,v.11. qm̃ad. egregie oſtendit Abul.c.ſeq.q.5.vt vel ſic Chriſti D.& Sanctor. paſſiones, & exempla imitemur.

Sunt verò hic quæſtiunculæ.

Prima. An vera hæc Dauidis peccata fuerint? Thalmudici putant primum nullum fuiſſe,quod qui ad bellum irent,vxoribus repudij libellum darent,ſicq; repudiatam & coniugij lege iam ſolutam Bethſabeam fuiſſe. ſed ridicula fabula eſt,cum ſeq.c. & iſto ſemper Vriæ vxor vocetur, neque viri à bello redeuntes ad vxores redire potuiſſent. Beza verò in Monpelgardenſi colloquio,diſput.de Baptiſmo Iudæorum fabulam hanc longe ſuperat: dum neque Saulem Dei vnquam gratiam accepiſſe, neq; Dauidem vnquam amiſiſſe docet. ſic enim nulla Dauidis mortalia peccata fuiſſent; alioquin poſita cauſa ponerentur effectus, in quibus eſt gratiæ amiſſio,animæ mors.vide pſal.50.Ezech.33. D.Chryſoſt.in pſal.50.iſta valde auget: vt medici videlicet peritia & efficacitas intelligeretur. Aug.hom 21.lethale vulnus appellat.

Secunda. Cur interdum Sancti labi ſinuntur, eorumq; lapſus produntur? videtur vt Dei iuſtitia,miſericordia,gratia, & ſimilia noſcantur.

Primo,dum ſic efficitur,vt ſancti diuina ſe gratia indigere ſciant. D.Aug. l.3. doctrinæ Chriſtianę,c.23.vt à peccati occaſionibus caueant.& ad priores,ad bene currendum reſurgant.D.Amb.c.2.apol Dauid.Aug.l.22.contra Fauſtũ c.68. & interdum ẽt vt figura quædam ſint.D.Amb ibid.c.3.& D.Greg.l.3,mor.c.21.

Secundo,vt nos eos eſſe homines intelligamus,ideoq; non exiſtimemus eos in virtutum via imitari non poſſe. D.Ambr.ibid.c.2. deinde vt timeamus; non ſit,inquit D.Aug.homil. 21. delectatio minorum,lapſus maiorum, ſed ſit caſus maiorum,tremor minorum.

Ter-

Tertio, ne deſperemus. Hieron. ad Salu. ſi Dauid amicus Domini, & Salomō amabilis eius victi ſunt, &c. D. Chryſoſt. in pſal 50. & hom. 77. D. Auguſt. hom. 21. audiant qui non ceciderant, ne cadant: audiant qui ceciderant vt ſurgant. Peccatum cum deſperatione, certa mors &c.

Quarto, vt bonis operibus pluribus, mala noſtra operiamus. Ambr. ibid. c. 6. Auguſt. l. 22 contra Fauſtum, c. 66.

Deniq; vt eorum pœnitentiam imitemur, multi, ait Aug. hom. cit. cadere volunt cum Dauid, & nolunt ſurgere cum Dauid. Sic & Ambr. c. 5. apol. at præf. in pſal. 37. etiam vt oſtenderetur nobis modus pœnitentiæ agendæ.

Myſterium et ſignificatum tradit Rupert. l. 11. de diuinis off. c. 1. Tulit Dauid vxorem, inquit, Vriæ Ethæi, ipſumq; Vriam fecit occidi, ferentem in manu ſua, ſcriptam mortis ſuæ ſententiam. graue quidem cōmittens piaculum ſecūdum rem geſtam, ſed grande præſignans myſterium per Chriſtum Regē vitæ, manu fortem atq; deſiderabilem, ſuo tempore peragēdum &c. D. Th. præfat. in ep. Canon. Literas mortis ſuæ portāt viri literati, qui ſciunt & docent & nō faciunt. Iſtæ ſunt literæ ſine ſigillo i. ſcientia, ſine vita, & ideo non creditur eis. De hoc myſterio etiam Pineda Job. 3 f. 153.

POENITENTIA DAVIDIS.

CAPVT XII.

1. MIſit ergo Dominus Nathan ad Dauid: qui cum veniſſet ad
eum, dixit ei: Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, &
alter pauper. 2. Diues habebat oues, & boues plurimos
valde. 3. Pauper aūt nihil habebat omnino, præter ouem
vnam paruulam, quā emerat & nutrierat, & quæ creuerat apud eum
cum filijs eius ſimul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens,
& in ſinu illius dormiens: eratq; illi ſicut filia. 4. Cùm aūt peregrinus
quidam veniſſet ad diuitem, parcēs ille ſumere de ouibus & de bobus
ſuis, vt exhiberet cōuiuium peregrino illi, qui venerat ad ſe, tulit ouē
viri pauperis, & præparauit cibos homini qui venerat ad ſe. 5. Iratus
aūt indignatione Dauid aduerſus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Viuit Dn̄s, quoniam filius mortis eſt vir qui fecit hoc. 6. Ouem
reddet in quadruplum, eo quod fecerit verbū iſtud, & non pepercerit.
7. Dixit autem Nathan ad Dauid: Tu es ille vir: Hæc dicit Dominus
Deus Iſrael: Ego vnxi te in regem ſuper Iſrael, & ego erui te de manu
Saul, 8. & dedi tibi domum Domini tui, & vxores Domini tui in ſinu
tuo, dedique tibi domum Iſrael & Iuda: & ſi parua ſunt iſta, adijciam
tibi multo maiora. 9. Quare ergo cōtempſiſti verbum Domini vt faceres malum in cōſpectu meo? Vriam Hethæum percuſsiſti gladio, &
vxorem illius accepiſti in vxorem tibi, & interfeciſti eum gladio filiorum Ammon. 10. Quam ob rem non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum, eo q̄ deſpexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi, vt eſſet vxor tua. 11. Itaq; hæc dicit Dn̄s: Ecce, ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius.
12. Tu enim feciſti abſconditè: ego autem faciam verbum iſtud in cō-

ſpectu omnis Iſrael,& in cõſpectu Solis. 13. Et dixit Dauid ad Nathan;
Peccaui Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid: Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuum: non morieris. 14. Verumtamen, quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus eſt tibi, morte morietur. 15. Et reuerſus eſt Nathan in domum ſuam. Percuſsit quoq; Dominus paruulum, quem pepererat vxor Vriæ Dauid, & deſperatus eſt. 16. Deprecatuſq; eſt Dauid Dominum pro paruulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum, iacuit ſuper terram. 17. Venerunt autem ſeniores domus eius, cogẽtes eum vt ſurgeret de terra: qui noluit, nec comedit cum eis cibũ. 18. Accidit aũt die ſeptima vt moreretur infans: timuerũtq; ſerui Dauid nunciare ei quod mortuus eſſet paruulus. dixerunt enim. Ecce cùm paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eum, & non audiebat vocem noſtram: quanto magis ſi dixerimus, Mortuus eſt puer, ſe affliget? 19. Cũ ergo Dauid vidiſſet ſeruos ſuos muſsitantes, intellexit quod mortuus eſſet infantulus: dixitq; ad ſeruos ſuos: Nũ mortuus eſt puer? Qui reſponderunt ei: Mortuus eſt. 20. Surrexit ergo Dauid de terra: & lotus vnctuſq; eſt: cumq; mutaſſet veſtem, ingreſſus eſt domum Domini: & adorauit, & venit in domum ſuam, petiuitq; vt ponerent ei panem, & comedit. 21. Dixerunt autem ei ſerui ſui: Quis eſt ſermo, quem feciſti? propter infantem, cùm adhuc viueret, ieiunaſti & flebas: mortuo aũt puero, ſurrexiſti, & comediſti panem. 22. Qui ait: propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui: dicebam enim: Quis ſcit ſi fortè donet eum mihi Dominus, & viuat infans? 23. Nunc autẽ quia mortuus eſt, quare ieiunem? Numquid potero reuocare eum amplius? ego vadam magis ad eum: ille vero non reuertetur ad me. 24. Et conſolatus eſt Dauid Bethſabee vxorem ſuam, ingreſſuſq; ad eam, dormiuit cum ea: quæ genuit filium, & vocauit nomẽ eius Salomon, & Dominus dilexit eum. 25. Miſitq; in manu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius, Amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus. 26. Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat vrbem regiam. 27. Miſitq; Ioab nuncios ad Dauid, dicens: Dimicaui aduerſum Rabbath, & capienda eſt Vrbs aquarum. 28. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obſide ciuitatem, & cape eam: ne, cùm à me vaſtata fuerit vrbs, nomini meo aſcribatur victoria. 29. Congregauit itaq; Dauid omnem populum, & profectus eſt aduerſum Rabbath: cumq; dimicaſſet, cepit eam. 30. Et tulit diadema regis eorum de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretioſiſsimas, & impoſitum eſt ſuper caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis aſportauit multã valde: 31. populum quoq; eius adducens ſerrauit, & circumegit ſuper eos ferrata carpenta: diuiſitq; cultris, & traduxit in typo laterum: ſic fecit vniuerſis ciuitatibus filiorũ Ammon: & reuerſus eſt Dauid, & omnis exercitus in Ieruſalem.

COMMEN-

COMMENTARIVS.

AD pœnitentiam commotus fuit Dauid, interius quidem diuina gratia: exterius verò Nathanis prophetæ admonitu. licet enim Dauid propheta eſſet, à propheta tamen iuuari iam debebat, ſicut ait Chryſoſt. in Pſal. 50. medici quando ægrotant, medicorum aliorum conſilio egent. Erat ille Dauidi adeo gratus, vt eius nomine filiorum ſuorum vnum inſignari voluerit ſupra c. 5. vti monet contra Lyran. Matth. 1. Genebrardus.

Refert ex Epiphanio hiſtoria Scholaſt. eo veſpere, quo peccatum moliebatur Dauid, Nathan à Deo certiorem factum, voluiſſe illud impedire, ſed homine mortuo in via inuento impeditum fuiſſe, idque approbat c. ſup. & hoc q. 1. Abulenſ. ſed quomodo vel poſtero ſaltem die ipſum non monuiſſet? hæc verò monitio primum poſt nuptias facta eſt. v. 9. imo poſt prolis natiuitatem, v. 14. ſed accipi videtur natiuitas, pro ea, quæ in vtero fit: prout Hebræum verbum permittit, & græca quædam ſignificant, dum in præſenti filium aiunt τεχθόμενον.

Vſus eſt Nathan parabola, vt ſuo ſeipſum iudicio Rex damnaret, neq; ipſum iritaret. ad ſecandum & ſanandum vulnus cordis eius, ferramentum fecit Deus de lingua eius, inquit Auguſt. hom. 21. Sed velut prudens medicus ferrum tegebat, parabolico ſcilicet velamento.

In eo quod dicitur, Saulis vxores Dauidi traditas, ſignificatur earum aliquas de quibus 3. & 5. c. fuiſſe Saulis, vt Rabini de Egla docent, vel ſaltem in ipſius poteſtate fuiſſe, vt ex ijs quas vellet ſumeret.

Duplices ei pœnas minatur. Primo. gladium ipſius in domo ſempiternum. v. 10. Secundo. mala domeſtica, plura & aperta, propter quæſitam criminis celationem, v. 12.

Pœnitentia vero hiſce duobus verbis indicatur, peccaui Domino, verſ. 13. de quibus S. Aug. l. 22. contra Fauſtum c. 66. hic eſt, ait, pœnitentiæ ſacrificium, &c. c. 67. Cordis eius profunda cernebat Spiritus Dei, quando correptus per prophetam, dixit: peccaui, continuoque ad hoc verbum, audire meruit, quod acceperit veniam: ad quam rem, niſi ad ſempiternam ſalutem? neque enim prætermiſſa eſt in illo ſecundum comminationem flagelli paterni diſciplina, vt & confeſſus in æternum liberaretur, & afflictus temporaliter probaretur. D. Ambroſius legi poterit in Pſal. 37. in orat. de fun. Theodoſ. l. 2. de pœn. c. 10. & l. adhort. ad pœn. peccaui in tribus ſyllabis, flamma ſacrificij ad cœlum aſcendit, &c.

In hiſce verò duabus voculis conſiderandum & quid dicatur, & quomodo. Primum Nulla peccatorum excuſatio vel inficiatio eſt, ſed agnitio & confeſſio eorum, quæ obiecta erant, omnium, ſeque dicit peccaſſe Domino, ſeu contra Dominum. quia etiam quæ in proprium corpus admittuntur, in Dominum Deum ipſum qui cauerat, redundant, D. Ambro. Apol. c. 2. vnuſquiſque de plebe peccatum ſuum confitendum non putat, ille rex tantus ac potens, ne exiguo quidem momento (ſcilicet poſtquam monitus eſt) manere penes ſe delicti paſſus eſt conſcientiam; ſed præmatura confeſſione, atque immenſo dolore, reddidit peccatum ſuum Domino, confeſſus ingemuit culpæ dolore, Dominum dolor intimi mouet affectus. Maturitas itaq; veniæ profundam regis fuiſſe pœnitentiam declarauit. Et cap. 4. Confeſſus eſt culpam, obſecrauit indulgētiam, humi ſtratus deplorauit ærumnam, ieiunauit, orauitque: quod erubeſcunt facere priuatim, rex non erubuit confiteri. Vide & epiſtolam eiuſdem vigeſimam octauam.

Modus verò quo hæ voculæ prolatæ ſunt, fuit in animo quidem dolor immenſus, vt ex Ambroſio, & Auguſt. iam dictum: In corpore verò è modeſtiſſimo animo ſuſpiria, gemitus, lachrymæ, aliaque pœnitentiæ effecta, quę Pſal. 50.

eam ad rem quemadmodum titulus indicat compoſitus, perſpicuum facit, & iam dicti patres. Audi, ait Auguſtinus, homil. 2. 2. Dauidem clamantem, & ſimul clama audi gementem; & congemiſce audi flentem, & collachrymare. D. Chryſoſt hom. 77. ad populum: ne conſideres quod cecidit, aut torpeas; ſed quantum poſtea lachrymarum fuderit, quantum pœnitentiæ, noctes iungens diebus, fontes emittens lachrymarum, lectum lachrymis abluens, ſaccum indutus, &c. hic & in Pſal. ſextum, Saluianus libro ſecundo. Agnoſcit Dauid reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, pœnitet, gemmas regias abdicat, crepantia auro textili indumenta deponit, purpura exuitur, diademate exoneratur, corde & cultu mutatur, totum regem cum ornatibus ſuis abiicit, ieiunio exugitur, ariditate ſiccatur, fletu effunditur, ſolitudine carceratur. ſic & libro quarto pulcherrime, & Pacianus Paræneſi ad pœnitentiam. Iacuit *Dauid* in cinere ſordenti, ſacco inſuper horrenti deformis, &c.

Atque hæc cauſa, cur cum etiam dixiſſet *S*aul. lib. primo. cap. 15. peccaui, veniam tamen conſequutus non ſit, multo minus Iudas Matth. 27. In ſimili ait Auguſt. cap. 67. lib. 22. contra Fauſtum in ſimili voce, quam ſenſus humanus audiebat, diſſimile pectus erat, quod diuinus oculus diſcernebat. Vide Bellar. lib. 2. de Pœnitent. cap. 7. Neque vero iſto tantum tempore iſta fecit *D*auid, ſed tota etiam vita reliqua, vt ait in Pſal. 6. & homil. 31. ad Hebr. Chryſoſt. *D.* Ambr. Apologiæ cap. 4. *D.* Hilarius in Pſal. 118. V. Exitus aquarum.

Peccati Dauidis venia.

PRopitiatum eſſe Dominum indicat ſtatim propheta v. 14. vnde Ambroſ. Epiſtola 28. & Apolog. cap. 2. Quoniam pœnituit te, &c. transferre vero peccatum, ſeu vt hebraice dicitur facere tranſire, non eſt idipſum quidem relinquere; vel quaſi abeſſet, non imputare: cum verborum ipſorum notio repugnet. Neque etiam in poſteros transferre, vt vult Abul. q. 12. & 13. (id enim de pœna tantum diceretur, cum tamen propter *D*auidem cōſeruati potius quam puniti ſint poſteri. 4. Reg. 20.) Sed eſt peccatum ipſum amouere, ſeu auferre: prout idem verbum vertitur Zach. 3. v. 4. Pſal. 118. v. 39. & Abantius. interpres infra cap. 24. v. 10. apud Ambroſ. epiſtola 28.

Fit verò hæc ablatio primario quidem quoad culpam; cum ea ipſo peccati nomine proprie ſignificetur. *D*einde verò quo ad pœnam, quæ peccati effectũ & comes, ac æterna quidem ſemper vnâ cum culpa dimittitur: nō autem ſemper ea, quæ certo definitoque tempore, prout diuinæ iuſtitiæ viſum, luenda eſt: quemadmodum ex hoc ipſo loco clare perſpicitur. Relege citatum paulò ante *D.* Aug. cap. illo 67. vbi cum dixiſſet magnum in *D*auide fidei robur eſſe oportuiſſe, quod cum audiuiſſet peccatum ſuum translatum, nihilominus tamen pœnæ adhuc aliquæ ſuſtinendæ eſſent. Intelligebat, inquit, niſi *D*ominus confitenti pœnitentique propitius, quantum pœnarum æternarum eius eſſent digna peccata, pro quibus cum temporalibus emendationibus verberaretur, videbat erga ſe & manere veniam, & non negligi diſciplinam. Grandis ait l. c. Saluianus, fructus pœnitentiæ eſt, quod æternis quidem piaculis non addit iter, in præſenti tamen veniam non meretur. Et in exp. inch. ep. ad Rom. iuſtitiæ diuinæ tanta conſtantia eſt; vt cum pœna ſpiritualis, & ſempiterna pœnitenti fuerit relaxata, preſſuræ tamen, cruciatusque corporales quibus etiam Martyres exercitatos nouimus; poſtremo mors ipſa, quam peccando meruit noſtra natura, nulli relaxetur &c. vnde mihi videntur etiam illa, quæ per Nathan prophetam comminatus eſt *D*eus, cui ſtatim ignouerat pœnitenti, proptereatamen accidiſſe omnia; vt demonſtraret illam viam ſpiritualiter datam, propter futurum vitium pœnarum, quod expectat eos, qui hoc tempore corrigi nolunt, &c. Sic & *D.* Gregor. lib. nono Moralium cap. 27. delinquenti, ait, *D*ominus ne-

hus nequaquam parcet, quia delictum ſine vltione non deſerit. Aut enim ipſe hoc loco in ſe pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. vide Bellarm. de pœnit. lib. 4. cap. 2. 3. 4.

Peccati pœna temporaria.

E Duobus ante denuntiatis pœnarum generibus ea indulgentia facta eſt. Primo vt cum in iis Dauidis etiam cædes, vt ex v. 14. colligitur, contineretur, eaq; fortaſſis à proprio filio: ipſe tamen non occideretur.

Secundo. Neque eſſet in ſempiternum eius in domo gladius, cum vt ſupra dixi, propter ipſum etiam, ab iis, quibus iſtiuſmodi pœnæ deberentur, ablatæ ſint: vt non ſit neceſſe vocem ſempiternum pro longo tempore interpretari, vel cum Abul. quæſt. 7. quam diu Dauidis domus fuiſſet.

Tertio. Moreretur iam eius filiolus ex adulterio.

Quarto. reliqua verò mala etſi grauiſſima fuerint, minus tamen quam fuiſſent, grauia eſſent, cum & ad regnum ſtatim redierit, neque à quoquam peremptus ſit.

Pœnarum iſtarum cauſa fuit, quemadmodum textus indicat, peccatum admiſſum: præcipue tamen, quæ Dei hoſtibus data eſt, occaſio blaſphemandi, v. 14. ſeu vt ait Chaldæus aperiendi os ſuum: videlicet ad licentius de Deo, eiuſq; donis & ſeruis loquitandum, ad Iſraelitas vincendum, dum diuina iam gratia ſeipſum orbaſſet Dauid, vt ait Procop. & A. T.

Emanarant vero Dauidis ſcelera. Primo. Coniecturis ex nuptiarum acceleratione. Secundo. ſubita vteri tumefactione. Tertio. ſeruulorum etiam conſciorum ſermunculis.

Sunt verò pœnæ potiſſimum ſeptem ab hoc 12. cap. vſque ad 21.

Prima filioli ex adulterio nati, per ægritudinem mors, poſt quam lugere ſtatim deſtitit Dauid: quia cum nullo ille peccato præterquam originis aſtrictus eſſet, neque ordinaria iam via reuiuiſcere poſſet, nullumq; Dauid miraculum quod antea nec viderat, nec legerat, poſceret; non erat, cur in precibus & humilitatibus aliis perſiſteret. Vide Cyrillum lib. 7. cap. 20. Ambroſ. orat. de Reſurrect. D. Hieron ep. 25. ait: Dauid legitur iuſte fleuiſſe filium parricidam, qui alium paruulum, poſtquam vt viueret impetrare non potuit, quia ſciebat non peccaſſe, non fleuit. Sic & hodie pro mortuis infantibus, vel nondum, vel iamiam baptizatis preces nominatim fieri non oportet, Abul. q. 24.

Fuit in iſta pœna miſericordię non parum, dum enim Deus, hunc filium, qui perpetuum Dauidi dedecus fuiſſet, ſuſtulit, pro eo alium dedit, qui dupliciter vocatus eſt. A patre quidem, vt Hebræum verbum contra Abulenſem indicat, Salomon: quia videlicet cum Deo iam pax erat, reconciliatus cum eſſet, ſimulque prophetia futuræ pacis in ipſo & Chriſto Domino dabitur. 1. Paralip. 22. à Deo per Nathanen.

Ledidia quod Græci retinent & fere ſeptuaginta, variè vertunt apud Procop. Aquila & Symmachus; ſed noſter alijs ſcripturis conuenienter, Amabilis Domino. Sed cum ſupra cap. 5. & 1. Paralip. 3. inter 4. Bethſabee filios ponatur vltimus, putant Rabini primos tres fuiſſe Vriæ, ſed à Dauide adoptatos: cum tamen in Ieruſalem nati dicantur. verius eos poſt Salomonem natos, ſed vltimo loco iſtum numerari; quod præcipuus eſſet, de quo multa, & magna dicenda forent, ſicque Cedrenus f. 75. ſecundo loco è Betſaba genitum ait.

CAPVT XIII.

1. FActum eſt autem poſt hæc, vt Abſalom filij Dauid ſo-
rorem ſpecioſiſſimam, vocabulo Thamar, adamaret
Amnon filius Dauid, 2. & deperiret eam valde, ita vt
propter amorem eius ægrotaret: quia cum eſſet virgo,
difficile ei videbatur vt quippiam inhoneſte ageret cum ea. 3. Erat
autem Amnon amicus, nomine Ionadab filius Semmaa fratris Da-
uid, vir prudens valde. 4. Qui dixit ad eum: Quare ſic attenuaris ma-
cie fili regis per ſingulos dies? cur non indicas mihi? Dixitq; ei Am-
non: Thamar ſororem fratris mei Abſalom amo. 5. Cui reſpondit
Ionadab: Cuba ſuper lectum tuum, & languorem ſimula: cumq; ve-
nerit pater tuus vt viſitet te; dic ei: Veniat, oro, Thamar ſoror mea,
vt det mihi cibum, & faciat pulmentum vt comedam de manu eius.
6 Accubuit itaq; Amnon, & quaſi ægrotare cœpit: cumq; veniſſet
rex ad viſitandum eum, Ait Amnon ad regem: Veniat, obſecro,
Thamar ſoror mea, vt faciat in oculis meis duas ſorbitiunculas, &
cibum capiam de manu eius. 7. Miſit ergo Dauid ad Thamar domũ,
dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum. 8.
Venitq; Thamar in domum Amnon fratris ſui: ille autem iacebat:
quæ tollens farinam commiſcuit: & liquefaciens, in oculis eius coxit
ſorbitiunculas. 9. Tollenſque quod coxerat, effudit, & poſuit coram
eo, & noluit comedere: dixitq; Amnon: Eiicite vniuerſos à me. Cũ-
que eieciſſent omnes, 10. dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in
conclaue, vt veſcar de manu tua. Tulit ergo Thamar ſorbitiunculas,
quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem ſuum in conclaue. 11. Cũ-
que obtuliſſet ei cibum, apprehendit eam, & ait: Veni, cuba mecum
ſoror mea. 12. Quæ reſpondit ei. Noli frater mi, noli opprimere me,
neq; enim hoc fas eſt in Iſrael: noli facere ſtultitiam hanc. 13. Ego e-
nim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quaſi vnus de
inſipientibus in Iſrael: quin potius loquere ad regem, & non negabit
me tibi. 14. Noluit autem acquieſcere precibus eius, ſed præualens
viribus oppreſſit eam, & cubauit cum ea. 15. Et exoſam eam habuit
Amnon odio magno nimis: ita vt maius eſſet odium, quo oderat
eam, amore quo ante dilexerat. Dixitque ei Amnon: Surge, & vade.
16. Quæ reſpondit ei: Maius eſt hoc malum, quod nunc agis aduer-
ſum me, quam quod ante feciſti, expellẽs me. Et noluit audire eam:
17. ſed vocato puero, qui miniſtrabat ei, dixit: Eiice hanc à me foras,
& claude oſtium poſt eam. 18. Quæ induta erat talari tunica: huiuſ-
cemodi enim filiæ regis virgines veſtibus vtebantur. Eiecit itaq; eam
miniſter illius foras: clauſitq; fores poſt eam. 19. Quæ aſpergens cine-
rem capiti ſuo, ſciſſa talari tunica, impoſitiſque manibus ſuper caput
ſuum,

ſuum, ibat ingrediens, & clamans. 20. Dixit autem ei Abſalom frater ſuus: Numquid Amnon frater tuus concubuit tecum? ſed nunc ſoror tace, frater tuus eſt: neque affligas cor tuum pro hac re. Manſit itaque Thamar contabeſcens in domo Abſalom fratris ſui. 21. Cum autem audiſſet rex Dauid verba hæc, contriſtatus eſt valde, & noluit contriſtare ſpiritum Amnon filij ſui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei. 22. Porro nō eſt locutus Abſalom ad Amnon nec malum, nec bonum: oderat enim Abſalom Amnon, eo quod violaſſet Thamar ſororem ſuam. 23. Factum eſt autem poſt tempus biennij, vt tonderentur oues Abſalom in Baalhaſor, quæ eſt iuxta Ephraim: & vocauit Abſalom omnes filios regis, 24. venitque ad regem, & ait ad eum: Ecce tondentur oues ſerui tui: veniat, oro, rex cū ſeruis ſuis ad ſeruum ſuum. 25. Dixitque rex ad Abſalom: Noli fili mi, noli rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. Cum autem cogeret eum, & noluiſſet ire, benedixit ei. 26. Et ait Abſalom: Si non vis venire, veniat, obſecro, nobiſcum ſaltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex: Non eſt neceſſe, vt vadat tecum. 27. Coëgit itaq; Abſolom eum, & dimiſit cum eo Amnon & vniuerſos filios regis. Feceratque Abſalom conuiuium quaſi conuiuium regis. 28. Præceperat autem Abſalom pueris ſuis, dicens: Obſeruate cum temulentus fuerit Amnon, & dixero vobis: Percutite eum, & interficite, nolite timere: ego enim ſum qui præcipio vobis: roboramini, & eſtote viri fortes, 29. Fecerunt ergo pueri Abſalom aduerſum Amnon, ſicut præceperat eis Abſalom. Surgentesque omnes filij regis aſcenderunt ſinguli mulas ſuas, & fugerunt. 30. Cumque adhuc pergerent in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicens: Percuſſit Abſalom omnes filios regis, & non remanſit ex eis ſaltem vnus. 31. Surrexit itaque rex, & ſcidit veſtimenta ſua: & cecidit ſuper terram, & omnes ſerui illius, qui aſſiſtebant ei, ſciderunt veſtimenta ſua. 32. Reſpondens autem Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit: Ne æſtimet Dominus meus rex, quod omnes pueri filij regis occiſi ſint: Amnon ſolus mortuus eſt, quoniam in ore Abſalom erat poſitus ex die qua oppreſſit Thamar ſororem eius. 33. Nunc ergo ne ponat Dominus meus rex ſuper cor ſuum verbum iſtud, dicens: Omnes filij regis occiſi ſunt: quoniam Amnon ſolus mortuus eſt. 34. Fugit autem Abſalom: & eleuauit puer ſpeculator oculos ſuos, & aſpexit: & ecce populus multus veniebat per iter deuium ex latere montis. 35. Dixit autem Ionadab ad regem: Ecce filij regis adſunt: iuxta verbum ſerui tui ſic factū eſt. 36. Cumque ceſſaſſet loqui, apparuerunt & filij regis: & intrantes leuauerunt vocem ſuam, & fleuerunt: ſed & rex & omnes ſerui eius fleuerunt ploratu magno nimis. 37. Porro Abſalom fugiens, abiit ad Tholomai filium Ammiud regem Geſſur. Luxit ergo Dauid filium ſuum

ſuum cunctis diebus. 38. Abſalom autem cum fugiſſet, & veniſſet in
Geſſur, fuit ibi tribus annis. 39. Ceſſauitque rex Dauid perſequi Ab-
ſalom, eo quod conſolatus eſſet ſuper Amnon interitu.

COMMENTARIVS.

SEcunda pœna filij primogeniti Amnonis, cum ſorore Thamare inceſtus. cap. 13.

Vbi nota inſani amoris proprietates aliquot, de quibus lib. 9. Meta. Ouid. & quæſt. 29. Abulenſis, vt corporis ægritudinem, partim veram, partim ſimulatam, quæ vtraque ab Eraſiſtrato de quo in Syriacis Appianus, & in Syria Dea Lucianus deprehendi potuiſſet. Et verò extat Galeni libellus, quomodò ſimulati morbi deprehendi queant. Deinde poſt expletam libidinem, odium quod ex Geneſ. 34. colligit quæſt. 5. Abulenſis fuiſſe ſupernaturale. Sed ſimilia capite de Delphino libro 27. colligit Pierius. Catullus canit.

---- Nulla viro iuranti fœmina credat:
Nulla viri ſperet ſermones eſſe fideles.
Sed ſimul ac cupidæ mentis ſatiata libido eſt
Dicta nihil & c nihil periuria curant.

Erat verò Amnon ſupplicio dignus vti contra Lyranum probat Abul. quæſt. 9. Licet enim ex alia matre ſororem ducere aliquando licuiſſet, vt in Gen. dixi ætate tertia, non tamen poſt legem Leuit. 20. Multo minus vi eam opprimere. *V*ide Parallelo 55. Plutarchum.

Hæc verò dicebat v. 13. ſe ipſi poſſe matrimonio copulari, non quod alterius etiam patris filia eſſet vt apud Lyranum, inquit, R. Salomon, neque quaſi legem neſciret, vt vult Abul. quæſt. 4. ſed quod furentem adoleſcentis impetum iſto modo ſeſe tunc auerſuram ſperaret, vt innuit Ioſephus.

Sorbitiunculæ v. 8 à Græcis Collyrides vertuntur, à Ioſepho etiam panes in ſartagine frixi, de quibus libro 4. cap. primo Turnebus. Cur autem adoleſcentes quas amarant, tantopere poſtea oderint, Ariſtoteles l. 4. prob. 11. cauſam dat.

CAPVT XIV.

1. INtelligens autem Ioab filius Saruiæ, quod cor regis ver-
ſum eſſet ad Abſalom, 2. miſit Thecuam, & tulit inde
mulierem ſapientem: dixitq; ad eam: Lugere te ſimu-
la, & induere veſte lugubri, & ne vngaris oleo, vt ſis qua-
ſi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum: 3. & ingredieris ad
regem, & loqueris ad eum ſermones huiuſcemodi. Poſuit autem Io-
ab verba in ore eius. 4. Itaque cum ingreſſa fuiſſet mulier Thecuitis
ad regem, cecidit coram eo ſuper terram, & adorauit, & dixit: Serua
me rex. 5. Et ait ad eam rex: Quid cauſæ habes? Quæ reſpondit; Heu,
mulier vidua ego ſum: mortuus eſt enim vir meus. 6. Et ancillæ tuæ
erant duo filij: qui rixati ſunt aduerſum ſe in agro, nulluſq; erat, qui
eos prohibere poſſet: & percuſſit alter alterum, & interfecit eum. 7.
Et ecce conſurgens vniuerſa cognatio aduerſum ancillam tuam, di-
cit: Trade eum, qui percuſſit fratrem ſuum, vt occidamus eum pro
anima

anima fratris ſui, quem interfecit, & deleamus heredem: & quærunt extinguere ſcintillã meam, quæ relicta eſt, vt non ſuperſit viro meo nomen, & reliquiæ ſuper terram. 8. Et ait rex ad mulierem: Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te. 9. Dixitq; mulier Thecuitis ad regem: In me, domine mi rex, ſit iniquitas, & in domum patris mei: rex autem & thrónus eius ſit innocens. 10. Et ait rex: Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & vltra non addet vt tangat te. 11. Quæ ait: Recordetur rex Domini Dei ſui, vt non multiplicentur proximi ſanguinis ad vlciſcendum, & nequaquam interficiant filium meum. Qui ait: Viuit Dominus, quia non cadet de capillis filij tui ſuper terram. 12. Dixit ergo mulier: Loquatur ancilla tua ad dominum meũ regem verbum. Et ait: Loquere. 13. Dixitque mulier: Quare cogitaſti huiuſcemodi rem contra populum Dei, & locutus eſt rex verbum iſtud, vt peccet, & non reducat eiectum ſuum? 14. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur: nec vult Deus perire animam, ſed retractat cogitãs ne penitus pereat qui abiectus eſt. 15. Nunc igitur veni, vt loquar ad dominum meum regem verbum hoc, præſente populo. Et dixit ancilla tua: Loquar ad regẽ, ſi quo modo faciat rex verbum ancillæ ſuæ. 16. Et audiuit rex, vt liberaret ancillãm ſuam de manu omnium, qui volebant de hæreditate Dei delere me, & filium meũ ſimul. 17. Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbum domini mei regis ſicut ſacrificiũ. Sicut enim Angelus Dei, ſic eſt Dominus meus rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur: vnde & Dominus Deus tuus eſt tecum. 18. Et reſpondens rex, dixit ad mulierem: Ne abſcondas à me verbum, quod te interrogo. Dixitq; ei mulier: Loquere Domine mi rex. 19. Et ait rex: Nũquid manus Ioab tecum eſt in omnibus iſtis? Reſpondit mulier & ait: Per ſalutem animæ tuæ, domine mi rex, nec ad ſiniſtram, nec ad dexterã eſt ex omnibus his, quæ locutus eſt dominus meus rex: ſeruus enim tuus Ioab, ipſe præcepit mihi, & ipſe poſuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc. 20. Vt verterẽ figuram ſermonis huius, ſeruus tuus Ioab præcepit iſtud: tu autem domine mi rex, ſapiens es, ſicut habet ſapientiam Angelus Dei, vt intelligas omnia ſuper terram. 21. Et ait rex ad Ioab: Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & reuoca puerum Abſalom. 22. Cadensque Ioab ſuper faciem ſuam in terram, adorauit & benedixit regi: & dixit Ioab: Hodie intellexit ſeruus tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis, domine mi rex: feciſti enim ſermonem ſerui tui. 32. Surrexit ergo Ioab & abijt in Geſſur, & adduxit Abſalom in Ieruſalem. 24. Dixit autem rex: Reuertatur in domum ſuam, & faciem meam non videat. Reuerſus eſt itaque Abſalom in domum ſuam, & faciem regis non vidit. 35. Porro ſicut Abſa-

lom, vir non erat pulcher in omni Iſrael, & decorus nimis: à veſtigio
pedis vſq; ad verticem non erat in eo vlla macula. 26. Et quando tõ-
debat capillum (ſemel autem in anno tondebatur, quia grauabat eũ
cæſaries) ponderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis, pondere pu-
blico. 27. Nati ſunt autem Abſalom filij tres: & filia vna nomine
Thamar, elegantis formæ. 28. Manſitq; Abſalom in Ieruſalem duo-
bus annis, & faciem regis non vidit. 29. Miſit itaq; ad Ioab, vt mitte-
ret eum ad regem: qui noluit venire ad eum. Cumq; ſecundo miſiſ-
ſet, & ille noluiſſet venire ad eum, 30. dixit ſeruis ſuis: Scitis agrum
Ioab iuxta agrum meum, habentem meſſem hordei: ite igitur, &
ſuccendite eum igni. Succenderunt ergo ſerui Abſalom ſegetem i-
gni. Et venientes ſerui Ioab, ſciſſis veſtibus ſuis, dixerunt: Succende-
runt ſerui Abſalom partem agri igni. 31. Surrexitque Ioab, & venit
ad Abſalom in domum eius, & dixit: Quare ſuccenderunt ſerui tui
ſegetem meam igni? 32. Et reſpondit Abſalom ad Ioab: Miſi ad te
obſecrans vt venires ad me, & mitterem te ad regem, & diceres ei:
Quare veni de Geſſur? melius mihi erat ibi eſſe: obſecro ergo vt vi-
deam faciem regis: quod ſi memor eſt iniquitatis meæ, interficiat
me 33. Ingreſſus itaque Ioab ad regem, nunciauit ei omnia: vocatuſ-
que eſt Abſalom, & intrauit ad regem, & adorauit ſuper faciem ter-
tæ coram eo: oſculatusque eſt rex Abſalom.

COMMENTARIVS.

TErtia pœna. Eiuſdem primogeniti cædes per Abſolonem, qui triennium apud Auum latuit, & tandem Thecuitidis opera reductus eſt c. 14. quę vt à Periandro filia Herod. l. 3. ſic à Ioab ipſa miſſa eſt, & ab Hebræis apud A. T. traditur auia Hamos prophetæ. Et hyperbolice regis prudentiam laudauit v. 17. & 20. aquarumq; ſimilitudine v. 14. ſignificat vel Abſalonis mortem non accelerandam, cum cito aquarum inſtar omnes morte dilabamur vel non poſſe ad vitam reuocari Amnonem mortuum, ſicuti neque aqua effuſa rurſum cogitur, inquit Procopius.

Capilli eius pondus v. 26. quoties tondebatur, erat, vt 70. Ioſephus, Chald. Hebręus aiunt, ſiclorum 200. & quidem pondere Regio ſeu Publico, id eſt, Minarum 5. ait Ioſephus, cum hominum aliorum capilli annui vix ſint 50. vel 60. ſiclorum inquit Abul. q. 18. 19.

Tondebatur verò non ſingulis menſibus, vt A. T. non octauo quoq; menſe, vt Nouus Ioſephi interpres ait, & ex eo quoq; Ribera Hamos 4. ſed vt noſter Interpres, anno quolibet, ſeu à fine dierum ad dies vt Hebraice dicitur, quemadmodum Exod. 13. 1. Regum primo. Leu. 25. Dicit Chaldæus, ab oportunitate ad oportunitatem tondendi.

Capillum libenter non totondiſſet, non quod Nazaræus eſſet vt Rabinis videtur. in c. 2. Sanhedrin f. 46. ſed propter pulchritudinem, cuius ipſe perſtudioſus, vnde & poſtea cap. 18. capillis pependit.

Liberos accepit 4. in quibus vna ſororis nomine filia Thamar, quæ à Ioſepho notatur, Salomonis filio Roboamo poſtea nupſiſſe. Sed de ea l. 3. c. 12. Filij verò mortui ſtatim ſunt, vt ait Theodoretus q. 35. Vnde cap. 18. v. 18. ſine filiis eſſe dicitur, licet apud A. Tradit. eum è quercu depoſitum, dicant Hebræi ſuperſtites filios reliquiſſe, ſed quos & regno & vita indignos ſciret.

CAPVT XV.

1. IGitur poſt hæc fecit ſibi Abſalom currus, & equites, &
quinquaginta viros qui præcederent eum. 2. Et manè
conſurgens Abſalom, ſtabat iuxta introitum portæ, &
omnem virum, qui habebat negotium vt veniret ad
regis iudicium, vocabat Abſalom ad ſe, & dicebat: De qua ciuita-
te es tu? Qui reſpondens aiebat: Ex vna tribu Iſrael ego ſum ſeruus
tuus. 3. Reſpondebatque ei Abſalom: Videntur mihi ſermones
tui boni & iuſti. Sed non eſt qui te audiat conſtitutus à rege, dice-
batque Abſalom: 4. Quis me conſtituat iudicem ſuper terram, vt
ad me veniant omnes, qui habent negotium, & iuſte iudicem? 5.
Sed & cum accederet ad eum homo vt ſalutaret illum, extendebat
manum ſuam, & apprehendens, oſculabatur eum. 6. Faciebatque
hoc omni Iſrael venienti ad iudicium, vt audiretur à rege, & ſolici-
tabat corda virorum Iſrael. 7. Poſt quadraginta autem annos, di-
xit Abſalom ad regem Dauid: Vadam, & reddam vota mea quæ
voui Domino in Hebron. 8. Vouens enim vouit ſeruus tuus, cum
eſſet in Geſſur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus in Ieruſa-
lem, ſacrificabo Domino. 9. Dixitque ei rex Dauid: Vade in pace.
Et ſurrexit, & abiit in Hebron. 10. Miſit autem Abſalom explora-
tores in vniuerſas tribus Iſrael, dicens: Statim vt audieritis clango-
rem buccinæ, dicite: Regnauit Abſalom in Hebron. 11. Porro cum
Abſalom ierunt ducenti viri de Ieruſalem vocati, euntes ſimplici
corde, & cauſam penitus ignorantes. 12. Accerſiuit quoque Abſa-
lom Achitophel Gilonitem conſiliarium Dauid, de ciuitate ſua Gi-
lo. Cumque immolaret victimas, facta eſt coniuratio valida, po-
pulúſq; concurrens augebatur cum Abſalom. 13. Venit igitur nun-
cius ad Dauid, dicens: Toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſa-
lom. 14. Et ait Dauid ſeruis ſuis, qui erant cum eo in Ieruſalem: Sur-
gite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Abſalom: fe-
ſtinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & impellat ſuper nos
ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij. 15. Dixeruntque ſerui
regis ad eum: omnia quæcumque præceperit Dominus noſter rex,
libenter exequemur ſerui tui. 16. Egreſſus eſt ergo rex, & vniuerſa
domus eius pedibus ſuis: & dereliquit rex decem mulieres concubi-
nas ad cuſtodiendam domum. 17. Egreſſuſq; rex & omnis Iſrael pe-
dibus ſuis, ſtetit procul à domo. 18. & vniuerſi ſerui eius ambulabant
iuxta eum, & legiones Cerethi, & Phelethi, & omnes Gethæi, pugna-
tores validi, ſexcenti viri, qui ſecuti eum fuerant de Geth pedites,
præcedebant regem. 19. Dixit autem rex ad Ethai Gethęum: Cur ve-
nis nobiſcum? reuertere, & habita cum rege, quia peregrinus es, & e-
O 2 greſſus

greſſus es de loco tuo. 20. Heri veniſti, & hodie compelleris nobi-
ſcum egredi? ego autem vadam quo iturus ſum? reuertere, & reduc
tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum miſericordiam, & ve-
ritatem, quia oſtendiſti gratiam & fidem. 21. Et reſpondit Ethai regi,
dicens: Viuit Dominus, & viuit Dominus meus rex: quoniam in
quocumque loco fueris domine mi rex, ſiue in morte, ſiue in vita, i-
bi erit ſeruus tuus. 22. Et ait Dauid Ethai: Veni, & tranſi. Et tranſiuit
Ethai Gethæus, & omnes viri, qui cum eo erant, & reliqua multitu-
do. 23. Omnesque flebant voce magna, & vniuerſus populus tranſ-
ibat: rex quoque tranſgrediebatur Torrentem Cedron, & cunctus
populus incedebat contrà viam, quæ reſpicit ad deſertum. 24. Ve-
nit autem & Sadoc ſacerdos, & vniuerſi Leuitæ cum eo, portantes
arcam fœderis Dei, & depoſuerunt arcam Dei: & aſcendit Abiathar,
donec expletus eſſet omnis populus, qui egreſſus fuerat de ciuitate.
25. Et dixit rex ad Sadoc: Reporta arcam Dei in vrbem: ſi inuenero
gratiam in oculis Domini, reducet me, & oſtendet mihi eam, & ta-
bernaculum ſuum. 26. Si autem dixerit mihi: Non places: præſto
ſum, faciat quod bonum eſt coram ſe. 27. Et dixit rex ad Sadoc ſa-
cerdotem: O videns reuertere in ciuitatem in pace: & Achimaas fi-
lius tuus, & Ionathas filius Abiathar duo filij veſtri, ſint vobiſcum.
28. Ecce ego abſcondar in campeſtribus deſerti, donec veniat ſermo
à vobis indicans mihi. 29. Reportauerunt ergo Sadoc, & Abiathar
arcam Dei in Ieruſalem: & manſerunt ibi. 30. Porro Dauid aſcende-
bat Cliuum oliuarum, ſcandens & flens, nudis pedibus incedens, &
operto capite, ſed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite
aſcendebat plorans. 32 Nunciatum eſt autem Dauid quod & Achi-
tophel eſſet in coniuratione cum Abſalom, dixitque Dauid: Infatua,
quæſo, Domine conſilium Achitophel. 32. Cumq; aſcenderet Da-
uid ſummitatem montis, in quo adoraturus erat Dominum, ecce
occurrit ei Chuſai Arachites, ſciſſa veſte, & terra pleno capite. 33. Et
dixit ei Dauid. Si veneris mecum, eris mihi oneri: 34. ſi autem in ci-
uitatem reuertaris, & dixeris Abſalom: Seruus tuus ſum, rex: ſicut fui
ſeruus patris tui, ſic ero ſeruus tuus: diſſipabis conſilium Achito-
phel 35. Habes autem tecum Sadoc, & Abiathar ſacerdotes: & omne
verbum quodcumque audieris de domo regis, indicabis Sadoc, &
Abiathar ſacerdotibus. 36. Sunt autem cum eis duo filij eorum A-
chimaas filius Sadoc, & Ionathas filius Abiathar: & mittetis per eos
ad me omne verbum quod audieritis. 37. Veniente ergo Chu-
ſai amico Dauid in ciuitatem, Abſalom quoque in-
greſſus eſt Hieruſalem.

CAPVT

CAPVT XVI.

1. CVmque Dauid tranſiſſet paululum mõtis verticem, ap-
paruit Siba puer Miphiboſeth in occurſum eius, cũ duo-
bus aſinis, qui onerati erant ducentis panibus & centum
alligaturis vuæ paſſæ, & centum maſsis palatharum, & v-
tere vini. 2. Et dixit rex Sibæ: Quid ſibi volunt hæc? Reſponditq; Si-
ba: Aſini, domeſticis regis vt ſedeant: panes & palathæ ad veſcendũ
pueris tuis: vinum.a. vt bibat ſi quis defecerit in deſerto. 3. Et ait rex:
Vbi eſt filius domini tui? Reſponditq; Siba regi: Remanſit in Ieruſa-
lem, dicens: Hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnum patris mei.
4. Et ait rex Sibæ: Tua ſint omnia, quæ fuerunt Miphiboſeth. Dixit-
que Siba: Oro, vt inueniam gratiam coram te, domine mi rex. 5. Ve-
nit ergo rex Dauid vſq; Bahurim: & ecce egrediebatur inde vir de co-
gnatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebatque e-
grediens, & maledicebat, 6. mittebatque lapides contra Dauid, &
contra vniuerſos ſeruos regis Dauid omnis autem populus, & vni-
uerſi bellatores à dextro, & à ſiniſtro latere regis incedebant. 7. Ita
autem loquebatur Semei cum malediceret regi: Egredere, egrede-
re vir ſanguinum, & vir Belial. 8. Reddidit tibi Dominus vniuer-
ſum ſanguinem domus Saul: quoniam inuaſiſti regnum pro eo, &
dedit Dominus regnum in manu Abſalom filij tui, & ecce pre-
munt te mala tua, quoniam vir ſanguinum es. 9. Dixit autem Abiſai
filius Saruiæ, regi: Quare maledicit canis hic mortuus Domino
meo regi? vadam, & amputabo caput eius. 10. Et ait rex: Quid mihi
& vobis eſt filij Saruiæ? dimittite eum, vt maledicat: Dominus enim
præcepit ei vt malediceret Dauid: & quis eſt qui audeat dicere, qua-
re ſic fecerit? 11. Et ait rex Abiſai, & vniuerſis ſeruis ſuis: Ecce filius
meus, qui egreſſus eſt de vtero meo, quærit animam meam: quan-
to magis nunc filius Iemini? dimittite eum vt maledicat iuxta præ-
ceptum Domini: 12. ſi forte reſpiciat Dominus afflictionem meam:
& reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.
13. Ambulabat itaque Dauid & ſocij eius per viam cum eo: Semei
autem per iugum montis ex latere, contra illum gradiebatur, ma-
ledicens, & mittens lapides aduerſum eum, terramque ſpargens.
14. Venit itaque rex, & vniuerſus populus cum eo laſſus, &
refocillati ſunt ibi. 15. Abſalom autem & omnis populus eius in-
greſſi ſunt Ieruſalem, ſed & Achitophel cum eo. 16. Cum autem ve-
niſſet Chuſai Arachites amicus Dauid ad Abſalom, locutus eſt ad
eum: Salue rex, ſalue rex. 17. Ad quem Abſalom, Hęc eſt, inquit, gra-
tia tua ad amicum tuum? quare non iuiſti cum amico tuo? 18. Reſpõ-
ditque Chuſai ad Abſalom: Nequaquam: quia illius ero, quẽ elegit

Dominus, & omnis hic populus, & vniuerſus Iſrael, & cum eo manebo. 19. Sed vt & hoc inferam, cur ego ſeruiturus ſum? nonne filio regis? ſicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. 20. Dixit autem Abſalom ad Achitophel: Inite conſilium quid agere debeamus. 21. Et ait Achitophel ad Abſalom: Ingredere ad cōcubinas patris tui, quas dimiſit ad cuſtodiēdam domum: vt cum audierit omnis Iſrael quod fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum. 22. Tetenderunt ergo Abſalom tabernaculum in ſolario, ingreſſusque eſt ad concubinas patris ſui coram vniuerſo Iſrael. 23. Conſilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quaſi ſiquis conſuleret Deū: ſic erat omne conſilium Achitophel; & cum eſſet cum Dauid, & cum eſſet cum Abſalom.

COMMENTARIVS.

QVarta Pœna. Huius filij reducti perduellio & Tyrannis, de qua D. Amb. lib. 2. off. cap. 22. Chryſ. hom. de Abſalome Tomo primo. Rex enim exturbatus eſt cap. 15. & 16. vbi v. 7. cap. 15. legunt aliqui annum quartum; ſcilicet à reconciliatione & reditu Abſalonis, & Ioſephus, Theodor. quæſt. 29. Sed quadrageſimum habent Hebræi, 70. Græci & alij de quibus Franciſcus Brugenſis, eorumque annorum principium ducunt Hebræi à rege petito: A. T. à fuga Dauidis ad ſacerdotem; Abulenſis, ab vnctione eiusdem per Samuelem lib. primo. cap. 16.

Iam caput 16. v. 10. præcipere Domini; eſt eius diuini conſilij diſpoſitio, ſiue ea fiat imperio, ſiue motione interna, vel externa, ſiue permiſsione, prout hoc loco: vt oſtendit Theodoretus quæſt. 32. Laudatur Auguſtus, quod eum quiſpiam iniuſte iudicaſſe cum dixiſſet, reſponderit, non verba, ſed eorum ſententiam ſpectandam, vti de lapſu inter ſalut. refert Lucianus; quanto magis Dauid Rex laudandus?

Vir iſte maledicens non erat ex tribu Ephraim vti A. T. tradit, ſed vt ex hoc cap. patet Beniamita. Se tamen cap. 19. ex domo Ioſeph eſſe ſignificat, vel quia per eam totus Iſrael intelligitur; vel quia ſub Ephraim vexillo olim pergebat Beniamin.

Hic vero neq; Dauid, neq; Chuſai ab officioſo mendacio excuſatur. Quam proſit occultus apud hoſtem amicus docet l. 5. Cyrus Xenoph. & l. 6.

Quinta Pœna, Vxorum violatio publica, quæ infr. c. 20. v. 3. inſtar pœnitentiū recluſæ ſunt, vt in Iephtæ filia ex quorundam ſententia dicebam, & explicat Theodoretus quæſt. 39. & fere R. Tham, quem citaui Iud. 1s.

Sed Beza l. de repud. f. 66. contra Dauidem argumentatur, vel vxores iſtæ in incœſtum conſenſerant, vel non. Si conſenſerant; dupliciter peccauit Dauid. Primo. quod eas viuere ſiuerit. Secundo. quod eas libidinoſæ vſtionis periculo expoſuerit. Si non conſenſerāt; eas debuit aut in vxorum numero retinere, aut plane repudiare, ne eodem libidinis igne vrerentur. Reſpondeo, Dauidem in foro exteriori, recte iudicaſſe ipſas non cōſenſiſſe. Sed ab Abſalome vim paſſas: neque propterea vel in vxoribus retinere, vel omnino repudiare debuiſſe: quia longe aliter de iſta libidinis vſtione ſentiebat, quam noſtri hæretici: cum non tentatio, ſed conſenſus in libidinem vſtio ſit. Addit Deum ita voluiſſe fieri. Recte. tunçq; diuino iſto exemplo, tam Dauid, quam Alexander tertius, quem Beza iſte allatrat: defenditur.

CAPVT

CAPVT XVII.

1. DIxit ergo Achitophel ad Abſalom: Eligam mihi duode-
cim millia virorum, & conſurgens perſequar Dauid hac
nocte. 2. Et irruens ſuper eum (quippe qui laſſus eſt, & ſo-
lutis manibus) percutiam eum: cumque fugerit omnis populus, qui
cum eo eſt, percutiam regem deſolatum. 3. Et reducam vniuerſum
populum, quomodo vnus homo reuerti ſolet: vnum enim virum tu
quæris: & omnis populus erit in pace. 4. Placuitq; eius ſermo Abſa-
lom, & cunctis maioribus natu Iſrael. 5. Ait autem Abſalom: Vocate
Chuſai Arachiten, & audiamus quid etiam ipſe dicat. 6. Cumque ve-
niſſet Chuſai ad Abſalom, ait Abſalom ad eum: Huiuſcemodi ſermo-
nem locutus eſt Achitophel: facere debemus an non? quod das con-
ſilium? 7. Et dixit Chuſai ad Abſalom: Non eſt bonum conſilium,
quod dedit Achitophel hac vice. 8. Et rurſum intulit Chuſai: Tu no-
ſti patrem tuum, & viros, qui cum eo ſunt, eſſe fortiſsimos & amaro a-
nimo, veluti ſi vrſa raptis catulis in ſaltu ſæuiat: ſed & pater tuus vir
bellator eſt, nec morabitur cum populo. 9. Forſitan nunc latitat in fo-
ueis, aut in vno, quo voluerit, loco: & cùm ceciderit vnus quilibet in
principio, audiet quicumq; audierit, & dicet: Facta eſt plaga in popu-
lo qui ſequebatur Abſalom. 10. Et fortiſsimus quiſque, cuius cor eſt
quaſi leonis, pauore ſoluetur: ſcit enim omnis populus Iſrael fortem
eſſe patrem tuum, & robuſtos omnes qui cum eo ſunt. 11. Sed hoc mi-
hi videtur rectum eſſe conſilium: Congregetur ad te vniuerſus Iſrael,
à Dan vſq; Berſabee, quaſi arena maris innumerabilis: & tu eris in me-
dio eorum. 12. Et irruemus ſuper eum in quocumque loco inuentus
fuerit: & operiemus eum, ſicut cadere ſolet ros ſuper terram: & non
relinquemus de viris, qui cum eo ſunt, ne vnum quidem. 13. Quod ſi
vrbem aliquam fuerit ingreſſus, circumdabit omnis Iſrael ciuitati illi
funes, & trahemus eam in torrentem, vt non reperiatur ne calculus
quidem ex ea. 14. Dixitque Abſalom, & omnes viri Iſrael: Melius eſt
conſilium Chuſai Arachitæ, conſilio Achitophel; Domini autẽ nu-
tu diſsipatum eſt conſilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus
ſuper Abſalom malum. 15. Et ait Chuſai Sadoc, & Abiathar ſacerdo-
tibus: Hoc & hoc modo conſilium dedit Achitophel Abſalom, & ſe-
nioribus Iſrael: & ego tale & tale dedi conſilium. 16. Nunc ergo mit-
tite cito, & nunciate Dauid, dicentes: Ne moreris nocte hac in cam-
peſtribus deſerti, ſed abſque dilatione tranſgredere: ne forte abſor-
beatur rex, & omnis populus qui cum eo eſt. 17. Ionathas autem & A-
chimaas ſtabant iuxta Fontem Rogel: abijt ancilla & nunciauit eis &
illi profecti ſunt, vt referrent ad regem Dauid nuncium: non enim
poterant videri, aut introire ciuitatem. 18. Vidit autem eos quidam
puer, & indicauit Abſalom: illi vero concito gradu ingreſsi ſunt do-

mum cuiuſdam viri in Bahurim , qui habebat puteum in veſtibulo
ſuo,& deſcenderunt in eum. 19. Tulit autem mulier,& expandit ve-
lamen ſuper os putei,quaſi ſiccans ptiſanas : & ſic latuit res. 20. Cum-
que veniſſent ſerui Abſalom in domum, ad mulierem dixerunt: Vbi
eſt Achimaas & Ionathas? Et reſpondit eis mulier: Tranſierunt feſti-
nanter,guſtata paululum aqua. At hi qui quærebant,cùm non repe-
riſſent,reuerſi ſunt in Ieruſalem. 21. Cumq; abijſſent,aſcenderunt illi
de puteo,& pergentes nunciauerunt regi Dauid,& dixerunt: Surgi-
te, & tranſite citò fluuium : quoniam huiuſcemodi dedit conſilium
contra vos Achitophel. 22. Surrexit ergo Dauid, & omnis populus
qui cum eo erat, & tranſierunt Iordanem, donec diluceſceret: & ne
vnus quidem reſiduus fuit,qui non tranſiſſet fluuium.23.Porro Achi-
tophel videns quod non fuiſſet factum conſilium ſuum, ſtrauit aſinũ
ſuum,ſurrexítq; & abijt in domum ſuam & in ciuitatem ſuam: & diſ-
poſita domo ſua, ſuſpendio interijt, & ſepultus eſt in ſepulchro patris
ſui.24.Dauid autem venit in Caſtra,& Abſalom tranſiuit Iordanem,
ipſe & omnes viri Iſrael cum eo.25.Amaſam verò conſtituit Abſalom
pro Ioab ſuper exercitum: Amaſa autem erat filius viri, qui vocaba-
tur Ietra de Iſraeli, qui ingreſſus eſt ad Abigail filiam Naas, ſororem
Saruiæ,quæ fuit mater Ioab. 26. Et caſtrametatus eſt Iſrael cum Ab-
ſalom in Terra Galaad. 27.Cumq; veniſſet Dauid in Caſtra,Sobi fili-
us Naas de Rabbath filiorum Ammon, & Machir filius Ammihel de
Lodabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim , 28. obtulerunt ei ſtra-
toria,& tapetia, & vaſa fictilia, frumentum & hordeum, & farinam,
& polentam,& fabam,& lentem,& frixum cicer, 29. & mel, & buty-
rum,oues,& pingues vitulos. dederuntq; Dauid, & populo,qui cum
eo erat, ad veſcendum: ſuſpicati enim ſunt, populum fame, & ſiti fa-
tigari in deſerto.

CAPVT XVIII.

1. IGitur conſiderato Dauid populo ſuo cõſtituit ſuper eos
tribunos & centuriones, 2. & dedit populi tertiam par-
tem ſub manu Ioab, & tertiam partem ſub manu Abiſai
filij Saruiæ fratris Ioab, & tertiam partem ſub manu E-
thai,qui erat de Geth,dixitq; rex ad populum: Egrediar & ego vobiſ-
cum. 3.Et reſpondit populus: Non exibis: ſiue enim fugerimus, non
magnopere ad eos de nobis pertinebit: ſiue media pars ceciderit è
nobis, non ſatis curabunt: quia tu vnus pro decem millibus compu-
taris: melius eſt igitur vt ſis nobis in vrbe pręſidio.4.Ad quos rex ait:
Quod vobis videtur rectum,hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portã:
egrediebaturq; populus per turmas ſuas centeni,& milleni. 5.Et præ-
cepit rex Ioab,& Abiſai,& Ehai, dicens: Seruate mihi puerum Ab-
ſalom.Et omnis populus audiebat pręcipientem regem cunctis prin-
cipibus

cipibus pro Abſalom. Itaq; egreſſus eſt populus in campũ contra Iſ-
rael, & factum eſt prælium in ſaltu Ephraim. 7. Et cæſus eſt ibi popu-
lus Iſrael ab exercitu Dauid, factaq; eſt plaga magna in die illa, viginti
millium. 8. Fuit autem ibi prælium diſperſum ſuper faciem omnis
terræ, & multo plures erant, quos ſaltus conſumpſerat de populo,
quàm hi, quos vorauerat gladius in die illa. 9. Accidit autem vt oc-
curreret Abſalom ſeruis Dauid, ſedens mulo: cumq; ingreſſus fuiſſet
mulus ſubter condenſam quercum & magnam, adhæſit caput eius
quercui: & illo ſuſpenſo inter cœlum & terram, mulus, cui inſederat,
pertranſiuit. 10. Vidit autem hoc quiſpiam, & nunciauit Ioab, dicens:
Vidi Abſalom pendere de quercu. 11. Et ait Ioab viro, qui nunciaue-
rat ei: Si vidiſti, quare non confodiſti eum cum terra, & ego dediſſem
tibi decem argenti ſiclos, & vnum balteum? 12. Qui dixit ad Ioab:
Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitte-
rem manum meam in filium regis: audientibus enim nobis præcepit
rex tibi, & Abiſai, & Ethai, dicens: Cuſtodite mihi puerum Abſalom.
13. Sed & ſi feciſſem contra animam meam audacter, nequaquam hoc
regem latere potuiſſet, & tu ſtares ex aduerſo? 14. Et ait Ioab: Non ſic-
ut tu vis, ſed aggrediar eum coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu
ſua, & infixit eas in corde Abſalom: cumq; adhuc palpitaret hærens
in quercu, 15. cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percu-
tientes interfecerunt eum. 16. Cecinit autem Ioab buccina, & reti-
nuit populum, ne perſequeretur fugientem Iſrael, volẽs parcere mul-
titudini. 17. Et tulerunt Abſalom, & proiecerunt eum in ſaltu, in fo-
ueam grandem, & comportauerunt ſuper eum aceruum lapidũ ma-
gnum nimis: omnis autem Iſrael fugit in tabernacula ſua. 18. Porro
Abſalom erexerat ſibi, cùm adhuc viueret, titulum qui eſt in Valle re-
gis: dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monimentum no-
minis mei. Vocauitq; titulũ nomine ſuo, & appellatur manus Abſa-
lom, vſq; ad hanc diem. 19. Achimaas autem filius Sadoc, ait: Currã,
& nunciabo regi, quia iudicium fecerit ei Dominus de manu inimi-
corum eius. 20. Ad quem Ioab dixit: Non eris nuncius in hac die, ſed
nunciabis in alia: hodie nolo te nunciare, filius enim regis eſt mortu-
us. 21. Et ait Ioab Chuſi: Vade, & nuncia regi quæ vidiſti. Adorauit
Chuſi Ioab, & cucurrit. 22. Rurſus autem Achimaas filius Sadoc di-
xit ad Ioab: Quid impedit ſi etiam ego curram poſt Chuſi? Dixitq; ei
Ioab: Quid vis currere fili mi? non eris boni nuncij baiulus. 23. Qui
reſpondit: Quid enim ſi cucurrero? Et ait ei: Curre. Currens ergo
Achimaas per viam compendij, tranſiuit Chuſi. 24. Dauid autem ſe-
debat inter duas portas: ſpeculator vero, qui erat in faſtigio portæ ſu-
per murum, eleuans oculos, vidit hominem currentem ſolum. 25. Et
exclamans indicauit regi: dixitq; rex: Si ſolus eſt, bonus eſt nuncius
in ore eius. Properante autem illo, & accedente propius, 26. vidit ſpe-

culator

culator hominem alterum currentem, & vociferans in culmine, ait!
Apparet mihi alter homo currens ſolus. Dixitq; rex: Et iſte bonus eſt
nuncius. 27. Speculator autem, Cõtemplor, ait, curſum prioris, quaſi
curſum Achimaas filij Sadoc. Et ait rex: Vir bonus eſt, & nuncium
portans bonum, venit. 28. Clamans autem Achimaas, dixit ad regẽ:
Salue rex. Et adorans regem coram eo pronus in terram, ait: Bene di-
ctus Dominus Deus tuus, qui concluſit homines qui leuauerunt ma-
nus ſuas cõtra dominum meum regem. 29. Et ait rex: Eſtne pax pue-
ro Abſalom? Dixitq; Achimaas: Vidi tumultum magnũ, cùm mit-
teret Ioab ſeruus tuus, ô rex, me ſeruum tuum: neſcio aliud. 30. Ad
quem rex: Tranſi, ait, & ſta hîc. Cumq; ille tranſiſſet, & ſtaret, 31. ap-
paruit Chuſi: & veniens ait: Bonum apporto nuncium, domine mi
rex: iudicauit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui ſur-
rexerunt contra te. 32. Dixit autem rex ad Chuſi: Eſtne pax puero
Abſalom? Cui reſpondens Chuſi, Fiant, inquit, ſicut puer, inimici do-
mini mei regis, & vniuerſi qui conſurgunt aduerſus eum in malum.
33. Contriſtatus itaq; rex, aſcendit cœnaculum portæ, & fleuit. Et ſic
loquebatur, vadens: 34. Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi: quis mihi
tribuat vt ego moriar pro te, Abſalom fili mi, fili mi Abſalom?

COMMENTARIVS.

SExta Pœna. Bellum contra filium hoc cap. 17. & 18. ſed illic incipitur, vbi Dauidis Pater vocatur, v 25. Naas, Græce Jeſſe.

Achitophel ſeipſum ſuſpendit, vt ex hebræo noſter, 70. & Joſephus: non autem ſuffocatus eſt morbo, vt Thisbi refert: Hic verò perficitur, prout apud Turonenſem lib. 4. cap. 20.

Sed Abſalom perit magna cum regis lamentatione, non ſolum quia clemẽs erat ille filius, ſiue pœnitentiæ aliquid antequam moreretur, conceperit. quod aliqua forte temporis mora conceſſerit; ſiue quod magis aſſerunt Patres, nihil conceperit, & in æternum damnatus ſit, vt ait Saluianus lib. 20. D. Bern. ſer. 26. in Cant. Theod. q. 46. Procopius, D. Auguſt libro 3. de Doctr. c. 21. libro 22. contra Fauſtum cap. 66. contra Epiſtolam Gaudentij cap. 14. videatur & Chryſoſt. hom. ad populum. 69. & 70.

CAPVT XIX.

1. NVnciatum eſt autem Ioab quod rex fleret & lugeret fili-
um ſuum: 2. Et verſa eſt victoria in luctum in die illa om-
ni populo: audiuit enim populus in die illa dici: Dolet
rex ſuper filio ſuo. 3. Et declinauit populus in die illa in-
gredi ciuitatem, quomodo declinare ſolet populus verſus & fugiens
de prælio. 4. Porro rex operuit caput ſuum, & clamabat voce magna:
Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi, fili mi. 5. Ingreſſus ergo Ioab ad re-
gem in domum, dixit: Confudiſti hodie vultus omnium ſeruorum
tuorum, qui ſaluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuo-
rum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam cõ-
cubinarum tuarum. 6. Diligis odientes te, & odio habes diligentes

te: &

te: & oſtendiſti hodie quia non curas de ducibus tuis, & de ſeruis tuis:
& verè cognoui modò, quia ſi Abſalom viueret, & omnes nos occu-
buiſſemus, tunc placeret tibi. 7. Nunc igitur ſurge, & procede, & al-
loquens ſatisfac ſeruis tuis: iuro enim tibi per Dominum, quod ſi non
exieris, ne vnus quidem remanſurus ſit tecum nocte hac: & peius erit
hoc tibi, quàm omnia mala, quæ venerũt ſuper te ab adoleſcentia tua
vſq; in præſens. 8. Surrexit ergo rex & ſedit in porta: & omni populo
nunciatum eſt, quod rex ſederet in porta: venitq; vniuerſa multitudo
coram rege: Iſrael autem fugit in tabernacula ſua. 9. Omnis quoque
populus certabat in cunctis tribubus Iſrael, dicens: Rex liberauit nos
de manu inimicorum noſtrorum, ipſe ſaluauit nos de manu Philiſthi-
norum: & nunc fugit de terra propter Abſalom. 10. Abſalom autem,
quem vnximus ſuper nos, mortuus eſt in bello: vſquequo ſiletis, &
non reducitis regem? 11. Rex vero Dauid miſit ad Sadoc, & Abiathar
ſacerdotes, dicens: Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes: Cur
venitis nouiſsimi ad reducendum regem in domum ſuam? (Sermo
autem omnis Iſrael peruenerat ad regem in domo eius.) 12. Fratres
mei vos, os meum, & caro mea vos, quare nouiſsimi reducitis regem?
13. Et Amaſæ dicite: Nonne os meum, & caro mea es? Hæc faciat mi-
hi Deus, & hæc addat, ſi non magiſter militiæ fueris coram me omni
tempore pro Ioab. 14. Et inclinauit cor omnium virorum Iuda, quaſi
viri vnius: miſeruntq; ad regem, dicẽtes: Reuertere tu, & omnes ſer-
ui tui. 15. Et reuerſus eſt rex: & venit vſq; ad Iordanem, & omnis Iuda
venit vſque in Galgalam, vt occurreret regi, & traduceret eum Iorda-
nem. 16. Feſtinauit autem Semei filius Gera filij Iemini de Bahurim,
& deſcẽdit cum viris Iuda in occurſum regis Dauid 17. cum mille vi-
ris de Beniamin, & Siba puer de domo Saul: & quindecim filij eius, ac
viginti ſerui erant cum eo: & irrumpentes Iordanem, ante regem 18.
tranſierunt vada, vt traducerent domum regis, & facerent iuxta iuſ-
ſionem eius: Semei autem filius Gera proſtratus corã rege, cùm iam
tranſiſſet Iordanem, 19. dixit ad eum: Ne reputes mihi domine mi i-
niquitatem, neq; memineris iniuriarum ſerui tui in die qua egreſſus
es domine mi rex de Ieruſalẽ, neq; ponas rex in corde tuo. 20. Agno-
ſco enim ſeruus tuus peccatum meum: & idcirco hodie primus veni
de omni domo Ioſeph, deſcendiq; in occurſum domini mei regis. 21.
Reſpondens vero Abiſai filius Saruiæ, dixit: Numquid pro his verbis
non occidetur Semei, quia maledixit Chriſto Domini? 22. Et ait Da-
uid: Quid mihi & vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in ſa-
tan? ergone hodie interficietur vir in Iſrael? an ignoro hodie me fa-
ctum regem ſuper Iſrael? 23. Et ait rex Semei: Non morieris. Iurauit-
que ei. 24. Miphiboſeth quoq; filius Saul deſcendit in occurſum regis
illotis pedibus, & intonſa barba: veſteſq; ſuas non lauerat à die qua e-
greſſus fuerat rex, vſq; ad diem reuerſionis eius in pace. 25. Cumq; Ie-
ruſalem

ruſalem occurriſſet regi, dixit ei rex: Quare non veniſti mecum Mi-
phiboſeth? 26. Et reſpondens ait: Domine mi rex, ſeruus meus con-
tempſit me: dixiq; ei ego famulus tuus vt ſterneret mihi aſinum, &
aſcendens abirem cum rege: claudus enim ſum ſeruus tuus. 27. Inſu-
per & accuſauit me ſeruum tuum ad te dominum meum regem: tu
autem domine mi rex, ſicut angelus Dei es, fac quod placitum eſt tibi.
28. Neque enim fuit domus patris mei, niſi morti obnoxia domino
meo regi: tu autem poſuiſti me ſeruum tuum inter conuiuas menſæ
tuæ: quid ergo habeo iuſtæ querelæ? aut quid poſſum vltrà vocifera-
ri ad regem? 29. Ait ergo ei rex: Quid vltrà loqueris? fixum eſt quod
locutus ſum: tu, & Siba diuidite poſſeſsiones. 30. Reſpondítq; Miphi-
boſeth regi: Etiam cuncta accipiat, poſtquam reuerſus eſt dominus
meus rex pacificè in domum ſuam. 31. Berzellai quoq; Galaadites, de-
ſcendens de Rogelim, traduxit regem Iordanem, paratus etiam vltrà
fluuium proſequi eum. 32. Erat autem Berzellai Galaadites ſenex val-
de, id eſt octogenarius, & ipſe præbuit alimenta regi, cùm moraretur
in Caſtris: fuit quippe vir diues nimis. 33. Dixit itaq; rex ad Berzellai:
Veni mecum, vt requieſcas ſecurus mecũ in Ieruſalem. 34. Et ait Ber-
zellai ad regem: Quot ſunt dies annorum vitæ meæ, vt aſcendam cũ
rege in Ieruſalem? 35. Octogenarius ſum hodie: numquid vigent ſen-
ſus mei ad diſcernendum ſuaue, aut amarum? aut delectare poteſt ſer-
uum tuum cibus & potus? vel audire poſſum vltrà vocem cantorum,
atq; cantatricum? quare ſeruus tuus ſit oneri domino meo regi? 36.
Paululum procedam famulus tuus ab Iordane tecum: non indigeo
hac viciſsitudine, 37. ſed obſecro vt reuertar ſeruus tuus, & moriar in
ciuitate mea, & ſepeliar iuxta ſepulchrum patris mei, & matris meæ.
Eſt autem ſeruus tuus Chamaam, ipſe vadat tecum, domine mi rex,
& fac ei quidquid tibi bonum videtur. 38. Dixit itaq; ei rex: Mecum
tranſeat Chamaam, & ego faciam ei quidquid tibi placuerit, & omne,
quod petieris à me, impetrabis. 39. Cumq; tranſiſſet vniuerſus popo-
lus & rex Iordanem, oſculatus eſt rex Berzellai, & benedixit ei: & ille
reuerſus eſt in locum ſuum. 40. Tranſiuit ergo rex in Galgalam, &
Chamaam cum eo. omnis autem populus Iuda traduxerat regem, &
media tantum pars affuerat de populo Iſrael. 41. Itaq; omnes viri Iſ-
rael concurrentes ad regem dixerunt ei: Quare te furati ſunt fratres
noſtri viri Iuda, & traduxerunt regem & domum eius Iordanem, o-
mneſq; viros Dauid cùm eo? 42. Et reſpondit omnis vir Iuda ad viros
Iſrael: Quia mihi propior eſt rex: cur iraſceris ſuper hac re? numquid
comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data ſunt? 43. Et re-
ſpondit vir Iſrael ad viros Iuda, & ait: Decem partibus maior ego ſum
apud regem, magiſq; ad me pertinet Dauid quàm ad te: cur feciſti mi-
hi iniuriam, & non mihi nunciatum eſt priori, vt reducerem regem
meum? Durius autem reſponderunt viri Iuda viris Iſrael.

CAPVT

CAPVT XX.

1. Accidit quoq; vt ibi eſſet vir Belial, nomine Seba, filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait: Non eſt nobis pars in Dauid; neq; hæreditas in filio Iſai: reuertere in
tabernacula tua Iſrael. 2. Et ſeparatus eſt omnis Iſrael à Dauid, ſecutuſq; eſt Seba filium Bochri: viri autem Iuda adhæſerunt regi ſuo à
Iordane vſq; Ieruſalem. 3. Cumq; veniſſet rex in domum ſuam in Ieruſalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad cuſtodiendam domum, & tradidit eas in cuſtodiam, alimenta eis præbens: & non eſt ingreſſus ad eas, ſed erant clauſæ vſq; in diem mortis
ſuæ in viduitate viuentes. 4. Dixit autem rex Amaſæ: Conuoca mihi
omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adeſto præſens. 5. Abijt ergo
Amaſa vt conuocaret Iudam, & moratus eſt extra placitum quod ei
conſtituerat rex. 6. Ait autem Dauid ad Abiſai: Nunc magis afflicturus eſt nos Seba filius Bochri quàm Abſalom: tolle igitur ſeruos Domini tui, & perſequere eum, ne fortè inueniat ciuitates munitas,
& effugiat nos. 7. Egreſsi ſunt ergo cum eo viri Ioab, Cerethi quoque
& Phelethi: & omnes robuſti exierunt de Ieruſalem ad perſequẽdum
Seba filium Bochri. 8. Cumq; illi eſſent iuxta lapidem grandem, qui
eſt in Gabaon, Amaſa veniens occurrit eis. Porro Ioab veſtitus erat tunica ſtrictá ad menſuram habitus ſui, & deſuper accinctus gladio dependente vſq; ad ilia, in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere. 9. Dixit itaq; Ioab ad Amaſam: Salue mi frater. Et
tenuit manu dextera mentum Amaſæ, quaſi oſculans eum. 10. Porro
Amaſa non obſeruauit gladium, quem habebat Ioab, qui percuſsit eum in latere, & effudit inteſtina eius in terram, nec ſecundum vulnus appoſuit, & mortuus eſt. Ioab autem, & Abiſai frater eius perſecuti
ſunt Seba filium Bochri. 11. Interea quidam viri, cùm ſtetiſſent iuxta
cadauer Amaſæ, de ſocijs Ioab, dixerunt: Ecce qui eſſe voluit pro Ioab comes Dauid. 12. Amaſa autem conſperſus ſanguine, iacebat in media via. Vidit hoc quidam vir quod ſubſiſteret omnis populus ad videndum eum, & amouit Amaſam de via in agrum, operuitq; eum veſtimento, ne ſubſiſterent tranſeuntes propter eum. 13. Amoto ergo
illo de via, tranſibat omnis vir ſequens Ioab ad perſequendum Seba filium Bochri. 14. Porro ille tranſierat per omnes tribus Iſrael in Abelam, & Bethmaacha: omneſq; viri electi congregati fuerant ad eum.
15. Venerunt itaq; & oppugnabant eum in Abela, & in Bethmaacha,
& circumdederunt munitionibus ciuitatem, & obſeſſa eſt vrbs: omnis autem turba, quæ erat cum Ioab, moliebatur deſtruere muros. 16.
Et exclamauit mulier ſapiens de ciuitate: Audite, audite, dicite Ioab:
Appropinqua huc, & loquar tecum. 17. Qui cùm acceſsiſſet ad eam,
ait illi: Tu es Ioab? Et ille reſpondit: Ego. Ad quem ſic locuta eſt: Au-

di ſermones ancillæ tuæ. Qui reſpondit: Audio. 18. Rurſumque illa,
Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio: Qui interrogant, in-
terrogent in Abela: & ſic perficiebant. 19. Nonne ego ſum quæ re-
ſpondeo veritatem in Iſrael, & tu quæris ſubuertere ciuitatem, & e-
uertere matrem in Iſrael? Quare præcipitas hæreditatem Domini?
20. Reſpondenſq; Ioab, ait: Abſit, abſit hoc à me: non præcipito,
neq; demolior. 21. Non ſic ſe habet res, ſed homo de monte Ephraim
Seba, filius Bochri cognomine, leuauit manum ſuam contra regem
Dauid: tradite illum ſolum, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad
Ioab: Ecce caput eius mittetur ad te per murum. 22. Ingreſſa eſt ergo
ad omnem populum, & locuta eſt eis ſapienter: qui abſciſſum caput
Seba filij Bochri proiecerunt ad Ioab. & ille cecinit tuba, & receſſe-
runt ab vrbe, vnuſquiſq; in tabernacula ſua: Ioab autem reuerſus eſt
Ieruſalem ad regem. 23. Fuit ergo Ioab ſuper omnem exercitum Iſ-
rael: Banaias autem filius Ioiadæ ſuper Cerethæos & Phelethæos. 24.
Aduram vero ſuper tributa: porro Ioſaphat filius Ahilud, à commē-
tarijs. 25. Siua autem, ſcriba: Sadoc vero & Abiathar, ſacerdotes. 26.
Ira autem Iairites erat ſacerdos Dauid.

COMMENTARIVS.

SEptima Pœna. Noua contra reſtitutum regem ſeditio, c. 19. & 20. vbi Abneri homicida Ioab Amaſam interficit. Decem vero partibus, ſeu manibus dicit vir Iſrael, v. 43. ſe maiorem Juda, quia decē tribus complectebatur Iſrael, dando Judæ Beniamineam, vt ait A. T. Theodor. q. 38.

Quod verò mulier Abelana v. 18. cap. 20. dicit. Sermo &c. Dupliciter exponitur: primò, vt ſignificet ſermonem, ſeu morem, & ritum eſſe Deut. 20. vt primo pax offeratur vrbi oppugnandę, & ſic Chaldæus, A. T. R. R. Theodor. q. 40. ſecundò, vt vetus prouerbium ſignificetur, quo vrbis huius præſtātia ſignificetur, in qua grauitatis & ſapientiæ ſtudia viguerint, vt v. 16. ſitq; metropolitana.

CAPVT XXI.

1. FActa eſt quoq; fames in diebus Dauid tribus annis iugi-
ter: & conſuluit Dauid oraculum Domini. Dixitq; Do-
minus: Propter Saul, & domum eius ſanguinum, quia oc-
cidit Gabaonitas. 2. Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit
ad eos. (Porro Gabaonitę non erant de filijs Iſrael, ſed reliquiæ Amor-
rhæorū: filij quippe Iſrael iurauerant eis, & voluit Saul percutere eos
zelo, quaſi pro filijs Iſrael & Iuda.) 3. Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas:
Quid faciam vobis? & quod erit veſtri piaculū, vt benedicatis hære-
ditati Dn̄i? 4. Dixeruntq; ei Gabaonitæ: Non eſt nobis ſuper argento
& auro quæſtio, ſed contra Saul, & cōtra domum eius: neq; volumus
vt interficiatur homo de Iſrael. Ad quos rex ait: Quid ergo vultis vt
faciam vobis? 5. Qui dixerunt regi: Virum, qui attriuit nos & op-
preſſit iniquè, ita delere debemus, vt ne vnus quidem reſiduus ſit de
ſtirpe

ſtirpe eius in cunctis finibus Iſrael. 6. Dentur nobis ſeptem viri de filijs
eius, vt crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul, quondã electi Do-
mini. Et ait rex: Ego dabo. 7. Pepercitq; rex Miphiboſeth filio Iona-
thæ filij Saul, propter iuſiurandum Domini, quod fuerat inter Dauid
& inter Ionatham filium Saul. 8. Tulit itaq; rex duos filios Reſpha fi-
liæ Aia, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphiboſeth: & quinq; filios
Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de
Molathi, 9. & dedit eos in manus Gabaonitarum: qui crucifixe-
runt eos in monte coram Domino: & ceciderunt hi ſeptem ſimul oc-
ciſi in diebus meſsis primis, incipiente meſsione hordei. 10. Tollens
aũt Reſpha filia Aia, cilicium ſubſtrauit ſibi ſupra portã ab initio meſ-
ſis, donec ſtillaret aqua ſuper eos de cælo: & non dimiſit aues lacerare
eos per diem, neq; beſtias per noctem. 11. Et nunciata ſunt Dauid quæ
fecerat Reſpha, filia Aia, cõcubina Saul. 12. Et abijt Dauid, & tulit oſ-
ſa Saul, & oſſa Ionathæ filij eius à viris Iabes Galaad, qui furati fuerant
ea de platea Bethſan, in qua ſuſpenderant eos Philiſthijm cùm inter-
feciſſent Saul in Gelboe: 13. & aſportauit inde oſſa Saul, & oſſa Iona-
thæ filij eius: & colligentes oſſa eorum, qui affixi fuerant, 14. ſepelie-
runt ea cum oſsibus Saul & Ionathæ filij eius in Terra Beniamin, in
latere, in ſepulchro Cis patris eius: feceruntq; omnia, quæ præcepe-
rat rex, & repropitiatus eſt Deus terræ poſt hæc. 15. Factum eſt autem
rurſum prælium Philiſthinorum aduerſum Iſrael, & deſcẽdit Dauid,
& ſerui eius cum eo, & pugnabant contra Philiſthijm. Deficiente au-
tem Dauid, 16. Ieſbibenob, qui fuit de genere arapha, cuius ferrum
haſtæ trecentas vncias appendebat, & accinctus erat enſe nouo, niſus
eſt percutere Dauid. 17. Præſidioq; ei fuit Abiſai filius Saruiæ, & per-
cuſſum Philiſthæum interfecit. Tunc iurauerũt viri Dauid, dicentes:
Iam non egredieris nobiſcum in bellum, ne extinguas lucernã Iſrael.
18. Secundum quoq; bellum fuit in Gob cõtra Philiſthæos: tunc per-
cuſsit Sobachi de Huſati, Saph de ſtirpe arapha de genere gigantũm.
19. Tertium quoq; fuit bellum in Gob contra Philiſthęos, in quo per-
cuſsit Adeodatus filius Saltus polymitarius Bethlehemites Goliath
Gethæum, cuius haſtile haſtæ erat quaſi liciatorium texentium. 20.
Quartum bellũ fuit in Geth; in quo vir fuit excelſus, qui ſenos in ma-
nibus pedibuſq; habebat digitos, id eſt viginti quatuor, & erat de ori-
gine arapha. 21. Et blaſphemauit Iſrael: percuſsit autẽ eum Ionathan
filius Samaa fratris Dauid. 22. Hi quatuor nati ſunt de arapha in Geth,
& ceciderunt in manu Dauid, & ſeruorum eius.

COMMENTARIVS.

GEſtum 14. Placat Dauid Dominum, non iam pro ſuo aliquo peccato, vti putant R. Salomon, & Kamius, ſed pro Saulis: quod ſtulto zelo, vt Iſraelitis totam ex aſſe Gabaonitarum poſſeſſionẽ daret eos omni ſtudio tollere q̃ſierit, v. 1. & 5. Cũ tñ fœdere iam in amicitiam ſempiternã recepti eſſent.

Interrogat Dauid oraculũ, i. ſacerdotes, ſeu Vrim, quos Ioſeph. hic prophetas vocat; quemadmodum frequentiſſime eos iſto oraculi modo propheta ſſe ante ſcriptum,

 Petie-

Petierunt illi ad crucifigendum è Saulis ſtirpe quotquot reſiduos putabant; cum Dauidem tamen Jonathæ filio parcere velle intelligerent, illorum 7. ſibi futuros ſatis dixerunt, qui fuerunt Saulis Domini filij & 5. nepotes, de quibus ſupra cap. 6.

Sed notabis omnes Hebræos hic cenſere, poſitam Michol pro Merob. ſicq; dicantur filij Michol, quia vt ait Chaldæus eos educauit; ſiue adoptando, vt A. T. & Abul. ſiue conſeruando, & neceſſaria ſuppeditando. Caietanus vult mendoſe poſitam Michol pro Merob. quia additur, quos genuit &c.

Placatus horum ſupplicio fuit Dominus, quod ab ipſorum ſuſpendio, quod in hordeaceam meſſem incidit, id eſt, in Martium vſque ad Septembrem; Reſpha orauerat, vt aiunt Rabini; cum ſibi è ſacco ſeu cilicio contra ſolis æſtus tentorium tetendiſſet. Nota. miram matris pietatem.

Geſtum 15. Hos, horumq; patris, & aui oſſa, pie ſepeliri curauit Dauid, v. 14.

Geſtum 16. Bella contra Palæſthinos poſt remotam famem geſſit quatuor, v. 15. & ſequentibus: in quibus interfecti gigantes quatuor fratres Gethæi ex Harapha matre ſcil. vel vt quidam volunt, ex viro quopiam, qui per Antonomaſiam Gigas diceretur. Horum tertius dicitur hic Goliath, id eſt, vt primo libro dixi, alter Goliath. quemadmodum alter Hercules. vnde pro eo dixit Joſéphus Palæſthinorum robuſtiſſimum. Horum Bellorum tria poſteriora tantum ponuntur 1. Paral. 20.

CAPVT XXII.

1. LOcutus eſt autem Dauid Domino verba carminis huius, in die qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum ſuorum, & de manu Saul. 2. & ait:

Dominus petra mea, & robur meũ, & ſaluator meus.

3. Deus fortis meus ſperabo in eum: ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ: eleuator meus, & refugium meum: ſaluator meus, de iniquitate liberabis me.

4. Laudabilem inuocabo Dominum: & ab inimicis meis ſaluus ero.

5. Quia circumdederunt me contritiones mortis: torrentes Belial terruerunt me.

6. Funes inferni circumdederunt me: præuenerunt me laquei mortis.

7. In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo: & exaudiet de templo ſuo vocem meam, & clamor meus veniet ad aures eius.

8. Commota eſt & contremuit terra: fundamenta montium concuſſa ſunt, & conquaſſata, quoniam iratus eſt eis.

9. Aſcendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorabit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.

10. Inclinauit cœlos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus eius.

11. Et aſcendit ſuper Cherubim, & volauit: & lapſus eſt ſuper pennas venti.

12. Poſuit tenebras in circuitu ſuo latibulum: cribrans aquas de nubibus cælorum.

13. Præ

13. Præ fulgore in conſpectu eius, ſuccenſi ſunt carbones ignis.
14. Tonabit de cœlo Dominus: & excelſus dabit vocem ſuam.
15. Miſit ſagittas & diſsipauit eos: fulgur, & conſumpſit eos.
16. Et apparuerunt effuſiones maris, & reuelata ſunt fundamenta orbis ab increpatione Domini, ab inſpiratione ſpiritus furoris eius.
17. Miſit de excelſo, & aſſumpſit me: & extraxit me de aquis multis.
18. Liberauit me ab inimico meo potentiſsimo, & ab his qui oderant me: quoniam robuſtiores me erant.
19. Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus eſt Dominus firmamentum meum.
20. Et eduxit me in latitudinem: liberauit me, quia complacui ei.
21. Retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam: & ſecundùm munditiam manuum mearum reddet mihi.
22. Quia cuſtodiui vias Domini, & non egi impiè, à Deo meo.
23. Omnia enim iudicia eius in conſpectu meo: & præcepta eius non amoui à me.
24. Et ero perfectus cum eo: & cuſtodiam me ab iniquitate mea.
25. Et reſtituet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundùm munditiam manuum mearum, in conſpectu oculorum ſuorum.
26. Cum ſancto ſanctus eris: & cum robuſto perfectus.
27. Cum electo electus eris: & cum peruerſo peruerteris.
28. Et populum pauperem ſaluum facies: oculiſq; tuis excelſos humiliabis.
29. Quia tu lucerna mea Domine: & tu Domine illuminabis tenebras meas.
30. In te enim curram accinctus: in Deo meo tranſiliam murum.
31. Deus, immaculata via eius, eloquium Domini igne examinatum: ſcutum eſt omnium ſperantium in ſe.
32. Quis eſt Deus præter Dominum: & quis fortis præter Deum noſtrum?
33. Deus qui accinxit me fortitudinē: & complanauit perfectam viam meam.
34. Coæquans pedes meos ceruis, & ſuper excelſa mea ſtatuens me.
35. Docens manus meas ad prælium, & componens quaſi arcum æreum brachia mea.
36. Dediſti mihi clypeum ſalutis tuæ: & manſuetudo tua multiplicauit me.
37. Dilatabis greſſus meos ſubtus me: & non deficient tali mei.
38. Perſequar inimicos meos, & conteram: & non conuertar donec conſumam eos.
39. Conſumam eos & confringam, vt non conſurgant: cadent ſub (pedibus meis.
40. Accinxiſti me fortitudine ad prælium: incuruaſti reſiſtentes mihi ſubtus me.

41. Inimicos meos dediſti mihi dorſum: odientes me, & diſper-
dam eos. (diet eos.
42. Clamabunt,& non erit qui ſaluet, ad Dominum, & non exau-
43. Delebo eos vt puluerem terræ: quaſi lutum platearum commi-
nuam eos atq; confringam.
44. Saluabis me à contradictionibus populi mei: cuſtodies me in
caput Gentium: populus, quem ignoro, ſeruiet mihi.
45. Filij alieni reſiſtent mihi, auditu auris obedient mihi.
46. Filij alieni defluxerunt, & contrahentur in anguſtijs ſuis.
47. Viuit Dominus, & benedictus Deus meus: & exaltabitur
Deus fortis ſalutis meæ.
48. Deus qui das vindictas mihi, & deijcis populos ſub me.
49. Qui educis me ab inimicis meis, & à reſiſtentibus mihi eleuas
me: à viro iniquo liberabis me. (cantabo.
50. Propterea confitebor tibi Domine in gentibus, & nomini tuo
51. Magnificans ſalutes regis ſui, & faciens miſericordiam Chriſto
ſuo Dauid, & ſemini eius in ſempiternum.

CAP. XXIII.

1. HÆc autem ſunt verba
Dauid nouiſsima. Di-
xit Dauid filius Iſaï:
Dixit vir cui cõſtitutũ eſt de Chri-
ſto Dei Iacob, egregius pſaltes Iſ-
rael: 2. Spiritus Dñi locutus eſt per
me, & ſermo eius per linguam me-
am. 3. Dixit Deus Iſrael mihi, locu-
tus eſt Fortis Iſrael, Dominator ho
minũ, iuſtus dominator in timore
Dei. 4. Sicut lux auroræ, oriente
ſole, manè abſq; nubibus rutilat,
& ſicut pluuijs germinat herba de
terra. 5. Nec tãta eſt domus mea a-
pud Deum, vt pactũ æternum ini-
ret mecum firmũ in omnibus atq;
munitũ. Cuncta n. ſalus mea, & o-
mnis voluntas: nec eſt quidquam
ex ea quod non germinet. 6. Præ-
uaricatores aũt quaſi ſpinæ euellẽ-
tur vniuerſi: q̃ nõ tolluntur mani-
bus. 7. Et ſi qs tãgere voluerit eas,
armabitur ferro & ligno lanceato,
igneq; ſuccenſæ comburẽtur, vſq;
ad nihilũ. 8. Hæc nomina fortium
Dauid. Sedẽs in cathedra ſapientiſ
ſimus

CAP. XI.

10. HI principes virorũ for
tium Dauid, q adiu-
uerũt eũ vt rex fieret
ſuper omnem Iſrael iuxta verbum
Domini, quod locutus eſt ad Iſ-
rael. 11. Et iſte numerus robuſtorũ
Dauid: Ieſbaam filius Hachamo-
ni princeps inter triginta: iſte le-
uauit haſtam ſuam ſuper trecẽtos
vulneratos vna vice. 12. Et poſt eũ
Eleazar filius patrui eius Ahohi-
tes, qui erat inter tres potentes. 13.
Iſte fuit cũ Dauid in Pheſdomim,
quãdo Philiſthijm cõgregati ſunt
ad locũ illũ in p̃lium: & erat ager
regionis illius plenus hordeo, fu-
geratq; populus à facie Philiſtino-
rũ. 14. Hi ſteterũt in medio agri, &
defenderunt eũ: cũq; percuſsiſſent
Philiſthæos, dedit Dñs ſalutem
magnam populo ſuo. 15. Deſcẽde-
rũt autem tres de triginta princi-
pibus ad petrã, in qua erat Dauid,
ad ſpeluncam Odollã, quãdo Phi-
liſthijm fuerãt caſtrametati in Val
le raphaim. 16. Porro Dauid erat in
præſi-

ſimus princeps inter tres, ipſe eſt quaſi teneirimus ligni vermiculus, qui octingētos interfecit impetu vno. 9. Poſt hunc, Eleazar filius patrui eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Dauid quando exprobrauerunt Philiſthijm, & congregati ſunt illuc in prælium. 10. Cumq; aſcendiſſent viri Iſrael, ipſe ſtetit & percuſſit Philiſthæos donec deficeret manus eius, & obrigeſceret cum gladio: fecitq; Dominus ſalutē magnam in die illa: & populus, qui fugerat, reuerſus eſt ad cæſorum ſpolia detrahenda. 11. Et poſt hūc, Semma filius Age de Arari. & cōgregati ſunt Philiſthijm in ſtatione: erat quippe ibi ager lente plenus. Cumq; fugiſſet populus à facie Philiſthijm, 12. ſtetit ille in medio agri, & tuitus eſt eum, percuſſitq; Philiſthæos: & fecit Dominus ſalutem magnam. 13. Necnon & ante deſcenderant tres qui erant principes inter triginta, & venerant tempore meſsis ad Dauid in ſpeluncam Odollam: caſtra Philiſthinorum erant poſita in Valle gigantum. 14. Et Dauid erat in pręſidio: porro ſtatio Philiſthinorum tunc erat in Bethlehem. 15. Deſide auit ergo Dauid, & ait: O ſi quis mihi daret potum aquæ de ciſterna, quæ eſt in Bethlehem iuxta portam? 16. Irruperunt ergo tres fortes caſtra Philiſthinorum, & hauſerunt aquam de ciſterna Bethlehem, quæ erat iuxta portā, & attulerunt ad Dauid: at ille noluit bibere, ſed libauit eam Domino, 17. dicens: Propitius ſit mihi Do-

pręſidio, & ſtatio Philiſthinorū in Bethlehem. 17. Deſiderauit igitur Dauid, & dixit. O ſi quis daret mihi aquam de ciſterna Bethlehem, quæ eſt in porta. 18. Tres ergo iſti per media caſtra Philiſthinorum perrexerunt, & hauſerunt aquam de ciſterna Bethlehem, quæ erat in porta, & attulerunt ad Dauid vt biberet: qui noluit, ſed magis libauit illam Domino, 19 dicens: Abſit vt in conſpectu Dei mei hoc faciam, & ſanguinem iſtorum virorum bibam: quia in periculo animarum ſuarū attulerunt mihi aquā. Et ob hanc cauſam noluit bibere. hæc fecerunt tres robuſtiſſimi. 20. Abiſai quoque frater Ioab ipſe erat princeps trium, & ipſe leuauit haſtam ſuam contra trecentos vulneratos, & ipſe erat inter tres nominatiſſimus, 21. & inter tres ſecundos inclytus, & princeps eorum: verumtamen vſque ad tres primos non peruenerat. 22 Banaias filius Ioiadæ viri robuſtiſſimi, qui multa opera perpetrarat, de Cabſeel: ipſe percuſſit duos ariel Moab: & ipſe deſcendit, & interfecit leonē in media ciſterna tēpore niuis. 23. Et ipſe percuſſit virum Ægyptiū, cuius ſtatura erat qnq; cubitorū, & habebat lanceā vt liciatoriū: deſcendit igitur ad eū cū virga, & rapuit haſtā, q̃ tenebat manu. & interfecit eū haſta ſua. 24. Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, qui erat inter tres robuſtos nominatiſſimus, 25. inter triginta primus, verumtamen ad tres vſq; nō peruenerat: poſuit autē eum Dauid ad auricu-

 lam

hi Dominus, ne faciam hoc: num ſanguinem hominum iſtorum, qui profecti ſunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. hęc fecerunt tres robuſtiſſimi. 18. Abiſai quoque frater Ioab filius Saruiæ, princeps erat de tribus: ipſe eſt qui leuauit haſtam ſuam contra trecentos, quos interfecit, nominatus in tribus, 19. & inter tres nobilior, eratque eorum princeps, ſed vſq; ad tres primos non peruenerat. 20. Et Banaias filius Ioiadæ viri fortiſſimi, magnorum operum, de Cabſeel. ipſe percuſsit duos leones Moab, & ipſe deſcendit, & percuſsit leonem in media ciſterna in diebus niuis. 21. Ipſe quoque interfecit virum Aegyptium, virum dignũ ſpectaculo, habentem in manu haſtam: itaque cum deſcendiſſet ad eum in virga, vi extorſit haſtã de manu Aegyptij, & interfecit eũ haſta ſua. 22. hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. 23. Et ipſe nominatus inter tres robuſtos, qui erant inter triginta nobiliores: veruntamen vſque ad tres non peruenerat: fecitque eum ſibi Dauid auricularium, à ſecreto. 24. Aſael frater Ioab inter triginta, Elchanan filius patrui eius de Bethlehem, 25. Semma de Harodi, Elica de Harodi, 26. Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua, 27. Abiezer de Anathoth, Mobonnai de Huſati, 28. Selmon Ahohites,

lam ſuam. 26. Porro fortiſsimi viri in exercitu, Aſahel frater Ioab, & Elchanan filius patrui eius de Bethlehem, 27. Sammoth Arorites, Helles Phalonites, 28. Ira filius Acces Thecuites, Abiezer Anathothites, 29. Sobbochai Huſathites, Ilai Ahohites, 30. Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites, 31. Ethai filius Ribai de Gabaat filiorum Beniamin, Banaia Pharatonites, 32. Hurai de Torrente Gaas, Abiel Arbathites, Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites. 33. Filij Aſſem Gezonites, Ionathan filius Sage Ararites, 34. Ahiam filius Sachar Ararites, 35. Eliphal filius Vr, 36. Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites, 37. Hefro Carmelites, Naarai filius Asbai, 38. Ioel frater Nathan, Mibahar filius Agarai. 39. Selec Ammonites, Naarai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ. 40. Ira Iethræus, Gareb Iethræus, 41. Vrias Hethæus, Zabad filius Oholi, 42. Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta: 43. Hanan filius Maacha, & Ioſaphat Mathanites, 44. Ozia Aſtarothites, Samma, & Iehiel filij Hotham Arorites, 45. Iedihel filius Samri, & Ioha frater eius Thoſaites, 46. Eliel Mahumites, & Ieribai, & Ioſaia filij Elnaem, & Iethma Moabites, Eliel, & Obed, & Iaſiel de Maſobia.

Maharai Netophathites, 29 Heled filius Baana, & ipſe Netophathites, Ithai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin, 30. Banaia Pharathonites, Heddai de Torrente Gaas, 31. Abialbon Arbathites, Azmaueth de Beromi, 32. Eliaba de Salaboni. Filij Iaſſen, Ionathan, 33.

Semma

Semma de Orori, Aiam filius Satar Arorites, 34. Eliphelet filius Aasbai filij Machati, Eliam filius Achitophel Gelonites, 35. Heſrai dè Carmelo, Pharai de Arbi, 36. Igaal filius Nathan de Soba, Bonni dè Gadi, 37. Selec de Ammoni, Naharai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ, 38. Ira Iethrites Gareb & ipſe Iethrites, 39. Vrias Hethæus. Omnes triginta ſeptem.

COMMENTARIVS.

GEſtum 17. Pro beneficiis gratias ode quadam, quæ cum pſalmo 17. congruit, agit Dauid. D. Hieron. præf. in 17. Iſa. ait: quod difficile in aliis reperitur, hic Pſal. 17. in Samuelis, ſeu Regum hiſtoria continetur. & poſt pſalmos alios omnes iam compoſitos, vnum hic cap. 23. pronuntiat, qui v. primo, dicitur verba nouiſſima: quia, vt Lyrano videtur, memoriæ commendanda maxime viderentur, vt verò aliis, quia de rebus nouiſſimis, id eſt, de Meſſiæ tẽporibus agerent. vt Gen. 49. vel potius propter cauſam iam dictam, quod poſt pſalmos alios dicta ſint, vt ait R. Dauid & Abul. quæſt. 3.

Eorum expoſitio triplex eſt. Prima poſt titulum, vult bonorum & malorum comparationem hic inſtitui, quorum illi ſint inſtar ſolis matutini, de quo Iudicum quinto. Hi ſpinarum inſtar, quæ vel initio teneræ cum eſſent, reſcindi poterant facile: poſtea non niſi ferro & igne, vt ait Chaldæus. vel ſimpliciter, quæ manibus nudis tangi nequeunt, R. Kamius.

Secunda expoſitio, agi partim de Dauide, partim de Chriſto Domino: vt explicat de iſto maxime Chaldæa paraphraſis & Lyranus.

Tertia: primo eſſe titulum à v. 1. ad 4. Sed dum dicitur: cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei, exponitur, qui eſt conſtitutus rex, ſeu vnctus Dei: vt etiam 70. vertunt, ſeu qui eſt electus ad vnctionem regalem. Galenus tamen Weſtc. in 1. Heb. ait: vir cui reuelatum eſt de Meſſia.

Deinde à v. 4. eſt comparatio ipſius Dauidicæ domus cum luce auroræ. Et poſtremo improborum cum ſpinis comparatio. v. 6. vt eorum in hoc ſeculo & in futuro exitium intelligatur.

Huic prophetiæ ſubiungitur v. 8. Catalogus præſtantium fortitudine virorum, qui cum Dauide fuerunt; non quidem omnium (multo enim plures 1. Paral. 11. numerantur & 12.) ſed valde inſignium, qui ceterorum veluti robur & flos, quemadmodum ille apud Lucanum lib. ſexto Scæua, & apud alium. *qui acies vmbone repellunt.* ſtatuuntur vero huius cap. 23. v. vltimo, numero 37. à Ioſepho 38. à Lyrano 39. adiungendo ſcilicet Dauidem & Ioabum.

Caietanus hoc loco dicit poni duas trinitates. quarum prior ſit potiſſima, de qua poſtea: ad tres primos non peruenit. in poſteriore tertius non nominetur, &c. idem etiam primum inter gigantium iſtorum interfectores ait eſſe Dauidem. quia niſi laſſitudo impediſſet, etiam ante ipſius Abiſai adiutorium occidiſſet. deinde quia ſeruorum ſuorum, qui gigantes alios occiderant inſtructor fuit.

Eorum eſt ordo Quadruplex. In quorum primo, ſunt tres omnium lectiſſimi. In ſecũdo itidem tres, ſed iam ſuperioribus inferiores. In tertio ſunt 30. qui ſuperioribus omnibus item cedunt. in quarto vnus. In primo ternario primus vocatur 1. Paralip. 11. v. 11. Ieſbaan filius Hatzamoni, à Ioſepho Iſſænus, non vt apud Abulenſem Euſebius, ſed hoc loco hebraice Ioſeb. Baſchebed Thacomoni, quod nomen proprium noſter vt eius vim oſtenderet, vertit; ſedens in cathedra ſapientiſſimus: quem idcirco aliqui Dauidem, aliqui Ioabum eſſe putauerunt, cum verius Hacomoni alicuius filius fuerit. Hic vero pater alio nomine dicitur Adino vel Adina. de quo noſter Interpres ipſe, inquit, eſt quaſi tenerrimus

nerrimus ligni vermiculus, proprium ſcilicet nomen itidem interpretando. Hic primus à Ioſepho dicitur interfeciſſe nongentos vno prælio, ſed textus hic ait, octingentos, 1. Paralip. trecentos: quos illis addendo, erunt mille & centum.

Secundus fuit Eleazarus Dodi filius: ſeu vt noſter vertit, cum 70. patrui, cuius manus ſanguine concreſcente gladio adhærebant, vt ait Ioſephus, vel ſpaſmo obriguit, vt Vatablus.

Tertius fuit Semna, de quo iam ſupra cap. 21. Hi tres primi ternarij in primo poſt expugnatam Jeroſolymam cap. 5. bello Palæſtino, vt ait Joſephus, & caſtrorum ſitus indicat, quæ prope Bethlehem erant, aquam attulerunt, quam Dauid effuſam obtulit Domino, quaſi libamentum: de quo R. Samuel. lib. de aduentu Meſſiæ.

Jn ſecundo Ternario primus Abiſai v. 18. ſecundus Banaias v. 20. quem R. Kamius & Joſephus ſacerdotem fuiſſe putant: ſed Joadas, cuius iſte filius eſt, non eſt ille Sacerdos, qui multo poſt vixit. l. 4. cap. 11. & 12. Erat vt dictum cap. 8. Ceretheorum præfectus, qui idem videtur hic v. 23. vocari auricularius, à ſecreto, ſeu hebraice ad audiendum eum: quia ſcilicet regiis cuſtodibus arcanas teſſeras dare ſolebat. Tertius hic nominari non videtur, ideoque aliqui volunt eſſe Jonathan, de quo cap. 21. vel Sobocai ibidem. Abulenſis q. 26 Aſaelem. videtur tamẽ eſſe Banaiæ pater Joathas, qui idcirco hic. v 20. dicitur vir fortiſſimus, & 1. Paralip. 11. v 24. qui ſcilicet Joathas, erat inter tres iſtius, ſcilicet, ternarij ſecundi robuſtiſſimus.

Jn tertio ordine primus fuit Aſael, cui adiunguntur vſque ad finem capitis vnus & 30. non vt apud Abulenſem 32. cum ex filiis Jeſſen vnus fuerit Jonathan v. 32. Sic enim intelligendum illud filij, id eſt, ex filijs.

Jn quarto loco quaſi ſupernumerarius ponitur vnicus, isque videtur eſſe Adino: de quo ſupra. Nam 1. Paralip. vndecimo v. 41. nominatur, & cum eo, id eſt, vt Hebræus textus indicat, ſupra eum 30. Et videtur eſſe qui hic v. 28. dicitur Selmon Ahehites. Nam Ahohi licet à quibusdam Judæ oppidum ſtatuatur, hominem tamen fuiſſe ex cap. 27. infra, & hic v. 9. conſtat.

Sed nota in iſtorum comparatione particulam, *inter*, cum varijs hebræis particulis reſpondeat; aliquando ſignificare à, vel ab, præ ſeu ante, vt dum dicitur primi ordinis primus eſſe inter 30. quemadmodum Lucæ 18. Juſtificatus ab illo, id eſt, præ. Secundo. ſignificat à vel ab, id eſt, poſt, vt dum ſecũdi ordinis primus dicitur inter primos, in ſecundis nominatus v. 29. cap. 11. Paralip. id eſt, poſt illos. Tertio. proprie vt Aſael inter 30. ſeu in triginta. Jn his enim fere accidit, ſicuti etiam 1. Paralip. cap. 27. vt in Romana militia olim, cum diceretur aliquis primi vel ſecundi ordinis primus ſecundus, vel primus tertius, nonus decimus, primus haſtatus, decimus princeps &c. de quibus de re milit. Lipſius.

CAPVT XXIV.

1. ET addidit furor Domini iraſci contra Iſrael, commouitque Dauid in eis dicentem: Vade, numera Iſrael & Iudam. 2. Dixitq; rex ad Ioab principem exercitus ſui: Perambula omnes tribus Iſrael à Dan vſque Berſabee, & numerate populum, vt ſciam numerum eius. 3. Dixitq;

Ioab

CAPVT XXI.

1. COnſurrexit autem Satan contra Iſrael: & concitauit Dauid vt numeraret Iſrael. 2. Dixitque Dauid ad Ioab, & ad principes populi: Ite, & numerate Iſrael à Berſabee vſque Dan. & afferte mihi numerum vt ſciam. 3. Reſponditque Ioab: Augeat Dominus populum ſuum centuplũ,

quam

Ioab regi : Adaugeat Dominus
Deus tuus ad populũ tuum, quã-
tus nunc eſt, iterumque centupli-
cet in conſpectu domini mei re-
gis: ſed quid ſibi dominus meus
rex vult in re huiuſcemodi ? 4.
Obtinuit autem ſermo regis ver-
ba Ioab, & principum exercitus:
egreſſusque eſt Ioab, & principes
militum à facie regis, vt numera-
rarent populum Iſrael. 5. Cumq;
pertranſiſſent Iordanem , vene-
runt in Aroer ad dexteram vrbis,
quæ eſt in Valle Gad: 6. & per Ia-
zer tranſierunt in Galaad , & in
terram inferiorem Hodſi, & ve-
nerunt in Dan ſilueſtria. Circum-
euntesq; iuxta Sidonem, 7. tranſ-
ierunt prope mœnia Tyri, & om-
nem terram Heuæi & Chananæi,
veneruntque ad meridiem Iuda
in Berſabee: 8. & luſtrata vniuerſa
terra, affuerunt poſt nouem men-
ſes & viginti dies in Ieruſalem. 9.
Dedit ergo Ioab numerum de-
ſcriptionis populi regi, & inuenta
ſunt de Iſrael octingenta millia
virorum fortium, qui educerent
gladium : & de Iuda quingenta
millia pugnatorum. 10. Percuſſit
autem cor Dauid eum, poſtquam
numeratus eſt populus: & dixit
Dauid ad Dominũ: Peccaui valde
in hoc facto: ſed precor Domine,
vt transferas iniquitatem ſerui
tui, quia ſtulte egi nimis. 11. Sur-
rexit itaq; Dauid mane, & ſermo
Domini factus eſt ad Gad pro-
phetam & Videntem Dauid, di-
cens: 12. Vade, & loquere ad Da-
uid: Hæc dicit Dominus: Trium
tibi datur optio, elige vnum quod
volue-

ſunt: nonne domine mi rex, om-
nes ſerui tui ſunt? quare hoc quæ-
rit dominus meus, quod in pec-
catum reputetur Iſraeli ? 4. Sed
ſermo regis magis præualuit : e-
greſſusque eſt Ioab , & circuiuit
vniuerſum Iſrael : & reuerſus eſt
Ieruſalem: 5. Deditq; Dauidi nu-
merum eorum, quos circuierat:
& inuentus eſt omnis numerus
Iſrael, mille millia & centum mil-
lia virorum educētium gladium.
de Iuda autem quadringenta ſe-
ptuaginta millia bellatorum. 6.
Nam Leui, & Beniamin non nu-
merauit. eo quod Ioab inuitus ex-
equeretur regis imperium. 7. Diſ-
plicuit autem Deo quod iuſſum
erat; & percuſſit Iſrael. 8. Dixitque
Dauid ad Deum: Peccaui nimis
vt hoc facerem: obſecro aufer ini-
quitatem ſerui tui, quia inſipien-
ter egi. 9. Et locutus eſt Dominus
ad Gad Videntem Dauidis, dicēs:
10. Vade, & loquere ad Dauid, &
dic ei: Hæc dicit Dominus: Triũ
tibi optionem do; vnum, quod
volueris, elige, & faciam tibi. 11.
Cumque veniſſet Gad ad Dauid,
dixit ei: Hæc dicit Dominus: Eli-
ge quod volueris : 12. aut tribus
annis famem: aut tribus mēſibus
te fugere hoſtes tuos, & gladium
eorum non poſſe euadere: aut tri-
bus diebus gladium Domini, &
peſtilentiam verſari in terra, & an-
gelum Domini interficere in vni-
uerſis finibus Iſrael: nunc igitur
vide quid reſpōdeam ei, qui miſit
me. 13. Et dixit Dauid ad Gad: 23.
Ex omni parte me anguſtiæ pre-
munt: ſed melius mihi eſt, vt inci-
dam

voluerisex his,vt faciam tibi. 13.
Cumque veniſſet Gad ad Dauid,
nunciauit ei, dicens: Aut ſeptem
añis veniet tibi fames in terra tua:
aut tribus menſibus fugies aduer-
ſarios tuos,& illi te perſequentur:
aut certe tribus diebus erit peſti-
lentia in terra tua. Nunc ergo de-
libera, & vide quem reſpondeam
ei, qui me miſit, ſermonem. 14.
Dixit autem Dauid ad Gad: Co-
arctor nimis: ſed melius eſt vt in-
cidam in manus Domini (multæ
enim miſericordię eius ſũt)quam
in manus hominum. 15.Immiſit-
que Dominus peſtilentiam in Iſ-
rael,de mane vſq; ad tempus con-
ſtitutum,& mortui ſunt ex popu-
lo à Dan vſq; ad Berſabee ſeptua-
ginta millia virorum. 16. Cumq;
extendiſſet manum ſuam Ange-
lus Domini ſuper Ieruſalem vt
diſperderet eam,miſertus eſt Do-
minus ſuper afflictione,& ait An-
gelo percutienti populum: Suffi-
cit: nunc contine manum tuam.
erat autem Angelus Domini iu-
xta aream Areuna Iebuſæi.17.Di-
xitque Dauid ad Dominum cum
vidiſſet Angelum cædentem po-
pulum: Ego ſum qui peccaui,ego
inique egi:iſti qui oues ſunt,quid
fecerunt? vertatur, obſecro, ma-
nus tua contra me, & contra do-
mum patris mei. 18. Venit autem
Gad ad Dauid in die illa, & dixit
ei : Aſcende, & conſtitue altare
Domino in area Areuna Iebuſæi.
19. Et aſcendit Dauid iuxta ſer-
monem Gad,quem pręceperat ei
Dominus. 20. Conſpiciensq; A-
reuna,animaduertit regem & ſer-
uos

dam in manus Domini , quia
multę ſunt miſerationes eius,quã
in manus hominum. 14. Miſit er-
go Dominus peſtilentiam in Iſra-
el: & ceciderunt de Iſrael ſeptua-
ginta millia virorum. 15. Miſit
quoque Angelum in Ieruſalem,
vt percuteret eam: cumque per-
cuteretur, vidit Dominus, & mi-
ſertus eſt ſuper magnitudine ma-
li:& imperauit Angelo, qui per-
cutiebat: Sufficit, iam ceſſet ma-
nus tua. Porro Angelus Domini
ſtabat iuxta aream Ornan Iebuſęi.
16. Leuansq; Dauid oculos ſuos,
vidit Angelum Domini ſtantem
inter cælum & terram , & euagi-
natum gladium in manu eius, &
verſum contra Ieruſalem: & ceci-
derunt tam ipſe, quam maiores
natu veſtiti ciliciis, proni in ter-
ram. 17. Dixitque Dauid ad Deũ:
Nonne ego ſum, qui iuſſi vt nu-
meraretur populus? Ego,qui pec-
caui:ego,qui malum feci:iſte grex
quid commeruit? Domine Deus
meus vertatur obſecro manus tua
in me, & in domum patris mei:
populus autem tuus non percu-
tiatur. 18. Angelus autem Domini
præcepit Gad vt diceret Dauidi vt
aſcenderet , extrueretque altare
Domino Deo in area Ornan Ie-
buſæi. 19. Aſcendit ergo Dauid
iuxta ſermonem Gad, quem lo-
cutus ei fuerat ex nomine Domi-
ni. 20. Porro Ornan cum ſuſpexiſ-
ſet,& vidiſſet Angelum, quatuor-
que filij eius cum eo, abſconderũt
ſe: nam eo tempore terebat in a-
rea triticum. 21. Igitur cum veni-
ret Dauid ad Ornan, conſpexit eũ
Ornan,

uos eius tranſire ad ſe: 21: & egreſſus adorauit regem prono vultu in terram, & ait: Quid cauſæ eſt vt veniat dominus meus rex ad ſeruum ſuum? Cui Dauid ait: Vt emam à te aream, & ædificem altare Domino, & ceſſet interfectio quæ graſſatur in populo. 22. Et ait Areuna ad Dauid: Accipiat, & offerat dominus meus rex, ſicut placet ei, habes boues in holocauſtum, & plauſtrum, & iuga boum in vſum lignorum. 23. Omnia dedit Areuna rex regi: dixitq; Areuna ad regem: Dominus Deus tuus ſuſcipiat votum tuum. 24. Cui reſpondens rex, ait: Nequaquam vt vis, ſed emam pretio à te, & non offeram Domino Deo meo holocauſta gratuita. Emit ergo Dauid aream, & boues, argẽti ſiclis quinquaginta. 25. & ædificauit ibi Dauid altare Domino, & obtulit holocauſta & pacifica: & propitiatus eſt Dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael.

Ornan, & proceſſit ei obuiam de area, & adorauit eum pronus in terram. 22 Dixitq; ei Dauid: Da mihi locum areæ tuæ, vt ędificem in ea altare Domino: ita vt quantum valet argenti accipias, & ceſſet plaga à populo. 23. Dixit autem Ornan ad Dauid: Tolle, & faciat Dominus meus rex quodcũque ei placet: ſed & boues do in holocauſtum, & tribulas in ligna, & triticum in ſacrificium: Omnia libens præbebo. 24. Dixitq; ei rex Dauid: Nequaquam ita fiet, ſed argentum dabo quantum valet: neque enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gratuita. 25. Dedit ergo Dauid Ornan pro loco ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos. 26. Et ædificauit ibi altare Domino: obtulítq; holocauſta, & pacifica, & inuocauit Dominum, & exaudiuit eum in igne de cælo ſuper altare holocauſti. 27. Præcepitque Dominus Angelo: & conuertit gladium ſuum in vaginam. 28. Protinus ergo Dauid, videns quod exaudiſſet eum Dominus in area Ornan Iebuſæi, immolauit ibi victimas. 29. Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyſes in deſerto, & altare holocauſtorum, ea tempeſtate erat in excelſo Gabaon. 30. Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obſecraret Deũ: nimio enim fuerat in timore perterritus, videns gladium Angeli Domini.

COMMENTARIVS.

GEſtum 18. Peccat iterum Dauid iubendo populum numerari; non quod id nunquam liceret, ſi cauſa quæpiam honeſta ſubeſſet, vt cenſus, aut delectus; ſed quod ex arrogantia numerum iſtum ſcire voluerit, vt ait D. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum cap. 66. & patet ex v. 2. *Vt* ſciam, &c. quẽadmodum apud Herodot. l. 4. Ariantus Scytharum Rex. Dicit etiam Theodoretus quæſt. vlt. videri contra promiſſionem Gen. 15. & 26. Quia pauperis eſt numerare pecus. Addit Ioſephus cauſam aliam, ſed omnino aduentitiam, quod in ea numeratione ſiclum dimidium dari non iuſſerit. vt præcipitur Exod. 30.

Sed cum diſcrepantia ſummarum ſit hic, & 1. Paralip. 21. multa Lyranus &

R.Salomon offerunt. Dic breuiter cum Abul.quæſt. 14. fuiſſe quidem in Paralipomenis plures numeratos, verũ nõdum omnes in principales tabulas fuiſſe relatos, dum plaga inciperet; ſicque minorem ſummam hic expreſſam Dauidi oblatam fuiſſe. In Iudæ tribus ſumma vero maior hic numerus ponitur, quia hic omnes bellatores numerantur, illic tantum lectiores.

Peccati vero huius occaſio & cauſa in principio ſtatim ponitur: vbi per Domini furorem intelligit Abulenſis Satanam ex Paralip. l.c.

Sed Nota tria hic eſſe. Primum. Eſt ſuaſio & incitatio ad peccatum. Secundum. Aſſenſus. Tertium. Ira Domini. Primum illud in Paralipomenis dicitur factum à Satana, hic verò à Deo irato: videlicet à Diabolo efficienter & directe; à Domino Deo non niſi permiſſiue & indirecte, vti diligenter docet Theoretus quæſt. vltima, idque fecit Deus propter antegreſſa quędam populi peccata, non ea quæ notat A.T. vel Abulen. ſed quia contra Dauidem à parricida filio ſteterat, qui tamen impium Saulem nunquam deſeruerat, vt ait Theodoretus.

Addunt Eucherius & Angelomus ob populi peccata permitti principum, & paſtorum culpas nonnullas. *Sed in Angel. Rom. citatur Gregorius pro Eucherio, cum verba huius ſint: quæ pulcherrima ſunt, & merito legenda. idem l. 6. ep. 7. vindictam populus, ait, Dauid peccante ſuſcipit. cur hoc? quia videlicet ſecundum merita plebium, diſponuntur corda regentium

Geſtum 19. Pœnitentia verò duplex fuit. Vna in principio verſ. 10. qua peccatum remiſſum, ſed cum pœna temporali infligenda, cuius optio facta eſt, de qua D. Gregor. l. 5. epiſtola 41. Et ponuntur in Paralipomenis, & hic à 70. tantum tres anni famis, ſed hebraice & Latine hic, etiam à Ioſepho 7. anni: quod videlicet initio ſeptem quidem annos propheta propoſuerit, poſtea tamen ad tres tantum deſcenderit, vt Gen. 18. non autem quod iam famis anni præterierint cap. 21. vt ait R. Dauid & Hebræi.

Elegit Dauid peſtem vt adiicitur in LXX. dicens: melius eſſe incidere in manus Dei, quam hominum: quando ſcilicet de temporali pœna agitur; ſecus quando de æterna, vt Danielis 13. ſed poſt verba illa, elegitque ſibi Dauid peſtem, hæc etiam adijciunt ijdem LXX. ἡμέραι θερισμοῦ τῶν πυρῶν: id eſt, erant dies meſſis frumentorum, ſiue tritici: non vt in S. Ephrem t. 1. de gentilium erroribus interpres vertit, dies meſſis ignium. Peſtis verò tam ipſi, quam reliquis communis erat, cum fames & bellum à rege declinari facilius potuiſſent, vti notant Ioſephus, Theodoretus, & videndus Ambroſius cap. 7. Apologiæ, & de obitu Theodoſij f. 50.

Peſtem vero iſtam duraſſe vult Abulenſis quæſt. 20. tres dies, ſed ne vnum quidem integrum duraſſe ait Origenes hom 14. in Numeros. Caietanus vult duraſſe vſque ad tempus Holocauſti à Dauide oblati, tunc enim dixit Deus Angelo, multum &c. Lipſius l. 2. de Conſtantia c. 23. ait: peſtis ſub Dauide rege 70000. abſorpſit die non toto. Theodoretus l. c. A. T. Ioſephus & ipſi 70. hic, ſed ijdem iſti dicunt à matutino tempore vſque ad prandij tempus duraſſe, itemque Ioſephus & Theodoretus ſex horas. A. T. vſque ad ſacrificium veſpertinum. R. Eliezer horas 3. Rabinorum quidam vnam tantum horam tribuunt. Nam fecit iam ſecundo Dauid pœnitentiam v. 16. & quidem ſuis etiam cum principibus, in cilicijs, & ſuper terram 1. Paralipom. 21. verſic. 16.

Angelus iſte videtur bonus fuiſſe. Quia in Paralip. iubet altare fieri, ipſiusq; oratio dicitur Domini oratio. verſ. 29. ſicut ille qui Sodoma euertit. perexiguo vero temporis momẽto ei ad Iſraelis regionem percurrendam opus fuit. Rhegino anno 605. ait: bonus & malus Angeli viſi per ciuitatem ambulare. & ex iuſ-

ſu boni

ſu boni angeli, malus venabulo oſtium domus feriebat; & quoties percutiebat, tot de ea domo præſenti die moriebantur. vide & apud Baronium t. 7. quomodo angeli mali peſtem Treueris inferre ſint vetiti.

Geſtum 20. Placatus eſt Dominus, & ipſius iuſſu ei altare excitauit Dauid, in area quam emit ſiclis 600. vt habetur in Paralip. l. c. eius vero Boues 50 vt hic exprimitur. Dixit Ioſephus iſtum fuiſſe magnum regis amicum, ſed D. Aug. ſer. 198. & RR. quidam dicunt olim fuiſſe Iebuſæorum regem: ſed iam proſelytum, & in amicitiam receptum; quod colligitur ex Hebraico textu, v. 23. vbi Melech dicitur. hoc ſacrificium quod Dauid obtulit, vt populo parceretur, vmbra erat futuri, qua ſignificatum eſt, quod per vnum ſacrificium, cuius illa figura erat, ſaluti populi ſpiritualiter parcitur.

Hic fuit olim Mons vbi ſacrificari debuit Iſaac, Gen. 22. vt ibidem monui. Nunc 1. Paralip. 22. v 1. vocatur domus Dei, & altare: quia videlicet c. 21. v. 26. igne cœleſti approbauit Dominus, & vti monet Ioſephus, Gad propheta docuit, hic poſtea templum à Salomone conſtruendum eſſe, vti factum 2. Paralip. 3. Et ad iſtam conſtructionem relinquit Dauid operarios & materiam, ſimulque Principes adiutores 1. Paralip. 22. 28. 29.

LIBER TERTIVS REGVM.

Duas hic liber partes habet. In priore ſunt reſidua Dauidis vſque ad mortem geſta. In poſteriore incipiunt alij reges.

PARS PRIMA.

Prior pars cap. 1. & 2. continetur, ſuntque in ea hæc.

CAPVT I.

1. ET rex Dauid ſenuerat, habebatque ætatis plurimos
dies: cumque operiretur veſtibus, non calefiebat. 2.
Dixerunt ergo ei ſerui ſui: Quæramus Domino noſtro
regi adoleſcentulam virginem, & ſtet coram rege, & foueat eum, dormiatque in ſinu ſuo, & calefaciat dominum no-
ſtrum regem. 3. Quæſierunt igitur adoleſcentulam ſpecioſam in
omnibus finibus Iſrael, & inuenerunt Abiſag Sunamitidem, &
adduxerunt eam ad regem. 4. Erat autem puella pulchra ni-
mis, dormiebatque cum rege, & miniſtrabat ei, rex vero
non cognouit eam. 5. Adonias autem filius Haggith eleuaba-
tur, dicens. Ego regnabo. Fecitque ſibi currus & equites, &
quinquaginta viros, qui currerent ante eum. 6. Nec corri-
puit eum pater ſuus aliquando, dicens: Quare hoc feciſti? E-
rat autem & ipſe pulcher valde, ſecundus natu poſt Abſalom.

7. Et ſermo ei cum Ioab filio Saruiæ, & cum Abiathar ſacerdote, qui
adiuuabant partes Adoniæ. 8. Sadoc vero ſacerdos, & Banaias filius
Ioiadæ, & Nathan propheta, & Semei, & Rei, & robur exercitus Da-
uid nō erat cum Adonia. 9. Immolatis ergo Adonias arietibus & vi-
tulis, & vniuerſis pinguibus iuxta Lapidem zoheleth, q erat vicinus
Fonti rogel, vocauit vniuerſos fratres ſuos filios regis, & omnes viros
Iuda ſeruos regis. 10. Nathan autem prophetam, & Banaiā, & robu-
ſtos quoſq;, & Salomonem fratrem ſuum non vocauit. 11. Dixit ita-
que Nathan ad Bethſabee matrē Salomonis: Num audiſti, quod re-
gnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noſter Dauid hoc i-
gnorat? 12. Nunc ergo veni, accipe conſilium à me, & ſalua animam
tuam, filijq; tui Salomonis. 13. Vade, & ingredere ad regem Dauid, &
dic ei: Nōne tu domine mi rex iuraſti mihi ancillæ tuæ, dicens: Salo-
mon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo? quare
ergo regnat Adonias? 14. Et adhuc ibi te loquente cū rege, ego veniā
poſt te, & cōplebo ſermones tuos. 15. Ingreſſa eſt itaq; Bethſabee ad
Regē in cubiculum: rex autem ſenuerat nimis, & Abiſag Sunamitis
miniſtrabat ei. 16. inclinauit ſe Bethſabee, & adorauit regē. Ad quam
rex. Quid tibi, inquit, vis? 17. Quę reſpondens, ait: Domine mi, tu iu-
raſti per Dominū Deum tuū ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regna-
bit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo. 18. Et ecce nunc Adonias re-
gnat, te, domine mi rex, ignorante. 19. Mactauit boues, & pinguia q̄-
que, & arietes plurimos, & vocauit omnes filios regis, Abiathar quo-
que ſacerdotem, & Ioab principem militiæ: Salomonem. a. ſeruum
tuum non vocauit. 20. Verūtamē domine mi rex, in te oculi reſpici-
unt totius Iſrael, vt indices eis, qs ſedere debeat in ſolio tuo domine
mi rex poſt te. 21. Eritq; cum dormierit dominus meus rex cū patri-
bus ſuis, erimus ego & filius meus Salomō peccatores. 22. Adhuc illa
loquente cū rege, Nathan propheta venit. 23. Et nunciauerunt regi,
dicentes: Adeſt Nathan propheta. Cumq; introiſſet in conſpectu re-
gis, & adoraſſet eum pronus in terram. 24. dixit Nathan: Domine mi
rex, tu dixiſti: Adonias regnet poſt me, & ipſe ſedeat ſuper thronum
meum? 25. Quia deſcendit hodie, & immolauit boues, & pinguia, &
arietes plurimos, & vocauit vniuerſos filios regis & principes exerci-
tus, Abiathar quoque ſacerdotem: illiſq; veſcentibus, & bibentibus
coram eo, & dicentibus: Viuat rex Adonias: 26. Me ſeruum tuum, &
Sadoc ſacerdotem, & Banaiam filium Ioiadę, & Salomonem famu-
lum tuum nō vocauit. 27. Numquid à domino meo rege exiuit hoc
verbum, & mihi nō indicaſti ſeruo tuo quis ſeſſurus eſſet ſuper thro-
num domini mei regis poſt eum? 28. Et reſpondit rex Dauid, dicens,
Vocate ad me Bethſabee. Quæ cum fuiſſet ingreſſa coram rege, &
ſtetiſſet ante eū, 29. iurauit rex, & ait: Viuit Dominus, qui eruit ani-
mam

mam meam de omni anguſtia, 30. quia ſicut iuraui tibi per Dominum Deum Iſrael, dicens, Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit ſuper ſolium meum pro me: ſic faciã hodie. 31. Summiſſoq; Bethſabee in terram vultu, adorauit regem, dicẽs: Viuat dominus meus Dauid in æternũ. 32. Dixit quoq; rex Dauid: Vocate mihi Sadoc ſacerdotẽ, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ. Qui cũ ingreſſi fuiſſent corã rege, dixit ad eos: Tollite vobiſcũ ſeruos domini veſtri, & imponite Salomonem filium meum ſuper mulam meã: & ducite eum in Gihon. 34. & vngat eum ibi Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta in regem ſup Iſrael: & canetis buccina, atq; dicetis: Viuat rex Salomon. 35. Et aſcendetis poſt eũ, & veniet, & ſedebit ſup ſolium meum, & ipſe regnabit ꝓ me: illiq; pręcipiam vt ſit dux ſuper Iſrael, & ſuper Iudam, 36. Et reſpondit Banaias filius Ioiadæ, regi, dicẽs: Amen: ſic loquatur Dominus Deus Domini mei regis. 37. Quomodo fuit Dominus cum domino meo rege, ſic ſit cũ Salomone, & ſublimius faciat ſolium eius à ſolio domini mei regis Dauid. 38. Deſcẽdit ergo Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi, & Phelethi: & impoſuerunt Salomonem ſuper mulam regis Dauid, & adduxerunt eum in Gihon. 39. Sumpſitq; Sadoc ſacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem: & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus: Viuat rex Salomon. 40. Et adſcendit vniuerſa multitudo poſt eũ, & populus canentium tibijs, & lætãtium gaudio magno. & inſonuit terra à clamore eorũ. 41. Audiuit. a. Adonias, & omnes, qui inuitati fuerant ab eo, iamq; conuiuiũ finitum erat: ſed & Ioab, audita voce tubę, ait: Quid ſibi vult clamor ciuitatis tumultuantis? 42. Adhuc illo loquente, Ionathas filius Abiathar ſacerdotis venit: cui dixit Adonias: Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuncians. 43. Reſponditq; Ionathas Adoniæ: Nequaquã: Dominus enim noſter rex Dauid regem conſtituit Salomonem: 44. miſitq; cum eo Sadoc Sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiã filium Ioiadæ, & Cerethi & Phelethi, & impoſuerũt eum ſuper mulam regis. 45. Vnxeruntq; eum Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta regem in Gihon: & aſcenderunt inde lætantes, & inſonuit ciuitas: hęc eſt vox, quam audiſtis. 46. Sed & Salomon ſedet ſuper ſolium regni. 47. Et ingreſſi ſerui regis benedixerunt domino noſtro regi Dauid, dicentes: Amplificet Deus nomen Salomonis ſuper nomen tuũ, & magnificet thronum eius ſuper thronum tuum. Et adorauit rex in lectulo ſuo: 48. & locutus eſt: Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui dedit hodie ſedentẽ in ſolio meo, videntibus oculis meis. 49. Territi ſunt ergo, & ſurrexerunt omnes, qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnuſquiſq; in viam ſuam. 50. Adonias autem timens Salomonẽ, ſurrexit, & abijt, tenuitq; cornu altaris. 51. Et nunciauerũt Salomoni,

 dicen-

dicentes: Ecce Adonias timens regem Salomonem, tenuit cornu altaris, dicens: Iuret mihi rex Salomon hodie, quod non interficiat ſeruum ſuum gladio. 52. Dixitque Salomon: ſi fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram: ſin autem malum inuentum fuerit in eo, morietur. 53. Miſit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari: & ingreſſus adorauit regem Salomonem: dixitque ei Salomon: Vade in domum tuam.

COMMENTARIVS.

PRimo. Annorum 70. cum eſſet Dauid, adeo frigidus erat, vt veſtibus quæ frigus alioquin arcere ſolent, caleſcere non poſſet, non ob Saulis veſtem reſectam. 1. Regum 24. neque parentum ſenectam, quando natus eſt. Sed vel ob nimiam ætatem, vel effuſum in bello ſanguinem, vel ob morbum aliquem, vt Abulenſis.

Quæſita ei fuit virguncula, cuius nomen & hiſtoriam myſtice interpretatur D. Hieronymus epiſtola ſecunda, idque factum multo ante quam ſimile quippiam ſuaderet lib. ſecundo Methodi Galenus, conſilio medicorum. Sic Rudolphus Habſpurg. Imp. teſte Cuſpin. ſolebat filiolas nobilium, & principum etiam vxores, ipſis præſentibus, caſte oſculari: quod ſenio & hectica febre confectus diceret, ſe ſuaueolentes ſpiritus ex earum ore haurire. In vxorem Dauidi eam non fuiſſe, probabilius exiſtimat, R. Aben melech. dicens tum fuiſſe vxores 18. Dauid, nec licuiſſe plures habere, idem probabilius exiſtimat Abulenſis cap. 2. quæſt. 25. Lyranus tamen contra; & ita ſignificari iſto cap. 2. videtur, dum eius pulchritudo, & cum rege pernoctatio, virginitasque, tam ſtudioſe illibata notatur. Suadetque idem ipſa Regem calfaciendi functio, & tam abrupta Salomonis in fratrem procum ſeueritas & reſponſum. Plautus Sticho p. 697.

Secundo. Cum tres primi Dauidis filij lib. 2. cap. 3. mortui iam eſſent, erat quartus veluti iam primogenitus, vti hic ſignificatur. ideo regnum ambire, ſeſeque regem vngi fecit; impeditus tamen fuit opera Nathanis.

Tertio. Eſt igitur in regem vnctus Salomon, & quidem bis. 1. Paralip. 29. Semel hic & 1. Paralip. 23. Deinde poſt geſta nonnulla quæ ab illo 23. cap. deſcribuntur, ſuntque potiſſimum duplicia, aut enim ad Domini Dei cultum, aut ad rempub. ſpectant. Nam primo tam Politicorum quam Eccleſiaſticorum concilium congregauit, vbi Leuitarum 38000. inuenit, numerando primo ab anno 30. vt habetur v. 3. hebraice, Græce, & apud Ioſephum, ſed poſtea, v. 24. & 27. ab anno 20. Demum omnes iſtos ab officio diſtinguit. Primo vt eſſent certo cuidam officio dicati, eamq; veluti dignitatem gererent. Secundo vt eius functionem actu exercerent.

Priori modo Leuitarum alij eſſent ſacerdotes Aaronici, alij ſimpliciter Leuitæ, & horum. 4. genera ſunt.

Primi dicuntur Miniſtri templi: vt videlicet eius ędificationi pręeſſent, eamque vrgerent, quemadmodum ait Ioſephus; poſtmodum in templo ſacerdotibus miniſtrarent, ea cauſa, & eo modo quem explicat hic Dauid v. 25. & 26. ad finem. Etſi enim v. 29. ſacerdotum fiat mentio in Latino, quia ea primaria ſunt ſacerdotum munia, hebraice tamen & Græce omittuntur ſacerdotes, omniaq; Leuitis tribuuntur, quod in ijs ſubſeruire ſacerdotibus debeant.

Secundo, alij ſunt Præfecti 12. Iudices, quos apud Lyranum quidam eoſdem putant. ipſius videlicet populi Doctores, alij diſtinguunt: vti illi ſint theſaurorum præpoſiti, hi populi Doctores tantum; ſed hebraice illi appellantur ſchoterim.

rim, Græcè γραμματεῖς. Joſephus lib.4 cap vlt. cuilibet in qualibet vrbe Magiſtratui duos miniſtros Leuitas, quaſi acceſſores tribuit, magiſtratus verò illos ſemper ponit.

Tertiò, ſunt Cantores, de quibus 2. Paralipom. cap. 7.

Quartum genus Ianitores, ad quos reuocantur Theſaurorum & vaſorum cuſtodes 1. Paral. 26. v. 20.

Poſteriore modo factæ ſunt ſingulorum generum 24. claſſes, quæ viciſſim in orbem miniſtrarent, ſingulæ vna hebdomade, à Sabbato in Sabbatum, inquit Joſephus. Et hæ claſſes à noſtro interprete interdum vocantur Turmæ, diuiſiones, ſortes, quia ſortitione factæ ſunt, vel vices, vt Lucæ 1. Græcè autẽ ἐφημερεῖαι vel ἐφημερίδες. Erant igitur 24. claſſes ſacerdotum cap. 24 à quibus nominantur itidem plures Sacerdotum principes: licet Pontifices non eſſent; vt Eſdræ 8. Act. 4. 19. quarum ſingularum claſſium vnus princeps. Erant 24. claſſes Cantorum, cap 25. qui prophetæ vocantur, eo modo, quo 1. Regum expoſui, licet eorum principes & præcipuos, veros fuiſſe prophetas non abſonè dicat Theodoretus. Rurſus 24. claſſes Ianitorum cap. 26. ad quatuor mundi plagarum portas. His adiunxit Dauid Nathinæos Eſdræ 8. 1. Paralip. 9. de quibus dictum Ioſue 9.

Commentarius apud Ambroſ. 1. Tit. 3. ait: veteribus idcirco conceſſum eſt Leuitis aut Sacerdotibus, vxores ad vſum habere, quia multum tempus otio vacabant à miniſterio aut ſacerdotio. multitudo enim erat ſacerdotum, & magna copia Leuitarum, & vnuſquiſque certo tempore ſeruiebat diuinis cerimoniis ſecundum inſtitutum Dauid &c. ita vt tempore, quo non illos contingebat ſeruire altari, domorum ſuarum agerent curam &c.

Ad Rempub. verò ſpectant cap. 27. diuiſiones, Primò principum, variarumque turmarum, quæ ſecundum 12. anni menſes 12. erant, & complectebantur ſingulæ 24000. vt ſingulæ ſuis menſibus Regi adeſſent, inquit Joſephus. Secũdò Phylarchorum v. 15. Denique aliorum, qui regis theſauros, rem ruſticam, aliaq; curabant.

Hiſce abſolutis, concilium congregauit ſecundum politicorum, cap. 28. vbi poſt ipſorum, ipſius filij Salomonis, totiuſque multitudinis, quę Eccleſia ibi vocatur, adhortationem, Deum pulcherrime laudat. Et primo, Orat pro populo v. 18. pro Salomone v. 19. tandemq; poſt 1000. holocauſta vngitur ſecundo Salomon, ipſeq; etiam pontifex Sadoc. Secundò, Rurſum verò eundem Salomonem hic cap. 2. hortatur 1. ad religionem in Deum. Dein ad Iuſtitiam in omnes, ſed maxime in maleficos, quos clementer hactenus viuere conceſſerat: nunc verò iuſtitiæ ſatisfaceret, quæ in ſua indulgenti permiſſione intelligebatur.

Poſtremo ad gratitudinem in Beneficos. Mors eius ponitur v. 10. & ſepultura. Ieroſolymis ſepulchrum ait ſuo tempore fuiſſe D. Petrus Act. 2. Et ſuo Joſephus lib. 7. cap. vltimo. vnde auri plurimum acceptum ſit. Et ſuo Beniamin, in itinerario.

PARS LIBRI SECVNDA.

TERTIVS REX SALOMON, SEV FRIDEricus, & apud Turcas Selyman.

CAPVT II.

1. APpropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, præcepitq; Salomoni filio ſuo, dicens: 2. Ego ingredior viam vniuerſæ terræ: confortare, & eſto vir. 3. Et obſerua cuſtodias Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, vt cuſtodias ceremonias

eius, & præcepta eius, & iudicia, & teſtimonia, ſicut ſcriptum
eſt in lege Moyſi: vt intelligas vniuerſa quæ facis, & quocumque te
verteris: 4. vt confirmet Dominus ſermones ſuos, quos locutus es
de me, dicens: Si cuſtodierint filij tui vias ſuas, & ambulauerint co-
ram me in veritate, in omni corde ſuo, & in omni anima ſua, non
auferetur tibi vir de ſolio Iſrael. 5. Tu quoq; noſti quæ fecerit mihi Io-
ab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Iſrael, Ab-
ner filio Ner, & Amaſæ filio Iether: quos occidit, & effudit ſanguinẽ
belli in pace, & poſuit cruorem prælij in balteo ſuo, qui erat circa lũ-
bos eius, & in calceamento ſuo, quod erat in pedibus eius. 6. Facies er-
go iuxta ſapientiam tuam, & non deduces canitiem eius pacificè ad
inferos. 7. Sed & filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque
comedentes in menſa tua: occurrerunt enim mihi quando fugiebam
à facie Abſalom fratris tui. 8. Habes quoq; apud te Semei filium Ge-
ra filij Iemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione peſsima,
quando ibam ad Caſtra: ſed quia deſcendit mihi in occurſum cùm
tranſirem Iordanem, & iuraui ei per Dominum, dicens: Non te inter-
ficiam gladio: 9. tu noli pati eum eſſe innoxium. Vir autem ſapiens es,
vt ſcias quæ facies ei, deduceſq; canos eius cum ſanguine ad inferos.
10. Dormiuit igitur Dauid cũ patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate
Dauid. 11. Dies autem, quibus regnauit Dauid ſuper Iſrael, quadra-
ginta anni ſunt: in Hebron regnauit ſeptem annis: in Ieruſalem, tri-
ginta tribus. Salomon autem ſedit ſuper thronum Dauid patris ſui, &
firmatum eſt regnum eius nimis. 12. Et ingreſſus eſt Adonias filius
Haggith ad Bethſabee matrem Salomonis. Quæ dixit ei: Pacificúſne
eſt ingreſſus tuus? Qui reſpondit: Pacificus. 14. Addiditq;: ſermo mi-
hi eſt ad te. Cui ait: Loquere. Et ille: 15. Tu, inquit, noſti, quia meum
erat regnum, & me præpoſuerat omnis Iſrael ſibi in regem: ſed tranſ-
latum eſt regnum, & factum eſt fratris mei: à Domino enim conſti-
tutum eſt ei. 16. Nunc ergo petitionem vnam precor à te; ne confun-
das faciem meam. Quæ dixit ad eum: Loquere. 17. Et ille ait: Precor
vt dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quidquam poteſt) vt
det mihi Abiſag Sunamitidem vxorem. 18. Et ait Bethſabee: Bene, e-
go loquar pro te regi. 19. Venit ergo Bethſabee ad regem Salomonẽ,
vt loqueretur ei pro Adonia: & ſurrexit rex in occurſum eius, adora-
uitq; eam, & ſedit ſuper thronum ſuum: poſituſq; eſt thronus matri
regis, quæ ſedit ad dexteram eius. 20. Dixitq; ei: Petitionem vnam
paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Et dixit ei
rex: Pete mater mea: neque enim fas eſt vt auertam faciem tuam. 21.
Quæ ait: Detur Abiſag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. 22. Re-
ſponditque rex Salomon; & dixit matri ſuæ: Quare poſtulas Abiſag
Sunamitidem Adoniæ? poſtula ei & regnum: ipſe eſt enim frater me-
us maior me, & habet Abiathar ſacerdotem, & Ioab filium Saruiæ.

23. Iu-

23. Iurauit itaque rex Salomon per Dominum, dicens: Hæc faciat
mihi Deus, & hæc addat, quia contra animam ſuam locutus eſt
Adonias verbum hoc. 24. Et nunc viuit Dominus, qui firmauit
me, & collocauit me ſuper ſolium Dauid patris mei, & qui fecit mihi
domum, ſicut locutus eſt, quia hodie occidetur Adonias. 25. Mi-
ſitq; rex Salomon per manum Banaiæ filij Ioiadę, qui interfecit eum,
& mortuus eſt. 26. Abiathar quoq; ſacerdoti dixit rex: Vade in Ana-
thoth ad agrum tuum, equidem vir mortis es: ſed hodie te non inter-
ficiam, quia portaſti arcam Domini Dei coram Dauid patre meo, &
ſuſtinuiſti laborem in omnibus, in quibus laborauit pater meus. 27.
Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non eſſet ſacerdos Domini, vt im-
pleretur ſermo Domini, quem locutus eſt ſuper domum Heli in Silo.
28. Venit autem nuncius ad Ioab, quòd Ioab declinaſſet poſt Adoni-
am, & poſt Salomonem non declinaſſet: fugit ergo Ioab in taberna-
culum Domini, & apprehendit cornu altaris. 29. Nunciatumque eſt
regi Salomoni quod fugiſſet Ioab in tabernaculum Domini, & eſſet
iuxta altare: miſitq; Salomon Banaiam filium Ioiadæ, dicens: Vade,
interfice eum. 30. Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, & dixit
ei: Hæc dicit rex: Egredere. Qui ait: Nō egrediar, ſed hic moriar. Re-
nunciauit Banaias regi ſermonem, dicens: Hæc locutus eſt Ioab, &
hæc reſpondit mihi. 31. Dixitq; ei rex: Fac ſicut locutus eſt: & inter-
fice eum, & ſepeli, & amouebis ſanguinem innocentem, qui effuſus
eſt à Ioab, à me, & à domo patris mei. 32. Et reddet Dominus ſangui-
nem eius ſuper caput eius, quia interfecit duos viros iuſtos, melioreſq;
ſe: & occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorante, Abner filium
Ner principem militiæ Iſrael, & Amaſam filium Iether principem ex-
ercitus Iuda: 33. & reuertetur ſanguis illorum in caput Ioab, & in ca-
put ſeminis eius in ſempiternum. Dauid autem & ſemini eius, & do-
mui, & throno illius ſit pax vſq; in æternum à Domino. 34. Aſcendit
itaq; Banaias filius Ioiadæ, & aggreſſus eum interfecit: ſepultuſq; eſt
in domo ſua in deſerto. 35. Et cōſtituit rex Banaiam filium Ioiadæ pro
eo ſuper exercitum, & Sadoc ſacerdotem poſuit pro Abiathar. 36. Mi-
ſit quoq; rex & vocauit Semei, dixitq; ei: Ædifica tibi domum in Ie-
ruſalem, & habita ibi: & non egredieris inde huc atq; illuc. 37. Quacū-
que autem die egreſſus fueris, & tranſieris Torrentem Cedron, ſcito
te interficiendum: ſanguis tuus erit ſuper caput tuum. 38. Dixitque
Semei regi: Bonus ſermo ſicut locutus eſt dominus meus rex, ſic fa-
ciet ſeruus tuus. Habitauit itaq; Semei in Ieruſalem diebus multis. 39.
Factum eſt autem poſt annos tres vt fugerent ſerui Semei ad Achis fi-
lium Maacha regem Geth: nunciatumq; eſt Semei quod ſerui eius iſ-
ſent in Geth. 40. Et ſurrexit Semei, & ſtrauit aſinum ſuum: iuitq; ad
Achis in Geth ad requirendum ſeruos ſuos, & adduxit eos de Geth.
41. Nunciatum eſt autem Salomoni quod iſſet Semei in Geth de Ie-

ruſalem

ruſalem, & rediiſſet. 42. Et mittens vocauit eum, dixitq; illi: Nonnè teſtificatus ſum tibi per Dominum, & prædixi tibi: Quacumq; die egreſſus, ieris huc & illuc, ſcito te eſſe moriturum? Et reſpondiſti mihi: Bonus ſermo, quem audiui. 43. Quare ergo non cuſtodiſti iuſiurandum Domini, & præceptum quod præceperam tibi? 44. Dixitq; rex ad Semei: Tu noſti omne malum, cuius tibi conſcium eſt cor tuum, quod feciſti Dauid patri meo: reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum. 45. Et rex Salomon benedictus, & thronus Dauid erit ſtabilis coram Domino vſq; in ſempiternum. 46. Iuſsit itaq; rex Banaiæ filio Ioiadæ: qui egreſſus, percuſsit eum, & mortuus eſt.

COMMENTARIVS.

Regnauit annos 40. cap. *11.* & *2.* Paralip. *9.* non vt Joſephus lib. 8. cap. *3.* 80. Sed qua ætate regnũ adeptus ſit, non vna eſt ſententia. apud Munſt. f. 17. dicitur regnaſſe, cùm eſſet filius trium annorum. Plurimi dicunt eius annũ *12.* fuiſſe, vt Hebræi in Seder c. *14.* & *16.* S. Ignatius Epiſtola *3.* Eupolemus apud Euſeb. lib *9.* præpar. S. Hieron. Epiſtola 132. & in Iſ *3.* *D.* Clemens l. 2. conſt. c. 1.

Sed obijcitur: futurum, vt Salomon Roboamum genuerit anno ætatis *12.* Quia cùm moreretur Salomon, erat hic annorum 41. infra c. *14.*

Reſponſio triplex eſt Prima Abulenſis quæſt. *22.* cap. *14.* Salomonem vna cum Pharaonis filia, Roboami matrem duxiſſe, vel etiam antea. ſed ſaltem anno 12. genuiſſet. Secunda Sulpitij, Roboamum fuiſſe tantum annorum 16. cum moreretur Salomon. ſed repugnat textui citato. Tertia D Hieron. lib. cit. diuino miraculo factum eſſe, vt tam cito gigneret *S*alomon, quemadmodum ſe audiſſe de quadam refert, quæ ex infante *10.* annorum conceperit: Verum vt ipſe ait, diſpenſatione *D*ei factum eſt, vt quæ contra naturam ſimplicitate paruuli in contemptum Dei abutebatur, à naturæ Domino proderetur, impleto ſermone quo dicitur, nihil tam occultum eſſe, quod non reueletur.

Hic verò in tam præpropera generatione quidnam *D*ominus Deus indicaſſet, cum Salomon puer optimus Deoq; dilectiſſimus eſſet? ſecundò, *I*lla ex qua genuiſſet *S*alomon, vel eius fuiſſet vxor, vel meretrix. Si vxor, quis credat *10.* vel *12.* annorum puero à ſapientiſſimo Dauide vxorem datam? Si ſcortum, ſpurius fuiſſet Roboam, & ex ſpurio poſteri Dauidis. tertiò, vixiſſet Salomon annos tantum *52.* quomodo igitur cap. *11.* v 4 dum *50.* forte annorum eſſet, ſenex diceretur?

Alij ergo dicunt *S*alomonem anno ætatis decimoquarto, regnum cœpiſſe, vt Joſeph. cap. 3. alij viceſimo, vt Benedictus in cap. 4. infra. idq; forte ſenſit *D.* Ambroſ. cap 1. Libri de Salomone. Tranſactis (ait) infantiæ rudimentis, annos iuuentutis ingreſſus eſt. *S*ed cum, quæ inter infantiam & iuuentutem eſt; pueritiæ adoleſcentiæq; mentionem nullam faciat, videtur iuuentutis nomẽ latius pandere, pro tota ætate iuniore, ſiue pueritia ſit, ſiue adoleſcẽtia, & quæ proprie dici ſolet iuuentus. Ideoque ab vſitata illa prima Patrum, Hebræorumque ſententia non abeo.

*S*ed dico primo quandoq; fieri poſſe naturaliter, ob certam caloris aliarumque rerum in corpore temperationem, vt gignat quis anno *10. 11. 12.* vti fatetur Abulenſ. Salomonem vero vt animo ſic & corpore præſtantiſſimum fuiſſe, diuinoque nutu factum eſſe, vt tam cito & vxorem ei Pater daret, & ipſa conciperet: vt nimirum viuens adhuc Dauid ſemen ſuum propagatum, & ex filio rege nepotem regem itidem futurum videret. Dictus tamen eſt anno ętatis *46.* ſenex *S*alomon, comparando eam ætatem ad priorem; quæ vti dixi, tota fere iuuen-

iuuẽntus vocata eſt, cui ſenectus, prout ea interdum etiam ætatem conſtantem complectitur, opponitur.

Geſta Salomonis.

PRimum. Interfici curauit tres maleficij damnatos: de quibus ſupra præceptum erat. Primus, frater ſuus Adonias, promiſſioni cap. 2. conuenienter, quia vti docent Joſephus & Theodoretus quæſt. 7. & habetur ex verſu 22. ambitioſo & verſuto ingenio cum eſſet, nouo rurſus modo regnum prehenſabat, dum Dauidis patris vxorem petebat. Petere vero illam auſus eſt, quia cum à patre virgo relicta eſſet, nihil in leges Leuit. 18. & 20. peccabatur, vt indicat Joſephus.

Caietanus verò dicit ſe à peccato Salomonem non excuſare; quod vnico indicio fratrem læſæ maieſtatis damnarit, niſi ſi moris tum fuerit. at vel vnicũ, ſi certum id ſit, hodie ſufficiat. imprudenter Gregorius Thol. lib. 1. de republ. cap. 23. Adoniæ tribuit, quod Ioabo accidit: dum ait: Adonias reus maieſtatis, ab ara & cornu altaris eiectus, necatus fuit.

Nota verò ſummum honorem, quem matri pius filius habuit verſ. 19. & 20. dum ei venienti procedit obuiam, thronum apponit, vt habet textus Hebræus, & Chaldæus, vel perſeipſum, vel forte per aſtantes, vt Ioſephus ſignificat. Vide diſputationem apud Gellium l. 2. Perſarum inſtitutum fuit: quo in matris conſpectu ſedere, nefas erat, niſi illa permiſiſſet. adeò vt Alexander apud Curtium lib. 5. Darij matrem Siſigambim, quam filij pietate proſequebatur, alloqueretur: quoties ad te veni, donec vt conſiderem annueres, reſtiti. Denique dum omnia quæ petijſſet pollicetur: intelligendo, ſi rationi conſentanea, & vſque ad aras eſſent. nam vt habetur in 6. Juris regula: In generali Iuris conceſſione, non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter conceſſurus.

Pulchrum Alexandri reſponſum, quo matrem, vt quendam occideret per nouem menſium geſtationem deprecantem reiecit. Vide apud Amm lib. 14. Atque hæc cauſa fuit cur quæ petebat, non impetrabat: quia per ſimplicitatem quandam, impia & callida Adoniæ conſilia minus aduertebat.

Vnde etiam vides, non male à quibuſdam Dei matri apud filium hoc exemplum accõmodari, vt ſumma illius in hanc pietas ſignificetur: præſertim, quia contra filij dignitatem ipſa nihil iam petere poteſt. conſulatur D. Bernard. & B. Juſtinianus ſerm. in nat. B. virginis.

Secundus fuit Joabus, licet altaris cornu teneret. Etſi enim vt Ioſue 20. dixi, magna ſacrorum locorum immunitas eſt, & apud ipſos etiam Gentiles, vt ex Thucydide libro primo, Strabone lib. 8. Herodoto lib. 4. patet; homicidis tamen voluntariis, nulla loci vel aræ vllius religio proderat Exodi 31. ſicut & in aliis quibuſdam iam ſceleribus. Cap. inter alia, de Immunitate Eccleſiarum, Authentica, de mandato principis, neque autem. Sed monet Burgenſis corrigendum, v. 28. textum ex hebræo & Chaldæo ſic: venit nuntius ad Ioab.

Tertius fuit Semei, anno regni tertio; quia conditionem in veniæ formula poſitam violauit, ſimulq; iuſiurandum, quo ſe obſtrinxerat Ieroſolymis non egreſſurum, Ioſephus & Theodor. q. 8.

Secundum Geſtum. Abiathari ſacerdoti Adoniæ conſiliorum participi, vitam donauit, patriam, & fortunas, ob præterita in patrem beneficia; libertatem tamẽ quo vellet eundi ademit, officiumq;, maxime ſacerdotium: vt ſic nõ Iuſtitiæ tantum vindex eſſet rex, ſed diuinæ etiam prophetiæ miniſter, 1. Reg. 2.

eiecit enim illum non vt Rex, ſed vt Propheta, diuinæque iuſtitiæ executor: vt demonſtrat Bellarm. lib. 2. de Pont. c. 29. & l. contra 8. propoſ. Venetam; Gretſer. l. 2. ad Theol. Venetos.

Quæres: Quomodo infra cap. 4: Sacerdos adhuc vocetur? Reſpon. vt quidam, alium Abiatharem eſſe. Abulen. quæſt. 4 ait, illic recenſeri, quæ ante illud caput etiam facta eſſent. Theodoretus quæſt. 15. & Procopius, fuiſſe adhuc ſacerdotem, ſed non ſummum. Addi poteſt honoris cauſa ſic vocatum, quaſi qui vitam retinuiſſet, priorem etiam titulum retineret, licet eius functione, reditu, & dignitate deiectus eſſet.

CAP. III.

1. COnfirmatum eſt igi-
tur regnum in manu
Salomonis, & affini-
tate cōiunctus eſt Pha-
raoni regi AEgypti: accepit nam-
que filiam eius, & adduxit in ciui-
tatem Dauid, donec compleret
ædificans domum ſuam, & do-
mum Domini, & murum Ieruſa-
lem per circuitum. 2. Attamen
populus immolabat in excelſis:
non enim ædificatum erat tem-
plum nomini Domini vſque in di-
em illū. 3. Dilexit autem Salomon
Dominum, ambulans in præce-
ptis Dauid patris ſui, excepto
quod in excelſis immolabat, & ac-
cendebat thymiama. 4. Abijt ita-
que in Gabaon, vt immolaret ibi:
illud quippe erat excelſum ma-
ximum: mille hoſtias in holocau-
ſtum obtulit Salomon ſuper alta-
re illud in Gabaon. 5. Apparuit au-
tem Dominus Salomoni per ſom-
nium nocte, dicens: Poſtula quod
vis vt dē tibi. 6. Et ait Salomon: tu
feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre
meo miſericordiam magnam, ſic-
ut ambulauit in conſpectu tuo in
veritate, & iuſtitia, & recto corde
tecum: cuſtodiſti ei miſericordi-
am tuam grandem, & dediſti ei fi-
lium

CAP. I.

1. COnfortatus eſt ergo
Salomon filius Dauid
in regnō ſuo, & Do-
minus Deus eius erat
cum eo, & magnificauit eum in
excelſum. 2. Præcepitq; Salomon
vniuerſo Iſraeli, tribunis, & cen-
turionibus, & ducibus, & iudici-
bus omnis Iſrael, & principibus fa-
miliarum: 3. & abijt cum vniuerſa
multitudine in Excelſum Gaba-
on, vbi erat tabernaculum fœde-
ris Dei, quod fecit Moyſes famu-
lus in ſolitudine. 4. Arcam autem
Dei adduxerat Dauid de Caria-
thiarim in locum, quem præpara-
rat ei, & vbi fixerat illi tabernacu-
lum, hoc eſt, in Ieruſalem. 5. Altare
quoque æneum, quod fabricatus
fuerat Beſeleel filius Vri filij Hur,
ibi erat coram tabernaculo Do-
mini: quod & requiſiuit Salomon,
& omnis Eccleſia. 6. Aſcendit-
que Salomon ad altare æneum,
coram tabernaculo fœderis Do-
mini, & obtulit in eo mille hoſti-
as. 7. Ecce autem in ipſa nocte ap-
paruit ei Deus, dicens: Poſtula
quod vis, vt dem tibi. 8. Dixitque
Salomon Deo: Tu feciſti cum Da-
uid patre meo miſericordiam ma-
gnā: conſtituiſti me regem pro eo.
9. Nunc

filium ſedentem ſuper thronum
eius, ſicut eſt hodie. 7. Et nunc
Domine Deus, tu regnare feciſti
ſeruum tuum pro Dauid patre
meo: ego autem ſum puer paruu-
lus, & ignorans egreſſum, & in-
troitum meum. 8. Et ſeruus tuus
in medio eſt populi, quem elegiſti,
populi infiniti, qui numerari &
ſupputari non poteſt præ multi-
tudine. 9. Dabis ergo ſeruo tuo
cor docile, vt populum tuum iu-
dicare poſsit, & diſcernere inter
bonum & malum. quis enim po-
terit iudicare populum iſtum, po-
pulum tuum hunc multum? 10.
Placuit ergo ſermo coram Domi-
no, quod Salomon poſtulaſſet hu-
iuſcemodi rem. 11. Et dixit Domi-
nus Salomoni: Quia poſtulaſti
verbum hoc, & non petiſti tibi di-
es multos, nec diuitias, aut animas
inimicorum tuorum, ſed poſtula-
ſti tibi ſapientiam ad diſcernendũ
iudicium: 12. ecce feci tibi ſecun-
dùm ſermones tuos, & dedi tibi
cor ſapiens & intelligens, in tan-
tum vt nullus ante te ſimilis tui
fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit.
13. Sed & hæc, quæ non poſtulaſti,
dedi tibi: diuitias ſcilicet, & glori-
am, vt nemo fuerit ſimilis tui in
regibus cunctis retro diebus. 14.
Si autẽ ambulaueris in viis meis,
& cuſtodieris præcepta mea, &
mandata mea, ſicut ambulauit
pater tuus, longos faciam dies tu-
os. 15. Igitur euigilauit Salomon,
& intellexit quod eſſet ſomnium:
cumque veniſſet Ieruſalem, ſtetit
coram arca fœderis Domini, &
obtulit holocauſta, & fecit victi-
mas pacificas, & grande conuiui-

9. Nunc ergo Domine Deus im-
pleatur ſermo tuus, quem pollici-
tus es Dauid patri meo: tu enim
me feciſti regem ſuper populum
tuum multum, qui tam innume-
rabilis eſt, quàm puluis terræ. 10.
Da mihi ſapientiam & intelligen-
tiam, vt ingrediar & egrediar co-
ram populo tuo: quis enim po-
teſt hunc populum tuum dignè,
qui tam grandis eſt iudicare? 11.
Dixit autem Deus ad Salomonẽ:
Quia hoc magis placuit cordi
tuo, & non poſtulaſti diuitias, &
ſubſtantiam, & gloriam, neque a-
nimas eorum qui te oderant, ſed
nec dies vitæ plurimos: petiſti au-
tem ſapientiam & ſcientiam, vt
iudicare poſsis populum meum,
ſuper quem conſtitui te regem.
12. Sapientia & ſcientia data ſunt
tibi: diuitias autem & ſubſtanti-
am & gloriam dabo tibi, ita vt
nullus in regibus nec ante nec poſt
te fuerit ſimilis tui. 13. Venit ergo
Salomon ab Excelſo Gabaon in
Ieruſalem coram tabernaculo fœ-
deris, & regnauit ſuper Iſrael. 14.
Congregauitque ſibi currus & e-
quites, & facti ſunt ei mille qua-
dringenti currus, & duodecim
millia equitum: & fecit eos eſſe in
vrbibus quadrigarum, & cum re-
ge in Ieruſalem. 15. Præbuitq; rex
argentum & aurum in Ieruſalem
quaſi lapides, & cedros quaſi ſyco-
moros, quæ naſcuntur in campe-
ſtribus multitudine magna. 16.
Adducebantur autem ei equi de
AEgypto, & de Coa à negotiato-
ribus regis, qui ibant, & emebant
pretio, 17. quadrigam equorum
ſexcentis argenteis, & equum

um vniuerſis famulis ſuis. 16. centum quinquaginta: ſimiliter
Tunc venerunt duæ mulieres de vniuerſis regnis Hethæorum,
meretrices ad regem, ſteterunt- & à regibus Syriæ emptio cele-
que coram eo, 17. quarum brabatur.
vna ait: Obſecro, mi Domine: ego & mulier hæc habitabamus
in domo vna, & peperi apud eam in cubiculo. 18. Tertia au-
tem die poſtquam ego peperi, peperit & hæc: & eramus ſimul,
nullusque alius nobiſcum in domo, exceptis nobis duabus. 19.
Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe
oppreſsit eum. 20. Et conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio, tu-
lit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collo-
cauit in ſinu ſuo: ſuum autem filium, qui erat mortuus, po-
ſuit in ſinu meo. 21. Cumque ſurrexiſſem mane vt darem lac filio
meo; apparuit mortuus: quem diligentius intuens clara luce, de-
prehendi non eſſe meum quem genueram. 22. Reſponditque al-
tera mulier: Non eſt ita vt dicis, ſed filius tuus mortuus eſt, meus
autem viuit. Econtrario illa dicebat: Mentiris: filius quippe
meus viuit, & filius tuus mortuus eſt. Atque in hunc modum
contendebant coram rege. 23. Tunc Rex ait: Hæc dicit, Filius
meus viuit, & filius tuus mortuus eſt. Et iſta reſpondit, Non, ſed
filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. 24. Dixit ergo Rex:
Afferte mihi gladium. Cumque attuliſſent gladium coram rege,
25. Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date di-
midiam partem vni, & dimidiam partem alteri. 26. Dixit autem
mulier, cuius filius erat viuus, ad regem: (commota ſunt quip-
pe viſcera eius ſuper filio ſuo) Obſecro Domine, date illi infan-
tem viuum, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat:
Nec mihi: nec tibi ſit, ſed diuidatur. 27. Reſpondit Rex, &
ait: Date huic infantem viuum, & non occidatur: hæc eſt e-
nim mater eius. 28. Audiuit itaque omnis Iſrael iudicium quod
iudicaſſet Rex, & timuerunt regem, videntes ſapientiam DEI
eſſe in eo ad faciendum iudicium.

COMMENTARIVS.

GESTVM TERTIVM. Ducit regis Ægyptiorum filiam vxorem, qui vt à ſcriptura, ita etiam à Ioſepho communi nomine Pharaotes dicitur, proprium verò regis nomen videtur eſſe Vaphres, cuius ad Salomonem,

huiuſ-

huiuſque ad illum recitat epiſtolas Euſebius libro nono Præparationis Euangelicæ. videturque hoc coniugium in primum Salomonis annum incidiſſe, vt & ſequentia, quæ ipſo principio contigerunt, declarant, & ſignificat *Ioſephus*: licet Abulenſis in annum *3*. reijciat, & Ceder. cap. 15.

Exiſtimant verò Salomonem hac alienigena ducenda vxore, contra Exo. *34*. Deut. *7*. peccaſſe hebræi l. cit. in Zeder, Theodor. & Procopius: cum tamen hic ſcriptura v. *3*. dicat Salomonem in Domini præceptis ambulaſſe.

Dicendum, maxime Chananæas vxores vetitas fuiſſe: Deinde alias exteras; niſi ad veri Dei cultum accederent, vt Raab, Ruth. ita vt veriſimile ſit iſtam Iudaiſmo initiatam.

Geſtum quartum. Statim regni ſui principio, ad Dei cultum populi principes, tribunos, multitudinemq; maximam è toto Iſraelis populo vocauit *2*. Paralipomen. I. ſeque Gabaonem cum ijs, non vt in Ioſepho eſt, Hebronem contulit: vt in excelſo, quod ibi erat religioſiſſimum, à Deo felix regni auſpicium, & quæ ad regnandum neceſſaria erant, expoſceret. obtulitque holocauſta mille, non pacificas hoſtias, vt contrà Abulenſem quæſt. 3. oſtendit textus Hebræus, Græcus, & Latinus v. *4*. & Ioſeph. potuiſſet enim ſcriptura diſtinguere holocauſta, & pacificas hoſtias. ſi aliquæ fuiſſent, quemadmodum infra v. 15.

Excelſa porro erant altiora quæpiam loca, vt montes, vel in ipſis excitatæ aræ, templum vbi numē coleretur: idq; vel falſum erat, cuiuſmodi Excelſa ſemper vetita & damnata ſunt Deut. 12. Ieremiæ 3, 48. Oſeæ *4*. Infra hic cap. *11*. 12. lib. *4*. Regum cap. *17*. *23*. vel verum numen ſeu Deus erat, vt lib. 1. cap. *9*. *10*. *11*. hic & 2. Paralip. 1.

Erant verò iſta Excelſa vei Dei, rationē cultus maioris aut minoris, maiora & minora, quemadmodum hic propter tabernaculum Moſaicum, priſcumq; altare, maximus erat Gabaonem concurſus, maximumq; excelſum hic vocatur verſ. 4.

Alia verò alibi erant & conſiderari ea poſſunt, vel ante templum ædificatū, vel poſt. Ante templum ædificatum Theodoretus quæſt. 11. Procopius, Abulenſ. quæſt. *2*. hic, & infra cap. *6*. quæſt. *5*. Ribera lib. *1*. de templo cap. 2. negant licitá fuiſſe, quia hic vituperatur Salomon, quod in Excelſis immolârit, verſic. *3*. & populus, verſ. 2. Hebræi tamen & Lyranus licitum fuiſſe docent: idque ita videtur, ſi dicamus fuiſſe licita, non tanquam ſimpliciter bona, & Deo valde grata, ſed tanquam conceſſa & permiſſa, quoaduſq; templum ædificaretur, quemadmodum dixi *Iudicum* *6*. & ſupra lib. 1. cap. *7*. quæſt. *2*. Et D. Auguſtinus quæſt. *36*. in Iudices. Deus, ait, conſuetudinem populi ſui, qua præter eius tabernaculum tamen non *Diis* alienis offerebant, ſed Domino *Deo* ſuo, ſuſtinebat potius quam vetabat, etiam ſic exaudiens offerentes. Vnde Procopius & Theodoretus addunt, huic facto tanquam culpæ non magnæ veniam tunc fuiſſe, idemq; apud Genebrardum docent Hebræi & Deuteron. *12*.

Poſt templum verò ædificatum magis & magis improbata ſunt.

Hæc excelſorum ratio valde Gentilibus probata etiam fuit; & recepta: vti docet libro *1*. de Perſis Herodotus, Xenophon libro 8. ſacrificauit Cyrus ἐπ' ἄκρον, ὡς πέρσαι θύουσι. Apollonius libro *2*. Comes Natalis cap. 10. lib. 1. mythologiæ. Hinc etiam ab altitudine dictum fuit altare; & vt Græci volunt βωμοὶ & βωβὰ ab hebræo Bamah, videatur.

Geſtum quintum. Sapientiam à *Deo* rogauit. *Is* enim tanta ipſius pietate & religioſa ſacrificiorum magnificentia delectatus; ei quod vellet petendi optionem dedit.

Ipſe vero Salomon hæc facit.

Primo, Summa Domini Dei in patrem & ſe beneficia memorauit.

Secundò, Seipſum ſuamque vilitatem aſpexit: Ego, inquit, puer paruulus; ratione ſcilicet, vt dixi, vel ætatis & ſapientiæ, vel virium, quæ ad tantum munus requirerentur, ſicuti Dauid Pſalmo 118.

Tertiò, aliis omnibus, de quibus infra, & Sapientiæ 7. verſic. 8. & ſequentibus poſthabitis, ſapientiam petit: non omnem, ſed officio tantum ſuo congruentem; vt ſe ſuoſque populos, ad verum legis naturæ ac diuinæ finem dirigeret, quæ ſapientia non ſolam naturalem & politicam continet, ſed Ethicam etiam, Et Theologiam:, quatenus Dei diuinarumque legum, quibus populus ille regebatur; cognitionem continet.

Sicque cor petit docile, id eſt, vt Hebraicè dicitur, cor audiens, vt ſcilicet libenter & doceretur ſeu audiret, & recte doceret ſeu audiretur: audiret inquam Spiritum ſanctum, ſacerdotes, prophetas, cõſiliarios, actores, & reos; vnde poſtea dicitur ſapientia, ſeu intelligentia ad audiendum iudicium. Cor vero pro mente ponitur, vt Ierem. 5. Oſeæ 7. & Tuſculana prima. vnde excordes dicuntur, & vecordes: licet alias pro voluntate ponatur, vt 2. Paralipo. 10. Actor. 13. 1. Regum 13.

Deus verò ei promiſit non tantum quod petijt, ſed idipſum maximo cum auctario. Dupliciter: primò, ſapientiam, non certis illis officii terminis aſtrictam, ſed multo latius patentem, & maiorem aliorum ſapientiâ. Deinde alia etiam quæ non petierat, diuitias, gloriam ampliſſimam, & vitæ diuturnitatem, ſed cum conditione, v. 14. hic vero vnus ac alter nodus diſſoluendus.

QVÆSTIO PRIMA.

Cum in ſomnio iſta contigerint, quæritur verène orarit Salomon?

Debet enim oratio eſſe actus humanus, cuius principium eſt ratio libera. an vero habent & ſomnia pondus? nec, ait D. Hieronymus Apologia aduerſus Rufinum, adulterium ſomnij ducit me ad tartarum, nec corona martyrij in cœlum leuat. Mouit iſta res Abulenſem quæſtione 12. & 13. vt negarit ſapientiam à Salomone petitam, ſed nihil petenti datam fuiſſe.

Veriſſimum tamen vere ipſum oraſſe, non quidem ſimpliciter in ſomnio, ſed ante & poſt. Ante quidem: quia dum ſacrificiis vacaret, vnam maxime ſapientiam concupiſcebat, & precabatur, Sapientiæ 7 o. 21. & toto cap. 8. ſequenti. Poſt vero: quia euigilans è cubili ſtatim exſiluit, Deumque adorauit, inquit Joſephus, ſicque re ipſa, quam ſomnians fuderat orationem, magno animi ſenſu iterauit. & hoc verba illa verſu 15. ſignificant, intellexit quod eſſet ſomnium, diuinum ſcilicet, ad cuius normam precandum eſſet. Hebraicè, Chaldaicè, & Græcè, euigilauit, & ecce ſomnium, id eſt, ſomnij veritas, vt vere iam quod ſomniatum erat fieret.

Aliquo etiam modo vere orauit ſomnians: quia vehemens illud ſapientiæ deſiderium, & precatio, quæ anteceſſerat, effecit, vt ipſa ſomniantis precatio, actus quodammodo humanus foret, ratione ſcilicet cauſæ, è qua iſtiuſmodi ſomniantis precatio, quam D. Thomas 2. 2. quæſt. 95. art. 6. vocat cauſam interiorem. Nam *Omnia quæ ſenſu voluuntur ſenſa diurno,*

Tempore nocturno reddit amica quies.

vt ante Claudianum iſtum, docet Ariſtoteles lib. de ſomniis. & ſi cadulterij ſomnium poteſt ad Tartarum ducere, & *teſtis adeſt ſomno* (Deus) *ſi qua eſt imitata voluptas.*

QVÆSTIO SECVNDA.

An quæ promiſſa fuerunt, accepit?

Svnt hæc primo ſimpliciter, tum comparatè ſpectanda. Simpliciter. Accepit igitur primo ſapientiam quam petebat. Deinde alias præterea ſcientias,

ſcientias,Phyſicam totam,Medicinam,Geometriam,Arithmeticam,ceteraſque mathematicas,etiam Practicas,vt Architectonicam,aliasq; artes liberaliores,quæ manu alioqui fiunt. Nam & hæ in ſcriptura vocantur ſapientia,Exo 31. 35 hic infra c.7.v.14. Addit Joſephus eum à Deo ſummam habuiſſe peritiam dęmonum expellendorum & alia. De iſtis Salomonis adiurationibus loquitur Orig.in Matth 35. Juſtinus dial.de verit.Chriſt.relig. Baron.t.1.an.56.

Probantur verò hæc Sapientiæ 7.v.17.vbi additur etiam de Logica,Rhetorica,Poëtica, & Eccl. 47. hic c.4.v.29. Et ex comparatione cum orientalibus & Ægyptiis, qui hiſce diſciplinis excellebant, vt in Abraham & Moyſe dixi. Poſtremo ex effectis hoc c.3.v.17.& ſeq.c.4.v.32.c.10.

Tertio accepit iſtas diſciplinas gradu valde intenſo, vt ſignificat ſimilitudo fluminis & verba impletionis,Eccl. 47.ſecundò,Quantitate maxima,reſpectu ſcilicet obiectorum plurimorum,vti cap. 4. v. 29. exprimit latitudo cordis data,i.tanta mentis capacitas,vt quæ ſcientia comprehendiſſet, inſtar arenarum maris forent.tertiò,Modo admodum perfecto,vt habitus ſcilicet haberet,non actus tantum,vt in prophetia.deinde per infuſionem,non per ſtudium & laborem.quarto,Non tantum quoad vniuerſalium cognitionem,ſed rectam etiam ad ſingularium praxes applicationem.Encyclopædiæ gyrum comprehendiſſe, probat lib.5 de Aſſe Budæus.Mahometes verò c.120.Alcorani,more ſuo nugas refert:eum auium garritus didiciſſe, ſuis cum exercitibus dæmonum, hominum, auium ipſum glorificantium, perueniſſe ad locum vſque formicarum. quintò, ſubitò, licet ſtudio & exercitatione maiora adhuc poſtea conſequeretur, Eccleſiaſtæ 1. & 2.

Poſtremò vt longa ceſſatione nō obliuiſceretur.Quia ſtudio non comparârat; neq; actu contrario abolebantur. nihilominus tamē amittere ipſas potuit, ſi organa ipſa interiora læderentur,licet & hoc neget Abulenſis quæſt.11. Deinde etiam diuina voluntate, non quod ordinarie gratuita id genus chariſmata per peccatum tollantur, ſed ſi ad aliquam vtilitatem, vel ipſius Salomonis, vel aliorum adimere Deus voluiſſet,vti de Alberto magno narrat l. cit. Abulenſis.

Comparatè etſi aliquando cum Ieroſolymitanis principibus tantum confertur,vt Eccleſiaſtæ 1. hic tamen cum omnibus hominibus, vt ait Ioſephus,& clare textus hoc cap.v.12,cap.ſeq. v.30. vbi nulla Græcorum ſapientum mentio eſt, quia ij nondum erant, & pro Orientalibus dixerunt 70.& Ioſephus ἀρχαίους,id eſt,eos qui ad principium lucis ſeu orientem habitabant v.34.cum Hebræorum 4. ſapientiſſimis illius temporis,qui erant 4.Leuitæ Cantores 1.Paralipom.25.

Sed an Adamô,Moyſe,B.Virgine,& Apoſtolis ſapientior fuerit:duplex opinio eſt.

Vna aſſerit. Hebræorum & Abul.quæſt.6. vbi Chriſtum Dominum tantum excipit,& B.Virginem non in rerum naturalium ſcientia,quanquā id probabile dicat,ſed in diuinitatis cognitione. D.Hier.in cap.3.Epheſ. ſcribit: Salomonem Apoſtolis omnibus ſapientiorem fuiſſe, vt retro Patriarchis, vox diuina pollicita eſt.qui de ſe quoq; ipſe loquitur confidenter. Deus docuit me ſapientiam,& intellectum Sanctorum cognoui.

Altera negat. Lyrani, Viualdi cap.2.de Salomone,fr.Geor.t.6.ſ.9.& 399. Carthuſiani,Pererij lib.5.Gen.quæſt.3.Atque ita reſpondent,dici hoc loco ſapientiorem omnibus; modo pauci aliqui excipiantur: ita enim in pleriſq; comparationibus fieri.

Videtur tamen comparatio cum iis tantum hominibus inſtituta, qui humano modo,ſtudio,& induſtria doctrinas comparant, eaſq, naturales,ſicq; neq; cum Adamo,neq; cum B.virgine,vel Apoſtolis ita conferendus,vt eos neceſſario ſuperet; licet eorum forte aliquos ſuperarit, quia illi omnes ſuperna-

turali modo doctrinam acquiſiuerunt. Forte tamen non omnem naturalem, vt de Apoſtolis ſignificaui numero 48. & aſſerit S. Chryſoſt. hom. 3. in 1. Corinth. Auguſtin. Diſput. cum Felice. De B. Virgine dubitat Suarez tomo 2. Diſput. 18. Sect. 5 Orig. lib 3. in. a. cap. 3. ait: hi qui docebantur à Saluatore, plus aliquid docebantur, quam ſciuerat Salomon &c.

Certe D. Hieron. loco citato tandem ſubiungit: quomodo non ſunt ſimiles facies faciebus: ſic nec corda ſunt cordibus, & iuxta Apoſtolum 1. Corinth. 12. diuiſa ſunt chariſmata. alius habet prophetiam, & ille ſapiens eſt, hic fidelis: iſte pollet ſcientia ſecretorum, ille ſimplici tantum fide eſt contentus. neque enim omnes in exemplum Salomonis de naturis beſtiarum, & volucrum, & herbarum ſimiliter ſunt locuti. è contrario, Salomon non ita forte viderit, vt Moyſes, omnes ſpecies victimarum, & culturæ Dei, nec ei facie ad faciem ſit locutus Dominus &c.

De opibus & gloria ſimpliciter cap. 4. 5. 9. 10. Eccleſ. 1. & 2. Eccli. 47. v. 20. Comparatè verò putat Abulenſis Salomonem hic v. 13. tantum cum præteritis regibus comparandum, non cum futuris, Alexandro, Auguſto.

Dico tamen cum omnibus omninò comparari poſſe. Quia comparatio iſta maxime quoad gloriam inſtituitur, quæ oriebatur ex opibus quidẽ, & potẽtia, ſed omnium maxime è ſapientia, vt patet cap. 4. verſ. 32. 34. Eccli. 47. Et hic verſ. 13. ſicuti & 2. Paral. 1. vbi nos habemus: vt nemo fuerit, ex hebræo verti poteſt, gloriam quæ non fuit ſic regibus ante te, & poſt te non erit ſic.

Ex iſtis verò diſcimus veriſſimum illud Matthæi 4. Quærite primum &c. ſecundò, Quam Domino Deo placeat ſapientiæ ſtudium. tertiò, Quomodo precibus acquiratur, Iacobi 1. D. Auguſtin. libro 3. de doctr. Chriſt. cap. 37. vnde plures etiam Theodidacti leguntur, vt Samuel, & Dauid ſupra. Rupertùs de ſeipſo libro 12. in Matthæum, S. Bernardus Epiſt. 106. & ſerm. 3. Pentecoſtes. S. Hor. S. Antonius apud Athanaſium, & Auguſtinum præfatione lib. 1. de doctr. vbi etiam refert: ſeruum Barbarum qui literas nullo docente homine triduanis precibus perfectiſſime didicerit, ſicuti & apud Ven. Bedam lib. 4. hiſt. cap. 24. puer quidam. Sic Dauid Pſalmo 118. cuius exemplum dicit imitatum Salomonem S. Ambroſius ſerm. 8. in illum Pſalmum. Et cap. 1. de Salomone, commendat quod in iuuentute hoc ipſum præſcierit.

Sextum Geſtum. E Moſaico ad paternum tabernaculum redit ver. 15. Et nobile inter 2. meretrices verſ. 16. iudicium exercet. in quo, vt oſtendit S. Ambroſius 2. officiorum cap. 8. maxima eius & ſapientia & iuſtitia elucet. Nam Patris illius inſtar 2. Metamorphoſeos, earum altera

———dat pignora certa timendo,
Maternoq́; metu mater vera eſſe probatur.

Chariclea Theageni ſuo apud Heliod. lib. 9. ait: notio cui contradici non poteſt, materna natura eſt: qua fit, vt quod genuit, erga ſobolem, primo congreſſu, amoris, & commiſerationis affectum induat, arcana quadam naturæ conuenientia permotum.

Sic & apud Panorm. lib. 2. Alphonſus rex verum patrem deprehendit. Apud Diodorum lib. 20. verum filium Rex Thraciæ. apud Herodianum verò mater Antonini Caracallæ & Getæ Cæſarum, cum diſcordes, iamque imperium diuidentes, concordia deuincire, & ſimul retinere vellet; ſe ab illis diuidi petebat: vt eorum vterque partem vnam ſuo in imperio ſecum haberet. magnum ſane & inſigne ad eorum permouendos animos argumentum. ſed filiorum in iis pietas non erat. ſenſum omnem ſi multas & ambitio peſſum dederant. Huiuſmodi verò cum infantulis ſomnus vetatur 2. quæſtione 5. Can. Conſuluit

ſuluit: & altera meretrix nō occiſa traditur, Capit. Quia veriſimiliter, ff. de prę-
ſumptionibus. matrem inuenit Claudius Imperator, ei cum iuuene matrimo-
nium imponendo, quem illa filium negabat, Suet. c. 15. Claud. Carolus Ma-
gnus patrem homicidam. vide Molanum c. 8. l. 1. de fide hær. ſeru. apud Man-
lium quoque leges pag. 290. iudicem Hiſpanum ex cordis palpitatione homi-
cidam deprehendiſſe.

Myſtice vero dicunt his meretricibus ſignificari, D. Hieronymus epiſtola
131. Synagogam & Eccleſiam D. Auguſt. ſermone 200. Eccleſiam Catholicam,
& Hæreſim quæ diuiſionem ſemper optat: vtramque interpretationem habet
Origenes h. 3. in Ioſue f. 179. D. Gregor. lib. 21. Moral. cap. 8. Magiſtros vel Præ-
poſitos bonos & malos. Quorum illi diſcipulorum vitam conſeruant, inte-
gramque volunt, hi non item; ſed per exemplum, & torporis ſomnum oc-
cidunt.

CAPVT IV.

1. ERat autem rex Salomon regnans ſuper omnem Iſrael: 2.
& hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc ſacer-
dotis: 3. Elihoreph, & Ahia filij Siſa ſcribæ: Ioſaphat fi-
lius Ahilud à cōmentariis: 4. Banaias filius Ioiadæ ſuper
exercitum: Sadoc autem, & Abiathar ſacerdotes 5. Azarias filius Na-
than ſuper eos qui aſſiſtebant regi: Zabud filius Nathan ſacerdos, a-
micus regis: 6. & Ahiſar prępoſitus domus: & Adoniram filius Abda
ſuper tributa. 7. Habebat autē Salomon duodecim præfectos ſuper
omnē Iſrael, qui præbebant annonam regi & domui eius: per ſingu-
los enim menſes in anno, ſinguli neceſſaria miniſtrabant. 8. Et hæc
nomina eorum: Benhur, in monte Ephraim. 9. Bendecar, in Mac-
ces, & in Salebim, & in Bethſames, & in Elon, & in Bethanan. 10.
Benheſed in Aruboth: ipſius erat Socho, & omnis terra Epher. 11.
Benabinadab, cuius omnis Nephath dor, Tapheth filiam Salomo-
nis habebat vxorem. 12. Bana filius Ahilud regebat Thanac & Ma-
geddo, & vniuerſam Bethſan, quæ eſt iuxta Sarthana ſubter Iezrael,
à Bethſan vſque Abelmehula è regione Iecmaan. 13. Bengaber in
Ramoth Galaad: habebat Auothiair filij Manaſſe in Galaad, ipſe
præerat in omni regione Argob, quæ eſt in Baſan, ſexaginta ciuita-
tibus magnis atque muratis, quæ habebant ſeras æreas. 14. Ahina-
dab filius Addo præerat in Manaim 15. Achimaas in Nephthali: ſed
& ipſe habebat Baſemath filiam Salomonis in coniugio. 16. Baana fi-
lius Huſi, in Aſer, & in Baloth. 17. Ioſaphat filius Pharue, in Iſſachar,
18. Semei filius Ela, in Beniamin. 19. Gaber filius Vri, in terra Galaad,
in terra Sehon regis Amorrhæi & Og regis Baſan, ſup omnia q̄ erant
in illa terra, 20. Iuda & Iſrael innumerabiles, ſicut arena maris in mul-
titudine: comedentes, & bibentes, atq; lætantes. 21. Salomon autem
erat in ditione ſua, habens omnia regna à flumine terræ Philiſthiim
vſq; ad terminum Aegypti: offerentium ſibi munera, & ſeruientium
ei cunctis diebus vitæ eius. 22. Erat autem cibus Salomonis per dies

ſingulos triginta cori Similæ, & ſexaginta cori farinæ, 23. decem bo-
ues pingues, & viginti boues paſcuales, & centum arietes, excepta
venatione ceruorum, caprearum, atque bubalorum, & auium altili-
um. 24. Ipſe enim obtinebat omnem regionem, quæ erat trans flu-
men, à Thaphſa vſq; ad Gazan, & cunctos reges illarum regionum:
& habebat pacem ex omni parte in circuitu. 25. Habitabatq; Iuda, &
Iſrael abſq; timore vllo, vnuſquiſq; ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, à Dan
vſque Berſabee cunctis diebus Salomonis. 26. Et habebat Salomon
quadraginta millia præſepia equorum currilium, & duodecim mil-
lia equeſtrium. 27. Nutriebantque eos ſupradicti regis præfecti: ſed
& neceſſaria menſæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebãt in
tempore ſuo. 28. Hordeum quoq; & paleas equorum, & iumentorũ
deferebant in locum vbi erat rex, iuxta conſtitutum ſibi. 29. Dedit
quoq; Deus ſapientiam Salomoni & prudentiam multam nimis, &
latitudinem cordis quaſi arenam, quæ eſt in littore maris. 30. Et præ-
cedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium &
Ægyptiorum, 31. & erat ſapientior cunctis hominibus. ſapientior
Ethan Ezrahita, & Heman, & Chalcol, & Dorda filijs Mahol: & erat
nominatus in vniuerſis gentibus per circuitum. 32. Locutus eſt quo-
que Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinq;
& mille. 33. Et diſputauit ſuper lignis à cedro, quæ eſt in Libano, vſq;
ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de iumentis, &
volucribus, & reptilibus, & piſcibus. 34. Et veniebant de cunctis po-
pulis ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab vniuerſis regibus
terræ, qui audiebant ſapientiam eius.

COMMENTARIVS.

GEſtum ſeptimum. Eſt hic variorum, quæ deinceps facta ſunt, congeries. Primo. Qui nam dignitates geſſerint. Secundo. Qui 12. principes, qui ſingulis anni menſibus ſuppeditarent neceſſaria, in quibus anticipatio eſt, eorum duorum qui duas Salomonis filias duxerunt. Tertio. Quæ tranquillitas, & regni amplitudo, quæ quotidianæ impenſæ, quæ opes & ſapientia, quæ gloria, & qui libri, ℣. 22. Exiſtimat Abulenſis ſimpliciter tantum illa quæ hic ponuntur loquutum Salomonem; ſed potius loquutus eſt ſcribendo, quemadmodum ſequenti cap. 5. l 4. c. 19. Paralip. 2. & ſæpe accipitur ipſum dicere vel loqui, ſic Ioſephus συνετάξατο inquit βιβλία. Sunt vero ſcriptiones hæ triplices.

Primæ dicuntur Parabolæ, quæ vt Hebræum nomen indicat; ſunt omnia illa, quæ in oratione dignitatem, & quendam veluti principatum obtinent, vt ſententiæ, prouerbia, & omnia ſcite dicta, quæ Ioſephus εἰκόνας etiam appellat: quod veluti imagines, rem valde illuſtrent & exprimant.

Secundo. Eſt canticum ſeu Poëſis.

Tertio Philoſophica de plantis omnibus, à maximis ad minimas; vt eſt hyſſopus parietaria, quam apud Abulenſem, quidam vertunt origanum, vel ſpartum, Læuinus Lemnius cap. 26. de herbis Adianthum, Tremellius ſatureiam. ſed vide dicta in c. 5. Ioſuæ de Paſchate q. 23. Sed ipſummet Hyſſopi nomen hoc loco Hebræum eſt, vt mutari non debeat. licet intelligi poſſet, quod in hyſſoporum genere minimum eſt, ſcilicet ſatureja: quæ idcirco Arabice tzatar dicitur. Deinde de animalibus terrenis, aereis, aquaticis, ita vt quemadmodum

ait

ait Theodoretus quęſt.17.ex ijs libris omnia medici mutuari potuiſſe videātur.

Parabolarum porro dum 3000. dicuntur, ſignificantur authore Joſepho, de huiuſmodi ſententijs & prouerbijs tria millia librorum, ex quibus tanquam particula, & hac illac ſparſæ ſententiæ, videtur liber Prouerbiorum, Eccleſiaſtes, & ſiue à Salomone, ſiue ab alijs Eccleſiaſticus, & ſapientia, de quibus ſuis locis, Domino propitio.

Canticorum vero ponit Joſephus 1005. libros, ſed noſter interpres & Gręci hebraicam ſummam exprimunt per 5000, Ex his vnum ſupereſt ceterorum tāquam princeps, canticum canticórum. Hiſce libris vt dixi addi ſolent ſapientia & Eccleſiaſticus, ſed à Joſepho etiam ars contra Dæmones, quæ complecteretur certas quaſdam incantationes & exorciſmos, quorum vtilitatem & formam ad ſua vſque tempora manſiſſe teſtatur, & ad ſua Origenes Hom.35.in D. Matthæū. Vnde illi Exorciſtæ Matth.12.v.27. Act.9.tt.diſt.21.in Jure Canonio.

Adduntur à Pſello libri de Gemmis, & Genijs, vel Dæmonijs euocandis, certo loco affigendis, & ad opera cogendis. Quin Magi quidam proferunt Salomonis incantationes, clauiculam, & annulum. Sed ſunt iſti Salomone indigniſſimi, maximeque impij: licet clauicula ita incipiat. Jnitium & finis libri huius eſt timere Deum, vti notat Genebrardus in Chronico. Boni vero illi libri Salomonis pene omnes interciderunt per Chaldæos, vt vult Gloſſa, per Ezechiam, vt ex Euſebio notat Glycas: vel quod curioſa nimium continerent, vti cenſet Abulenſis: aut quod tanta, tamq; accurata ſcientiarum luce indigni eſſemus, cum per infuſionem illas ipſe accepiſſet, inquit idem Abulenſis.

CAPVT V.

1. MIſit quoq; Hiram rex
Tyri ſeruos ſuos ad
Salomonem: audiuit
enim quod ipſum vn-
xiſſent regem ꝑ patre eius: quia a-
micus fuerat Hiram Dauid omni
tempore. 2. Miſit autem Salomō
ad Hiram, dicens: 3. Tu ſcis volū-
tatem Dauid patris mei, & quia
non potuerit ædificare domum
nomini Domini Dei ſui propter
bella imminentia per circuitum,
donec daret Dominus eos ſub
veſtigio pedum eius. 4. Nunc au-
tem requiē dedit Dominus Deus
meus mihi per circuitum: & non
eſt ſatan, neque occurſus malus.
5. Quamobrem cogito ædificare
templum nomini Domini Dei
mei, ſicut locutus eſt Dominus
Dauid patri meo, dicens: Filius
tuus, quem dabo pro te ſuper ſo-
lium tuum, ipſe ædificabit do-
mum nomini meo. 6. Pręcipe igi-
tur vt

CAPVT II.

1. DEcreuit autem Salo-
mon ædificare domū
nomini Doñi, & pa-
latiū ſibi. 2. Et nume-
rauit ſeptuaginta millia virorum
portantium humeris, & octogin-
ta millia qui cæderent lapides in
montibus, præpoſitosq; eorū tria
millia ſexcentos. 3. Miſit quoque
ad Hiram regem Tyri, dicens:
Sicut egiſti cū Dauid patre meo,
& miſiſti ei ligna cedrina vt ædi-
ficaret ſibi domum, in qua & ha-
bitauit: 4. ſic fac mecum vt ædifi-
cem domum nomini Domini
Dei mei, vt conſecrem eam ad ad-
olendum incenſum coram illo,
& fumiganda aromata, & ad pro-
poſitionem panum ſempiternā,
& ad holocautomata mane, & ve-
ſpere, ſabbatis quoque, & neome-
niis, & ſollennitatibus Domini
Dei noſtri in ſempiternum, quæ
mandata ſunt Iſraeli, 5. Domus
enim

tur vt præcidant mihi ſerui tui ce-
dros de Libano, & ſerui mei ſint
cum ſeruis tuis: mercedem autem
ſeruorum tuorum dabo tibi quã-
cumque petieris: ſcis enim quo-
modo non eſt in populo meo vir
qui nouerit ligna cædere ſicut Si-
donij. 7. Cum ergo audiſſet Hirã
verba Salomonis, lætatus eſt val-
de, & ait: Benedictus Dominus
Deus hodie, qui dedit Dauid filiũ
ſapientiſſimum ſuper populum
hunc plurimum. 8. Et miſit Hi-
ram ad Salomonem, dicens: Au-
diui quæcumque mandaſti mihi:
ego faciam omnem voluntatem
tuã in lignis cedrinis & abiegnis.
9. Serui mei deponent ea de Liba-
no ad mare: & ego componam ea
in ratibus in mari vſq; ad locum,
quẽ ſignificaueris mihi, & appli-
cabo ea ibi, & tu tolles ea: præbe-
biſq; neceſſaria mihi, vt detur ci-
bus domui meæ. Itaq; Hirã dabat
Salomoni ligna cedrina, & ligna
abiegna, iuxta omnem voluntatẽ
eius. 11. Salomon autem prębebat
Hiram coros tritici, viginti mil-
lia, in cibum domui eius, & vigin-
ti coros puriſſimi olei: hęc tribue-
bat Salomon Hiram per ſingulos
annos. 12. Dedit quoque Domi-
nus ſapiẽtiam Salomoni, ſicut lo-
cutus eſt ei: & erat pax inter Hirã
& Salomonẽ, & percuſſerunt am-
bo fœdus. 13. Elegitq; rex Salomõ
operarios de omni Iſrael, & erat
indictio triginta millia virorũ. 14.
Mittebatq; eos in Libanum, de-
cem millia per mẽſes ſingulos vi-
ciſſim, ita vt duobus menſibus eſ-
ſent in domibus ſuis: & Adonirã
erat

enim, quam ædificare cupio, ma-
gna eſt: magnus eſt enim Deus
noſter ſuper omnes deos. 6. Quis
ergo poterit præualere, vt ędificet
ei dignam domum? ſi cælum, &
cæli cælorum capere eum neque-
unt: quãtus ego ſum, vt poſſim æ-
dificare ei domũ? ſed ad hoc tan-
tum, vt adoleatur incenſum corã
illo. 7. Mitte ergo mihi virũ eru-
ditum, qui nouerit operari in au-
ro, & argento, ære, & ferro, pur-
pura, coccino, & hyacintho, &
qui ſciat ſculpere cælaturas cũ his
artificibus, quos mecum habeo
in Iudæa, & Ieruſalem, quos præ-
parauit Dauid pater meus. 8. Sed
& ligna cedrina mitte mihi, & ar-
ceuthina, & pinea de Libano: ſcio
enim quod ſerui tui nouerint cæ-
dere ligna de Libano, & erunt ſer-
ui mei cum ſeruis tuis, 9. vt paren-
tur mihi ligna plurima, Domus
enim, quam cupio ædificare, ma-
gna eſt nimis, & inclyta. 10. Præ-
terea operariis, qui cæſuri ſunt li-
gna, ſeruis tuis dabo in cibaria tri-
tici coros viginti millia, & hordei
coros totidem, & vini viginti mil-
lia metretas, olei quoq; ſata vigin-
ti millia. 11. Dixit aute Hiram rex
Tyri per litteras, quas miſerat Sa-
lomoni: Quia dilexit Dominus
populum ſuum, idcirco te regna-
re fecit ſuper eum. 12. Et addidit,
dicẽs: Benedictus Dominus Deus
Iſrael, qui fecit cælum & terram,
qui dedit Dauid regi filium ſapi-
entem & eruditum & ſenſatum
atque prudentem, vt ædificaret
domum Domino, & palatium
ſibi. 13. Miſi ergo tibi virum pru-
dentem

erat ſuper huiuſcemodi indictio-
ne. 15. Fueruntque Salomoni ſe-
ptuaginta millia eorum qui one-
ra portabant, & octoginta millia
Latomorum in monte: 16. abſque
præpoſitis qui præerant ſingulis
operibus, numero trium mil-
lium, & trecentorum præcipien-
tium populo & his qui faciebant
opus. 17. Præcepitque rex, vt tol-
lerent lapides grandes, lapides
pretioſos in fundamentum tem-
pli, & quadrarent eos: 18. quos do-
lauerunt cæmentarij Salomonis,
& cæmentarij Hiram: porro Gib-
lij præparauerunt ligna & lapides
ad ædificandam domum.

dentem & ſcientiſſimum Hiram,
patrem meum, 14. filium mulie-
ris de filiabus Dan, cuius pater
fuit Tyrius, qui nouit operari in
auro, & argento, ære, & ferro, &
marmore, & lignis, in purpura
quoque, & hyacintho, & byſſo, &
cocino: & qui ſcit cælare om-
nem ſculpturam, & adinuenire
prudenter quodcumque in opere
neceſſarium eſt cum artificibus
tuis, & cum artificibus domini
mei Dauid patris tui. 15. Triticum
ergo, & hordeum, & oleum, & vi-
num, quæ pollicitus es domine
mi, mitte ſeruis tuis. 16. Nos au-
tem cædemus ligna de Libano,
quot neceſſaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Iop-
pe: tuum autem erit transferre ea in Ieruſalem. 17. Numerauit igitur
Salomon omnes viros proſelytos, qui erant in terra Iſrael, poſt dinu-
merationem, quam dinumerauit Dauid pater eius, & inuenti ſunt
centum quinquaginta millia, & tria millia ſexcenti. 18. Fecitque ex
eis ſeptuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta
millia, qui lapides in montibus cæderent: tria autem millia & ſex-
centos præpoſitos operum populi.

COMMENTARIVS.

GEſtum octauum. Præparatio materiæ & operariorum ad templi ædifica-
tionem indicatur. Nam initio regni dedit ad Salomonem litteras Ty-
riorum rex, vt ei de vnctione gratularetur, quod 70. hic v. primo dicunt,
miſiſſe ipſum Legatos ad Salomonem (cuius pater materiam & operarios ad
templum petierat) hic v. 2. & 2. Paralip. 2. v. 3. Litterarum ſumma vtrobique po-
nitur, easque ponit Joſephus eo modo, quo in ipſis Tyriorum Grammatophy-
laciis ſuo tempore cuſtoditas fuiſſe profitetur. Adfert & Eupolemus apud Eu-
ſebium lib. 9. præpar. ſed quæ à Joſephinis paulùm diſſident. Rex iſte in iis vo-
catur Suron, qui hic dicitur Hiran, quaſi Chirom, vel Tyrom, id eſt, Tyriorum,
à Tatiano & Zonara Chiramus dicitur, à Theophilo Antioch. Hieromus
& Hieromenus, cuius filiam Tatianus probat Salomoni nupſiſſe, vt
videatur Sidonia eſſe 3. R. 11. cum pater Sidonem et-
iam tenuerit.

CAPVT

CAPVT VI.

1. FActum eſt ergo qua-
dringenteſimo & o-
ctogeſimo año egreſ-
ſionis filiorũ Iſrael de
Terra Ægypti, in anno quarto,
menſe Zio,(ipſe eſt menſis ſecun-
dus)regni Salomonis ſuper Iſrael,
ædificari cœpit domus Dño. 2.
Domus autẽ, quã ædificabat rex
Salomon Domino, habebat ſexa-
ginta cubitos in lõgitudine, & vi-
ginti cubitos in latitudine, & tri-
ginta cubitos in altitudine. 3. &
porticus erat ante templũ viginti
cubitorũ longitudinis, iuxta mẽ-
ſuram latitudinis templi: & habe-
bat decẽ cubitos latitudinis ante
faciem templi. 4. Fecitq; in tẽplo
feneſtras obliquas. 5. Et ędificauit
ſuper pariete templi tabulata per
gyrum, in parietibus domus per
circuitum templi & oraculi, & fe-
cit latera in circuitu 6. Tabulatũ,
quod ſubter erat, quinque cubi-
tos habebat latitudinis, & medi-
um tabulatum ſex cubitorum la
titudinis, & tertiũ tabulatum ſe-
ptem habens cubitos latitudinis.
Trabes autẽ poſuit in domo per
circuitum forinſecus, vt non hæ-
rerẽt muris templi. 7. Domus au-
tem cũ ædificaretur, de lapidibus
dolatis atq; perfectis ædificata eſt:
& malleus, & ſecuris, & omne fer-
ramentum nõ ſunt audita in do-
mo cum ædificaretur. 8. Oſtiũ la-
teris medij in parte erat domus
dextræ: & per cochleam aſcende-
bant in mediũ cœnaculũ, & à me-
dio in tertiũ. 9. Et ædificauit do-

mum

CAPVT III.

1. ET cœpit Salomon ę-
dificare domum Do-
mini in Ieruſalem in
mõte Moria, qui de-
monſtratus fuerat Dauid patri e-
ius, in loco, quẽ parauerat Dauid
in area Ornan Iebuſæi. 2. Cœpit
autem ædificare menſe ſecundo,
anno quarto regni ſui. 3. Et hæc
ſunt fundamenta, quæ iecit Salo-
mon, vt ædificaret domum Dei,
longitudinis cubitos in menſura
prima ſexaginta, latitudinis cubi-
tos viginti. 4. Porticum vero ante
frontem, quæ tendebatur in lon-
gum iuxta menſuram latitudinis
domus, cubitorum viginti: porro
altitudo centum viginti cubitorũ
erat: & deaurauit eam intrinſecus
auro mundiſſimo. 5. Domum
quoque maiorem texit tabulis li-
gneis abiegnis, & laminas auri
obrizi affixit per totum: ſculpſit-
que in ea palmas, & quaſi catenu-
las ſe inuicem complectentes. 6.
Strauit quoq; pauimentum tem-
pli pretioſiſſimo marmore, deco-
re multo. 7. Porro aurum erat ꝓ-
batiſſimum, de cuius laminis te-
xit domum, & trabes eius, & po-
ſtes, & parietes, & oſtia: & cælauit
cherubim in parietibus. 8. Fecit
quoque domum Sancti ſancto-
rum. longitudinem iuxta latitu-
dinem domus cubitorum vigin-
ti: & latitudinem ſimiliter viginti
cubitorum: & laminis aureis te-
xit eam, quaſi talentis ſexcentis.
9. Sed & clauos fecit aureos, ita vt
ſinguli claui ſiclos quinqua-

genos

mum, & conſummauit eam: texit quoque domum laquearibus cedrinis. 10. Et ædificauit tabulatum ſuper omnem domum quinque cubitis altitudinis, & operuit domum lignis cedrinis. 11. Et factus eſt ſermo Domini ad Salomonem, dicens: 12. Domus hæc, quam ædificas, ſi ambulaueris in præceptis meis, & iudicia mea feceris, & cuſtodieris omnia mandata mea, gradiens per ea: firmabo ſermonem meum tibi, quem loquutus ſum ad Dauid patrem tuum. 13. Et habitabo in medio filiorum Iſrael, & non derelinquā populum meum Iſrael. 14. Igitur ædificauit Salomon domum, & conſummauit eam. 15. Et ædificauit parietes domus intrinſecus, tabulatis cedrinis, à pauimento domus vſq; ad ſummitatem parietum, & vſq; ad laquearia, operuit lignis cedrinis intrinſecus: & texit pauimentum domus tabulis abiegnis. 16. Aedificauitq; viginti cubitorum ad poſteriorem partem templi tabulata cedrina, a pauimento vſque ad ſuperiora: & fecit interiorem domum oraculi in Sanctum ſanctorum. 17. Porro quadraginta cubitorum erat ipſum templum pro foribus oraculi. 18. Et cedro omnis domus intrinſecus veſtiebatur, habens tornaturas, & iuncturas ſuas fabrefactas & cælaturas eminentes: omnia cedrinis tabulis veſtiebantur: nec omnino lapis apparere poterat in pariete. 19. Oraculum autem in medio domus, in interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcam fœderis Domini. 20. Porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud atque veſtiuit auro puriſsimo: ſed & altare veſtiuit cedro. 21. Domū quo-

genos appenderent: cœnacula quoq; texit auro. 10. Fecit etiā in domo Sancti ſanctorum cherubim duos, opere ſtatuario: & texit eos auro. 11. Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus: & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius cherub. 12. Similiter cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tangebat parietem: & ala eius altera quinq; cubitorum, alam cherub alterius contingebat. 13. Igitur alę vtriuſq; cherubim expanſę erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipſi autem ſtabant erectis pedibus, & facies eorum erant verſæ ad exteriorem domum. 14. Fecit quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco, & byſſo: & intexuit ei cherubim. 15. Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos habebant altitudinis: porrò capita earum, quinque cubitorum. 16. Necnon & quaſi catenulas in oraculo, & ſuperpoſuit eas capitibus columnarum: malogranata etiam centum, quæ catenulis interpoſuit. 17. Ipſas quoque columnas poſuit in veſtibulo templi, vnam à dextris, & alteram à ſiniſtris: eam, quæ à dextris erat, vocauit Iachin: & quæ ad læuam, Booz.

que ante oraculum operuit auro puriſsimo, & affixit laminas cla-
uis aureis. 22. Nihilq; erat in templo quod non auro tegeretur: ſed &
totũ altare oraculi texit auro. 23 Et fecit in oraculo duos cherubim
de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis. 24. Quinque cubi-
torum ala cherub vna, & quinque cubitorum ala cherub altera: id eſt,
decem cubitos habentes, à ſummitate alæ vnius vſque ad alæ alte-
rius ſummitatem. 25. Decem quoque cubitorum erat cherub ſe-
cundus: in menſura pari, & opus vnum erat in duobus cherubim,
26. id eſt, altitudinem habebat vnus cherub decem cubitorum, & ſi-
militer cherub ſecundus. 27. Poſuitque cherubim in medio templi
interioris: extendebant autem alas ſuas cherubim, & tangebat
ala vna parietem, & ala cherub ſecundi tangebat parietem alterum:
alæ autem alteræ in media parte templi ſe inuicem contingebant. 28.
Texit quoque cherubim auro. 29. Et omnes parietes templi per cir-
cuitum ſculpſit variis cælaturis & torno: & fecit in his cherubim, &
palmas, & picturas varias, quaſi prominentes de pariete, & egredien-
tes. 30. Sed & pauimentum domus texit auro intrinſecus & extrin-
ſecus. 31. Et ingreſſu oraculi fecit oſtiola de lignis oliuarum, poſteſ-
que angulorum quinque. 32. Et duo oſtia de lignis oliuarum: & ſcul-
pſit in eis picturam cherubim, & palmarum ſpecies & anaglypha
valde prominentia: & texit ea auro: & operuit tam cherubim quàm
palmas, & cetera auro. 33. Fecitque in introitu templi poſtes de li-
gnis oliuarum quadrangulatos: 34. & duo oſtia de lignis abiegnis al-
trinſecus: & vtrumque oſtium duplex erat, & ſe inuicem tenens ape-
riebatur. 35. Et ſculpſit cherubim, & palmas, & cælaturas valde emi-
nentes: operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam.
36. Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum polito-
rum, & vno ordine lignorum cedri. 37. Anno quarto fundata eſt do-
mus Domini in menſe Zio: & in anno vndecimo, menſe Bul (ipſe eſt
menſis octauus) perfecta eſt domus in omni opere ſuo, & in vniuerſis
vtenſilibus ſuis: ædificauitque eam annis ſeptem.

COMMENTARIVS.

GEſtum. 9. De templo Salomonis. Hoc deſcripſerunt V. Beda, Victorius, Arias Montanus, Ribera libro 1. de templo.

Primo eius cauſam breuiter hic attingam. Secundo. Quæ in ipſo & circa ipſum.

PRIMVM.

De cauſis Templi.

Finis eſt Dei gloria, per magnificam ipſius arcæ conſeruationem, ſacrificia, oblationes, preces, ſacerdotum populique frequentiam, totumque cultum diuinum 2. Regum 7. hic cap. 8. & 9. 2. Paralip. 2. 6. 7.

Efficiens

Efficiens. Primaria eſt Salomon, & per eum ipſe pater eius Dauid: ſecundaria ſerui & miniſtri omnes; qui aut ciues aut exteri fuerunt, vt Tyrij, & Sidonij, hic c.5. (ſane Hom. Ili. ψ Sidonij ſunt πολυδαίδαλοι; i.e. inquit Euſtathius καλλίτεχνοι, καὶ πολύτεχνοι: ipſiuſq; Sidonis πολυχάλκου meminit idem Hom. odyſ. α.) & 2. Par. 22. quibus Ægyptios addit parum certo; etſi vtiliter tamē. 1. Euſeb. lib. 9. præp.

In iis vero vnus artifex peritiſſimus nominatur 2. Paralip. 2. v. 13. Regum 7. qui tamen habitatione tantum Tyrius nominari videtur. Eius mater dicitur cap. 2. Paralip. 2. ex tribu Dan; non vt apud Euſebium l. cap. ex tribu Dauid. Ipſe vero hic cap. 7. ver. 14. Hebraicè dicitur ex tribu Nephthali: licet hinc eius matrem dicat Joſephus. Eum rex Tyri 2. Paralip. 2. vocat patrem ſuum; ob ſapientiam videlicet, quam in eo reuerebatur: licet aliqui vertere mallent, Hiram patris mei: quod eius ſcilicet ſeruus fuiſſet. Et vero licet in 17. correctis ſit nomen patris, in vetuſtis tamen Græcis legitur παῖδά μου, id eſt, ſeruum meum.

Pro his dedit neceſſaria in tritico & oleo Salomon cap. 5. v. 11. Quia tunc temporis adhuc inſula erat Tyrus; vti ait Joſephus, quę importato frumento & oleo ſuſtentari debebat.

Adduntur eodem cap. 5. v. 18. Giblij, quos quaſi appellatiuum nomen vertunt, quidam à lapidibus terminandis & poliendis, lapicidas, alij Biblios, vt Benedictus. Alij ciues vrbis Gebal; quæ Pſal. 82. vrbs Phœniciæ fuit, apud Euſebium l. c. numerantur etiam 80000. Ægyptiorum.

Ex Jſraelitis vero fuerunt tributi inſtar ſeu indictionis, delecta 30000. lignatorum: quia tamen erant Iſraelitæ; non voluit eos omnes ſimul ligna ſemper cædere, ſed ſingulis menſibus 10000 tantum; cap. 5. v. 13. 14.

Reliqui erant ex Cananæorum reliquiis; qui Gabaonitarum inſtar, ad templi ædificationem adhibiti ſunt, 153600. 2. Paralip. 2. Ex quibus latomorum erant 80000. Eorum verò qui onera ferrent ex monte in currus, vel ex nauibus 70000. Præfectorum vero 3600. Hoc tamen c. 5. v. 16. dicuntur tantum 3300. quia, vt ait Lyranus, tantum hic nominantur; qui immediate opera vrgebant. Jn Paralipomenis vero etiam qui mediate. Vatablus vero duos fuiſſe præfectorum ordines, proſelytorum, Iſraelitarum &c.

Materia Remota: ſunt lapides præſtantes admodum, & vt ait Joſephus albi, vt Arias marmorei cap. 5. v. 17. Deinde ligna præſtantiſſima, (de quibus in arca Noe, & Tabernaculo dixi) Cedrina, Abiegna, Pinea, Arceutina, 2. Par. 8. id eſt, Juniperina. (de iſtis lignis tropologice Caſſ. l. 9. cap. 3.) Aurum, ferrum, æs, electrum, hyacinthus, purpura, coccus, byſſus, & quæ ſupra à Dauide & aliis dedicata dixi.

Proxima verò materia ſunt partes ipſius templi, quod dupliciter ſumitur. Primo latè, pro tota illa ſacra ædificatione. Secundo preſsè, pro certa eius parte, de qua infra.

Tota vero ædificatio duas potiſſimum partes habet, Domum & altaria.

Domus dupliciter ſpectatur. 1. ſola. 2. cum adiunctis, veſtibulo & cellis. Domus ſola vel eſt inferior; de qua potiſſimum c. 6. ſcriptura loquitur; quia in ea ſacra omnia fiebant, vel ſuperior.

Inferior domus quadrangulum erat ædificium, longitudinis cubitorum 60. latitudinis 20. Altitudinis 30 non 60. vt in Joſepho. Diuiditur in 2. partes. Quarum vna & præcipua verſus occaſum quadrata eſt, habens 20. cubita longitudinis, latitudinis, altitudinis, & vocatur Debir, oraculum, ſanctum ſanctorum, ſancta, ſanctuarium, ſecundum Tabernaculum, Adytum, domus interior. Et v. 19. dicitur in medio domus; id eſt, in domo.

Altera pars eſt reſiduorum 40. Cubitorum longitudinis verſus ortum, & vocatur proprie templum, vel templum pro foribus oraculi v, 17. ſanctum

palatium,exterior ædes.item ſanctum templum,ſanctum palatium,domus exterior, domus ante oraculum, ædes,ſecundum tabernaculum. Diuidebatur à ſanctis ſanctorum vno pariete,& velo, 2.Paral.3. Erant in eo feneſtræ exterius anguſtiores, interius latiores, omnes parietes & pauimentum tegebantur cedro,& aureis laminis,v.30.

Domus ſuperior incipiebat exterius à 30 altitudinis cubito, & aſcendebat adhuc per 90; ita vt tota altitudo eſſet 120. cubitorum, vt explicant Theodoretus,Ribera,& verba illa cap.3.lib.2.Paralip.

Porro, altitudo cum non ad ſolam porticum, ſed templum etiam referatur; Tectum erat quemadmodum alijs in ædificijs,planũ; ita vt in eo ſtare potuerit Dominus,& tentator,Mat.4.Erant in eo tabulata:ſed quot,& quomodo diſpoſita, non liquet; & videntur incepiſſe interius à 20. altitudinis cubito,in ijſque reponebatur varia templi ſupellex, maximè antiquum Moyſis tabernaculum, veteres cherubini,altare Thymiamatis, cortinæ, &c.

Ad iſtas ſuperioris domus contignationes aſcendebatur per cochleam,quæ in ipſa murorum craſſitie fabricata erat,& ianuas ad latera,quibus è ſuperiore loco,in mediam,& ſupremam contignationem aſcenderetur, verſ.8. cap.6.

Jam adiuncta domui erant veſtibulum & cellæ.

Veſtibulum quod oulam vel porticus ante templum dicitur; eſt quadrangulum ædificium ante templi iam expoſiti portam, cuius longitudo templi latitudini reſpondens eſt 20.cubitorum,latitudo 10.altitudo 120.diuiditur à templo,pariete & velo,quod oraculi velo ſimile eſt, vt ait Joſephus; licet hoc 2.velum neget Arias.

Cellæ vocantur tabulata, cœnacula, apothecæ, promptuaria, cellaria exteriora,ob earum, quæ in ſuperiore domo, diſtinctionem. Suntque circa templi latera tria, meridionale, occidentale, ſeptentrionale exſtructæ: ita vt in quolibet latere, tres earum ſint ordines, & ſuperior ordo ſemper inferiore latior vno cubito: idque vel quia templi muri poſt 10. cubitos ſemper reducuntur,& in reductionibus iſtis cellæ ſuperædificatæ ſunt,vt vult Arias, & Theodoretus:vel propter montis anguſtiam, ſuper lapidibus vel trabibus è muro extantibus, qui canes vocantur, vt vult Ribera.

Putauit quidem Beda,Lyranus, Abulenſis,eſſe circa ſuperiorem domus partem deambulacra, ſed negat Joſephus: ſicque ab imo muri templi ſurgunt ad 30.altitudinis cubitum, & ſinguli ordines 10. cubitorum ſunt, ſingulæ cellæ 5. cubitorum altitudinis,vt recte in 1.de templo Ribera.

Erant in vno latere Meridionali 12.cellæ, occidentali 8. ſeptentrionali 12. quoad vnum ſemper ordinem;ita,vt omnes eſſent 96.Licet à Ioſepho in ordine vno tantũ 30.ponantur,poſtea tamen Ezech.41. triginta tres. Licet enim tẽpli, vel domus ambitus totus, & oraculi interior ambitus ſit tantum 140. cubitorũ, ea tamen trium iſtorum murorum meridionalis, ſeptentrionalis, occidentalis erat latitudo ſeu craſſities,vt cubita plura acceſſerint,ſicque tot cellæ circumædificari potuerint. Nam craſſities iſta ponitur à quibuſdam cubitorum 10. aut 9.vt totus ambitus fuerit 180. vel 176.cubitorum ab aliis 6.cubitorum craſſities,à nonnullis 10.cubitorum, murus ſeptentrionalis & meridionalis, ſed murus occidentalis 2. & dimidij. Earum vſus erat vt reponerentur templi ſupellectilia, vel theſauri, in eaſque ſe ſacerdotes reciperent: ad eas aſcendebatur per meridionalis muri craſſitiem,& ex vna in aliam introitus erat,Ioſephus.

Secunda pars templi. Atria: ſunt ampla quædam loca,ſeu Areæ: partim ſub dio apertæ & patentes: partim ædificijs contectæ, quæ etiam porticus & aulæ nominantur. Erant iſtiuſmodi 2. interius & exterius v.36.

Illud interius dicitur etiam ſacerdotum 2.Paralip.4. Quia vt ait Ioſephus, ſolis huc ſacerdotibus introire licebat. Et quemadmodum à præcipua ſacrifi-

crificiorum parte; vt alias dixi, vocatur altare holocauſtorum; ſic à nobiliore miniſtrorum parte, hoc atrium, quia ſuas ad functiones huc etiam intrabant Leuitæ; vt ait Theodoretus quæſt.22. Angelomus c.1. Budinius lib.2. de Gloria Chriſti c.5. Et fortaſſis etiam Nathinæi: quia cum ſacrificia hic fierent, lignorũ, aquarum, & operum hic plurimum eſſe oportebat.

D. Baſilius de SS. c.27. ait Moyſes noluit populum intrare in atriũ Leuitarum. Oec. in cap.9. Heb. tria tabernacula eſſe dicit. I. ſanctum ſanctorum. II. ſanctum. III. quod à S. Paulo vocetur ſanctum mundanũ, vbi ait: erat altare holocautomatum æneum; & vniuerſo populo licitũ erat illud ingredi ac offerre victimas; nomen ſcil. illud, etiam ad atria cetera diffundit. Theod. in cap.1. Thre. quatuor facit atria I. ſanctum ſanctorũ, in quod ſoli pontifices. II. ſancta exteriora in quibus ſoli ſacerdotes. III. aula interior, in qua etiam Leuitæ. IV. aula exterior, in qua Iſraelitę, & omnes nõ circumciſi conſiſtebant. Dicitur & aliquãdo Ariel, i. e. Leo Dei; quia cum Leo ſit pectore, q̃ tergo latior, erat hoc atrium ab occidẽtali parte latius quàm orientali, ab illa 150. cubitorum, ab iſtà 163. vti cenſet Arias.

Exterius verò dicitur 2. Paral.4. Baſilica grandis, alibi vero atrium 2. vel inferius, atrium laicorum & Iſraëlis, quia huc intrabant Iſraelitæ laici, & poſtea diſtinctum eſt accuratius in atrium virorum, & mulierum.

QVÆSTIO I.

An primum illud atrium fuerit circa domum totam: an vero ante veſtibulum tantum? Ita cenſet Ribera. Sed circumcirca fuiſſe indicat Joſephus, vt Theod. qu.21. dum ait, cellas illas templo circumiectas fuiſſe, ne id tangerent Leuitæ, non Laici, quod tamen multo magis dicendum fuiſſet.

QVÆSTIO II.

An duo tantum atria iam fuerint? Aſſerit idem Ribera, & placet ex 4. Regum.21. Nihilominus tamen exterius illud in duo diuidendum videtur; Sacrum, & Prophanum; quorum illud ſit Iſraëlitarum tantum, hoc vero Gentilium, pro quibus tam ſerio orauit Salomon c.8. & monet Joſephus dum illi hoc in templo Deum verum precatentur, non extra. Sed volunt etiam quidam hoc prophanum atrium fuiſſe Iſraelitarum non purificatorum, his tamen non patuiſſe aditum ad templum docet R. Moyſes Ægyptius lib.3. Directorij c.57. & 2. Par. c.23 v.19. Atriorum vero iſtorum ædificia vocantur, vt dixi; porticus, Aulæ, Exedræ, Gazophylacia, licet hoc nomen arcis interdum tribuatur, & Paſtophoria 1. Paral 28. 4. Reg.23. Jerem.35. 2. Macchab.4.

Vocabant vero apud Gẽtiles Paſtophori Sacerdotes, qui Veneris Paſton, ſeu thalamũ ferebant. Paſtophora vero loca in quib. morabantur. Sed ex Horapolline lib.1 c.41. Paſtophoros dicitur cuſtos domus, & templi: vnde Paſtophoriâ, vbi id genus cuſtodes morabantur; vel etiam vbi theſauri, & ſacra ſupellex cuſtodiebatur. Clemens Alex. l.6. Strom: videtur medicos παστοφόρους facere quos poſteriores de medicina libros Mercurii ſex ediſcere ait. Apul. l.11. de aſino ait: dicti paſtophori à paſto pallio ferendo. alii à paſtade. V. Ioan. Bap in l.5. ep. Sid. ad Au. fol.249.

Atque Atrii huius exterioris eſt illa porticus Salomonis, de qua Joannis 10. Act.3. & 5. Et in atrio iſto, eiuſq; porticu facta fere omnia, quæ in templo Chriſtus Dominus dixiſſe, ac feciſſe memoratur. Varia vero Exedrarum quę Liſcoth dicuntur, genera collegit à Iudæorum traditionibus Arias.

Forma eſt ſpecies quæ ex apta partium coagmentatione oritur.

Sed mirum videtur, quod v.7. dicitur, cum domus ædificaretur, malleum in ea nullum auditum. RR. more ſuo fabulantur, vermiculi, quem Ianni vocant, ſanguine omnia ſecuiſſe, Salomoni dicitur etiam ſchamir; & tradit R. Mag. eũ ſuper lapides maximos tranſeuntem ſecuiſſe. eundemque tradit liber Pirke auoth. cap 5. creatum in veſpero ſabbati cum aliis 9. rebus f.101.

Theodoretus q.21.22.Procopius,Glycas,omnes lapides diuina prouidentia ſic enatos,nullo vt ferro eſſet opus.Lyranus, Abul. qu.12. Ribera lib.1.c.12. non fuiſſe auditum vllum malleum; ſcilicet ad dolandum lapides, quia iam antea in monte dolati erant,cap.5.v.7.Orig.h.2.Gen.ait:non ſemper in ſcripturis diuinis hiſtorialis conſequentia ſtare poteſt; Sed interdum deficit:vt cum dicitur Prouerb. 26. ſpinæ &c. cum in templo &c. vox Mallei &c. myſtice pulchra S.Paulinus ep.11.

Dici tamen poteſt ſimpliciter nullum talem inſtrumentorum ſtrepitum auditum, quia tam diligenter lapides,ligna, aureæ laminæ,claui, eorumque foramina parata ſint, vt nullo malleo foret opus. Sic enim legimus ſtatuarios quoſdam vnius ſtatuæ partes, diuerſos diuerſis in locis ita conformaſſe, vt cum ea poſtmodum iungerentur,propter mirabilem ſymmetriam ab vno codemque factæ viderentur. Plin. l. 36. cap. 15. Cyzici Buleuterium (ait) vocant ædificium amplum,ſine ferreo clauo ita diſpoſita conſummatione,vt eximantur trabes ſine fulturis, ac reponantur. quod idem Romæ in ponte ſublicio religioſum eſt; poſteaquam Horatio Coclite defendente ægrè reuulſus eſt.

Et probatur. Quia cum iam dictũ eſſet lapides dolatos eſſe, aliud quiddam maius ſignificare voluit ſcriptura. 2. quia dicit non tantum non auditum malleum; ſed nec quidem ſecurim. 3. Quia de multis alioquin ædificijs v g.de elegantiſſimo SS. Apoſtolorum templo Herbipolitano idem dicere liceret,cum alio in loco quam vbi templum eſt; omnia dolata ſint.

Situs erat pro vt Ariſt.&Plato.ille 7.Poli.hic 6.de legibus optant.1.in loco aptiſſimo,& editiſſimo;in vertice ſcil.Sion montis, lõgiſſimeq; videri potuit; vnde aſcẽdebatur ad templũ. Joſephus dicit,ad occidentẽ pręcipua pars templi, & prima ſita erat: oraculum ſcil.ſicq; olim ad occidentem tẽpla exſtructa fuiſſe docet Hyginus,poſtea tamẽ eò, vnde terra illuminatur,i ad ortum exſtrui cœperunt: vti ſcribit Vitruuius lib.4. cap.5. Et patet in Luciano de Syria Dea.

Noſtra vero templa cur ad orientem antiquiſſimo iam ritu vertantur,docet Bellarm,lib.3 de ſanctis,cap.6. Hinc fiebat,vt quia Deus quaſi ſuper Cherubim ſedens conſiderabatur & aſpiciens orantes, & ſacrificantes, pars templi meridionalis vocaretur dextera, ſeptentrionalis ſiniſtra: quemadmodum propter Euangeliorum in ſynodis poſitionem, pars quæ alioquin eſt introeuntibus ſiniſtra,vocaretur dextra, vt oſtendit Baronius tomo 5. & 6.

De ipſius verò templi amplitudine dicit apud Joſephum lib.1.contra Apionem Hecatæus fuiſſe quinque iugerum. Gislenius verò, & qui Joſephum Gallice ſunt inter,pretati,lib.15. cap. vltimo aiunt,4. porticus fuiſſe 4. ſtadiorum.Joannes Budinius lib.1.de gloria Chriſti Domini cap.5. vnicum atrium ſacerdotum fuiſſe vult. 4. ſtadiorum, ita vt nimirum totus templi ambitus 8.ſtadiorum fuerit. Adrichomius lib. de Jeruſalem numero 101.dicit,atrium prophanum fuiſſe 4.ſtadiorum.

Sed ſciendum, iſtos ferè loqui de templo vt poſterioribus temporibus fuit: cum Hecatæus loquatur de templo, quod ſuis temporibus erat. Vixit aũt cum Alexandro Magno. Joſephus autem cum iſtis loquitur de templo,tẽpore Herodis. Hoc vnum certum, Salomonis tempore,ampliſſimum fuiſſe,quemadmodum colligitur ex tot millibus hominum, quæ ſolo Iſraelis atrio capiebantur.1.Paral.21.3.Regum.8. 2.Paral.5.& 6. 4.Regum.23. 2.Paral.34. Pſalmo 115. Joſepho lib.6. de bello Judaico cap.6. lib.7. Antiquitatis. Adde eundem Joſephum libr. 8. capit. 2. ſcribere, innumerabilem illam, quæ ad dedicationis tempus confluxerat multitudinem, in templo, id eſt, atrio Iſraëlis, epulatam fuiſſe cum vxoribus & liberis. Rurſum ex multitudine ſacerdotum & Leuitarum quotidie miniſtrantium. ex multitudine boum, totque operibus mactan-

mactandi, excoriandi, lauandi, concidendi, cremandi, facile poteſt colligi, quanta Atrii ſacerdotum, in quo hæc omnia fiebant, magnitudo fuerit. Poſtremo etiam ex templis apud Gentiles maximis, de quibus Strabo l.17. Diod. l.13. Plato in Critia: Quanto enim iſtud maius? Vocabatur vero mons domus ſpatium, quod ab Atriis vſque ad montis externum murum continebatur. Hæc de loco ſeu ſitu, & amplitudine, ſeu capacitate: nunc de Templi portis agendum.

Portæ vero non eodem ab omnibus modo, & numero ſtatuuntur. Abul. qu. 21. in parte Meridionali ponit 4. Septentrionali totidem. Orientali tres, quarum media ſit illa, quæ. Act. 3. ſpecioſa dicitur. Alii in Meridionali, Septentrionali 3. Orientali vnam. Arias in atriis aliis, ſeptem iſtas portas concedit: ſed in ſacerdotum atrio quatuor tantum; vnam à meridie, vnam à ſeptentrione, vnam ab ortu, quæ inferior dicatur, vnam ab occaſu, quæ ſuperior. Ad ſacerdotum atrium ponit Abul. qu. 21. & ex R. Camio l.6. Arias gradus 14. vel 15. à quibus Thalmudici quidam dictos putant pſalmos graduales à Pſ. 119. quos tamen à vocis aſcenſione vel aſcenſu è captiuitate nominatos potius alii cenſent: nonnulli pſalmos excellentiarum vertunt, id eſt, excellentiſſimos.

SECVNDVM.

Quænam in templo:

PRimo, in oraculo arca Moſaica, quæ poſteà illata cap. 8. ab ea vtrimque duo Cherubini noui ſtabant. v. 23. & 28. veteres vero Cherubini, ſi manſerunt, vt vult Abul. quæſt. 9. non verſus orientem, & occidentem, ſed ſub nouorum, qui maiores erant aliis, ſtabant, vt idem inſinuauit.

Secundo, in templo. Primo altare nouum aureum Thymiamatis, quod ante oraculum fuiſſe (prout in tabernaculo fuit dictum à me) docet hoc loco Ioſephus, Theodor. quæſt. 22. Procop. vetus altare alicubi aliquo in cœnaculo cuſtoditum fuit.

Secundo, menſa propoſitionis aurea noua, v. 48. ſed. 2. Paralip. 4. nouæ iſtiuſmodi menſæ ponuntur 10. ſuper quibus omnibus panes propoſitionis fuiſſe cenſet Arias, qui ſe in atriis exterioribus, 13. etiam menſas inueniſſe in Rabinorum libris docet, ſtantes in atriis exterioribus. Et rurſum in templo vnam auream ad propoſitionis panes recentes accipiendos, vnam marmoream ad auferendos veteres. De menſis aliis ex Ioſepho paulo poſt. Candelabra aurea etiam 10.

Tertio, in veſtibulo, æfeæ 2. columnæ fuerunt, de quibus cap. 7. v. 15. vſq; ad 22. iiſque à firmitate nomina impoſita Lachin & Boos. Sunt quædam Romæ, quæ Salomonis vocantur; ſed iſtis minores, & olim ſingulis menſibus eas ſudare dixerunt Hebræi, vti refert Beniamin.

Quarto, in atrio interiori fuit altare æneum nouum holocauſtorum, longum & latum 20. cubitis, altum 10. Vetus vero, an etiam manſerit in atrio, diſputat l.c. Abulenſis, ſed concludit verius non manſiſſe, 2. Mare æreum, i. Luter, ſeu labrum, aut vas quod hemiſphæricum erat, & 2000. Batos, i. 82. Fuderas, vel plauſtra capiebat. At 2. Paralip. 4. 3000. Batorum ei tribuuntur: videlicet ſi quis, vt hebraice ibi dicitur, fortificare velit, i. ad ſummum vſque implere, & ſic Ioſephus. Ab iſta vaſtitate mare dictum eſt, 3. Fuerunt Luteres ærei minores, qui etiam labra, & Conchæ dicuntur 2. Paralip. 4. erantque ſuperpoſiti ſedibus, ſeu baſib. operoſiſſimis, de quibus v. 27. ſinguli capiunt Batos 40. i. ſeſquiplauſtrum. 4. Vaſa fuerunt alia, quæ in Paſtophoriis & ædiculis ſeruabantur complura: de quibus v. 45. 49. 2. Paralip. 4. v. 22.

Ioſephus multa adiicit. 1. Menſarum aurearum ſuper quibus inſtrumenta varia eſſent, numerum extendit ad 10000. 2. Phialarum & Spōdiorum aureorū 20000 argentearum 40000. Candelabrorum 10000. Oenochoarum 80000. Phialarum aurearum 100000. Argentearum 200000. Lācium aurearum 80000. Argentearum 160000. Craterum aureorum 60000. argenteorum 120000. Metrorum ſeu menſurarum Moyſis, Hin, & Aſſaron aurearum 20000. argentearum 400000. Thuribulorum quibus thus adoleretur aureorum 20000. argenteorum 40000. Quibus vero ab altari holocauſtorum ignis auferretur aureorum 50000. Stolarum Hierarchicarum pro ſacerdotum principibus 10000. pro ſacerdotibus aliis 10000. Tubarum 20000. organorum muſicorum, nablorum & cinyrarum ex electro. 30000.

Nabla vero, & Nablia ſunt muſica inſtrumenta duodecim phthōgos, ſeu ſonos habentia; quæ digitis percutiuntur, vt ait Ioſephus l. 7. cap. 10. cumque hoc nomen ab Hebræis mutuati ſint, vertitur interdum à noſtro Interp. Lyra, vt Amos, 5. de qua Plinius l. 9. c. 10. ſæpiſſime pſalterium de quo Athenæus l. 14. Plutarch. in Themiſt. vulgo harpa.

Cinyræ vero fere citharæ vertuntur, & habebāt, eodem teſte Ioſepho, chordas decem, plectroq; tangebantur. Cymbala vero vt ibidem ait Ioſephus magna erant & ærea. Vnde intelligis, erratum ab iis videri, quibus pſalterium decachordum cum clare 91. pſ. diſtinguatur, & forte pſ. ſed ἀσλωδίτως.

Iudæi decem mira enumerant quæ in Sanctuarii domo edita.

I. Nunquam abortiuit mulier propter carnis nidorem in Sanctuario.
II. Nunquam fœtuit caro Sanctuarii.
III. Neque conſpecta fuit muſca in domo mactationis:
IV. Non accidit caſus nocturnus ſacerdoti magno in die expiationis.
V. Non extinxerunt pluuiæ ignem, qui erat in ſtrue lignorum.
VI. Non vicit ventus columnam fumi.
VII. Non repertum vllum vitium in Gomer, nec in duobus panibus, nec in panibus facierum.
VIII. Stabant coarctati, & adorabant dilatati.
IX. Nunquam læſit aliquem ſerpens & ſcorpio in Hieruſalem.
X. Nec dixit homo ſocio ſuo: anguſtior mihi eſt locus, quam vt poſſim pernoctare Hieroſolymis.

QVÆ CIRCA TEMPLVM.
CAPVT VII.

1. DOmum autem ſuam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum vſque perduxit. 2. AEdificauit quoque domum ſaltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis: & quatuor deambulacra inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas. 3. Et tabulatis cedrinis veſtiuit totam cameram, quæ quadragintaquinque columnis ſuſtentabatur. Vnus autem ordo habebat columnas quindecim 4. contra ſe inuicem poſitas, 5. è regione ſe reſpicientes, æquali ſpatio inter columnas, & ſuper columnas quadrāgulata ligna in cunctis æqualia. 6. Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorū latitudinis: & alteram porticum

ticum in facie maioris porticus: & columnas, & epiſtylia ſuper colum-
nas. 7. Porticum quoq; ſolij, in qua tribunal eſt, fecit: & texit lignis ce-
drinis à pauimento vſq; ad ſummitatem. 8. Et domuncula, in qua ſe-
debatur ad iudicandum, erat in media porticu, ſimili opere. Domum
quoq; fecit filiæ Pharaonis (quam vxorem duxerat Salomō) tali ope-
re, quali & hanc porticum. 9. Omnia lapidib. pretioſis, qui ad normam
quandam atq; menſuram tam intrinſecus quam extrinſecus ſerrati e-
rant: à fundamento vſq; ad ſummitatem parietum, & extrinſecus vſq;
ad atrium maius. 10. Fundamenta autē de lapidibus pretioſis, lapidib.
magnis decem ſiue octo cubitorum. 11. Et deſuper lapides pretioſi æ-
qualis mēſuræ ſecti erant, ſimiliterq; de cedro. 12. Et atrium maius ro-
tundū trium ordinum de lapidib. ſectis, & vnius ordinis de dolata ce-
dro: necnon & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus.
13. Miſit quoq; rex Salomon, & tulit Hirā de Tyro, 14. filium mulieris
viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem ærarium, & plenum
ſapientia, & intelligentia, & doctrina ad faciendum omne opus ex æ-
re. Qui cum veniſſet ad regem Salomonem, fecit omne opus eius.
15. Et finxit duas columnas æreas, decem & octo cubitorū altitudinis
columnam vnā: & linea duodecim cubitorum ambiebat columnam
vtramque. 16. Duo quoq; capitella fecit, quæ ponerentur ſuper capita
columnarum, fuſilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellū
vnum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum: 17. &
quaſi in modum retis, & catenarum ſibi inuicem miro opere conte-
xtarum. Vtrumque capitellum columnarum fuſile erat, ſeptena ver-
ſuum retiacula in capitello vno, & ſeptena retiacula in capitello alte-
ro. 18. Et perfecit columnas, & duos ordines per circuitum retiaculo-
rum ſingulorum, vt tegerent capitella, quæ erant ſuper ſummitatem,
malogranatorum: eodē modo fecit & capitello ſecundo. 19. Capitella
autem, quę erant ſuper capita columnarum, quaſi opere lilij fabricata
erant in porticu quatuor cubitorū. 20. Et rurſum alia capitella in ſum-
mitate columnarum deſuper iuxta menſuram columnę contra retia-
cula: malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capi-
telli ſecundi. 21. Et ſtatuit duas columnas in porticu templi: cumque
ſtatuiſſet columnam dexteram, vocauit eam nomine Iachin: ſimiliter
erexit columnam ſecundam: & vocauit nomen eius Booz. 22. Et ſu-
per capita columnarum opus in modum lilij poſuit: perfectumq; eſt
opus columnarum. 23. Fecit quoq; mare fuſile decem cubitorum à la-
bio vſq; ad labium, rotundum in circuitu: quinq; cubitorum altitudo
eius, & reſticula triginta cubitorum cingebant illud per circuitum.
24. Et ſculptura ſubter labium circuibat illud decem cubitis ambiens
mare: duo ordines ſculpturarū ſtriatarum erāt fuſiles. 25. Et ſtabat ſu-
per duodecim boues, è quibus tres reſpiciebant ad Aquilonem, & tres
ad Occidentem, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientem, & mare ſu-
per eos deſuper erat: quorū poſteriora vniuerſa intrinſecus latitabant
26. Groſſ

16. Groſsitudo autem luteris trium vnciarum erat: labiumque eius, quaſi labium calicis, & folium repandi lilij: duo millia batos capiebat. 27. Et fecit decem baſes æneas, quatuor cubitorum longitudinis baſes ſingulas, & quatuor cubitorum latitudinis; & trium cubitorum altitudinis. 28. Et ipſum opus baſium, interraſile erat: & ſculpturæ inter iuncturas. 29. Et inter coronulas & plectas, leones & boues & cherubim: & in iuncturis ſimiliter deſuper: & ſubter leones, & boues quaſi lora ex ære depēdentia. 30. Et quatuor rotæ per baſes ſingulas, & axes ærei: & per quatuor partes quaſi humeruli ſubter luterē fuſiles, contra ſe inuicem reſpectantes. 31. Os quoq; luteris intrinſecus erat in capitis ſummitate: & quod forinſecus apparebat, vnius cubiti erat totum rotundum pariterque habebat vnum cubitum & dimidium: in angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant: & media intercolumnia, quadrata non rotunda. 32. Quatuor quoq; rotæ, quæ per quatuor angulos baſis erant, cohærebāt ſibi ſubter baſim: vna rota habebat altitudinis cubitum & ſemis. 33. Tales autem rotę erant quales ſolent in curru fieri: & axes earum, & radij, & canthi, & modioli, omnia fuſilia. 34. Nam & humeruli illi quatuor per ſingulos angulos baſis vnius, ex ipſa baſi fuſiles & coniuncti erant. 35. In ſummitate autem baſis erat quædā rotunditas dimidij cubiti, ita fabrefacta, vt luter deſuper poſſet imponi, habēs cælaturas ſuas, variasq; ſculpturas ex ſemetipſa. 36. Sculpſit quoq; in tabulatis illis quæ erant ex ære, & in angulis, cherubim, & leones, & palmas, quaſi in ſimilitudinem hominis ſtantis, vt non cælata, ſed appoſita per circuitum viderentur. 37. In hunc modum fecit decem baſes, fuſura vna, & menſura, ſculpturaque conſimili. 38. Fecit quoq; decem luteres æneos: quadraginta batos capiebat luter vnus, eratq; quatuor cubitorum: ſingulos quoq; luteres per ſingulas, id eſt, decem baſes, poſuit. 39. Et conſtituit decē baſes, quinq; ad dexteram partem templi, & quinq; ad ſiniſtram: mare autē poſuit ad dexteram patrem templi cōtra Orientem ad Meridiem. 40. Fecit ergo Hiram lebetes, & ſcutras, & hamulas, & perfecit omne opus regis Salomonis in tēplo Domini. 41. columnas duas, & funiculos capitellorum ſuper capitella columnarum duos: & retiacula duo, vt operirent duos funiculos, qui erant ſuper capita columnarū 42. Et malogranata quadringēta in duobus retiaculis: duos verſus malogranatorū in retiaculis ſingulis, ad operiendos funiculos capitellorum, qui erant ſuper capita columnarum. 43. Et baſes decem, & luteres decem ſuper baſes. 44. Et mare vnum, & boues duodecim ſubter mare. 45. Et lebetes, & ſcutras, & hamulas omnia vaſa, quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant. 46. In campeſtri regione Iordanis fudit ea rex in argilloſa terra inter Sochoth & Sarthan. 47. Et poſuit Salomon omnia vaſa: propter multitudinē autem nimiam nō erat pondus æris. 48. Fecitq; Salomon omnia vaſa in domo Domini:
altare

altare aureum,& menſam,ſuper quam ponerentur panes propoſitionis,auream: 49.& candelabra aurea,quinq; ad dexteram,& quinq; ad ſiniſtram contra oraculum ex auro puro: & quaſi lilij flores, & lucernas deſuper aureas: & forcipes aureos, 50.& hydrias, & fuſcinulas,& phialas,& mortariola,& thuribula,de auro puriſsimo: & cardines oſtiorum domus interioris Sācti ſanctorum, & oſtiorum domus templi,ex auro erant.51.Et perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo Domini,& intulit quæ ſanctificauerat Dauid pater ſuus argentum & aurum,& vaſa,repoſuitq; in theſauris domus Domini.

COMMENTARIVS.
Vndecimum Geſtum.

POſt Domini domum ædificatam, circa eam ſunt ædificia quædam ſpectanda, & circumſtantiæ: Ædificia ſunt Ieroſolymæ vrbis muri noui, & Mello.de qua voce dixi Iudicum 9.eamque Chaldæus interpretatur quaſi aggerem,alii comitium.Deinde annis 13.ædificauit tres domos regias. Primo ſuam,cuius tres partes fuerunt.

Prima Prætorium, ſeu Iudicii porticus, vbi mirabilis ille Thronus fuit, de quo cap.*10*. v.*18*. Fuerunt ſub ſolis Throno apud Horapollinem lib.*1*.cap.*17*. Leones,& ad templorum ianuas: vt quia reges populorum cuſtodes ſunt, vt ait & Strabo lib. *17*. ſummæ vigilantiæ admonerentur, quia ſolent apertis oculis Leones dormire,vt ibidem dicitur,& à Plinio lib.11.cap.*37*.Et Æliano libro *15*. cap.*39*.Plutarcho 4.Quæſt.5. Domus Salomonis *2*.pars atrium. *3*.Ædes capaciſſimæ. Hic fuiſſe poſtea excitatum à Chriſtianis hoſpitale ſcribit Beniamin f.*42*.

Secunda,regia vxoris,quæ Pharaonis filia.

Tertia Saltus ſeu Siluæ Libani, quam aliqui in ipſo Libano ſitam volunt, alii vero prope *I*eruſalem; idque patere videtur ex eo, quod cum Scuta cap. 10. v. 16. hic poſuerit Salomon, ea domus cap. 14. v. *26*. ſignificatur Ieroſolymis eſſe.

Dicitur vero ſaltus Libani ſecundum Abulenſem, quod arboribus vmbroſiſſimis inſtar Libani cincta erat. Theodoretus quæ.*24*.ob multitudinem columnarum Cedrinarum, quibus Libani Siluam imitabatur. Arias vero, quod ex ea Libanus proſpici poſſet,æſtatisque tempore auras & frigora è monte illo exciperet. Poſſunt omnia hæc coniugi, quemadmodum oſtendit *I*oſephus & Chaldæus,qui refrigerii Regum domum appellat. Et addi poteſt,dici quaſi ex ſaltu Libani domum, ſeu Siluarum, quæ tota ex Libano aut Libani lignis conſtaret; prout deſcribitur cap.70.Solet enim Hebraice in materia ſæpe intelligi res,vt cap.*6*.v.*7*.

Domus, cum ædificaretur, lapis erat perfectus, id eſt, ex lapide perfecto ſeu vt noſter,de lapidibus perfectis,ſeu dolatis. Et hoc.7.cap.v.10. fundamenta de lapidibus,Hebraice,lapides.Beniamin tamen eius domus ſub Libano partem ſuo tempore adhuc ſuperfuiſſe tradit,cuius lapides æquarent Hiſpanicos palmos vicenos longitudine,latitudine duodenos, ideoque ab Aſmodæo dæmone factum ædificium,non ab hominibus vulgò iactatum fuiſſe.

Circumſtantiæ vero ſunt loci & temporis.De loco ſupra dictum eſt, de hoc, Domino propitio & illuminante, dicendum, quando ſcilicet cœptum templum,& quando finitum. Ex hac enim temporis epocha pendent quam plurima,vti hactenus auditum.

DE TEMPLI SALOMONIS INCOEPTÆ *ædificationis tempore.*

COEptum igitur eſt, vt ait ſexti capitis initium, menſe anni non 4. Salomonici, (etſi ita videtur Chaldæo,) ſed ſimpliciter anni (vt cap. 3. lib. 1. Paralip. oſtenditur) menſe ſecundo; qui cum Aprili, Maioque noſtro reſpondeat, ædificiis inchoandis aptiſſimus eſt, & vocatur Chaldaice Zin, qui alias Hebraice Icha à Chaldæis menſis apparitionis dicitur, ſeu ſplendoris florum. Vult vero Scaliger lib 8. de Emendat: temporum 30. huius menſis iacta fundamenta. Erat regni Salomonis annus quartus inchoatus, vt nonnullis placet, abſolutus, vt aliis.

Sed quotus ab egreſſu ex Ægypto fuerit, quæſtio eſt, inuenioq; hoc in loco aut lectiones, aut opiniones 17. quæ facilitatis cauſa, à minoribus numeris inchoando, ita ſe habent.

	ANNOS.
Prima, in Glyca p. 2. eſſe.	330.
Secunda in LXX. prout eos non tantum Germani ediderunt, ſed Romani etiam correxerunt, & citat Sulpitius, eoſq; in Act. 7. vbi de Salomone, ſequitur Oecumenius, licet eum ipſius Interpres memoria lapſum in margine annotet.	440.
Tertia, prout in noſtro Hebræo, & Chaldæo, & pleriſq; Græcis.	480.
Quarta Ammonii lib. 4. de geſtis Francor, c. 54. A Moyſe, inquit, vſq; ad Salomonem anni.	489.
Quinta V. Bedæ Retract. in Act. Apoſt. c. 13.	490.
Sexta Ioſephi lib. 8. c 5. in Rufini verſione.	502.
Septima apud Sulpitium prout à Sigonio corrigitur.	510.
Octaua Tyriorum apud S. Theophilum libro 3.	560.
Nona Cani libro 11. cap. 5. ad 12.	574.
Decima Sulpitii in textu, vbi ſe minus potius, quam plus numerare ait.	588.
Vndecima Ioſephi in Græco textu hic, & Giſlenii verſione.	592.
Duodecima S. Theophili l. c.	602.
Decimatertia Ioſephi l. 20. c. vltimo, apud Abulenſem lib. 3. c. 6. qu. 4.	612.
Decimaquarta S. Nicephori Conſtantinopolitani ca 4.	631.
Decimaquinta Cedreni.	672.
Decimaſexta Philaſtrii 3. parte hæreſi 63.	713.
Decimaſeptima aliorum quorundam apud eundem S. Nicephorum.	757.

Nota Exitum ex Ægypto poſſe tripliciter ſpectari: vel in Principio, vel in medio, vel in fine. De primo paſſim Exempla ſunt. De 2. & 3. ſunt hæc Iudicum c. 11. 13. 16. Pſalmo. 113. In exitu Iſrael de Ægypto. Nam quod ſtatim ſequitur: facta eſt Iudæa, ad exitus terminum maxime ſpectat: ſed mare vidit & fugit, ad principium: Iordanis conuerſus, ad finem, Deut. v 45. Hæc teſtimonia, quæ loquutus eſt ad filios Iſrael, quando egreſſi ſunt de Ægypto trans Iordanem in valle. Et Ioſue vltimo dicunt LXX. Cum Ioſue lapideos cultros ſepultos fuiſſe, quibus circumciderat filios Iſrael, quando eduxit ipſos ex Ægypto.

Quia vero de ſingulis aut lectionibus aut opinionibus iam poſitis accurate diſſerere longius foret, tria tantum fauente Domino, breuiter, & quia contra receptiorem ſententiam; verecunde proponam.

POSITIO PRIMA.

Videtur hoc loco textus emendandus, vt 480. annis plures ponantur. Probo tripliciter.

Prima ratio, vel huius loci numerus deprauatus eſt, vel alius Act. 13. Non ille; ergo hic hoc loco. Maior probatur dupliciter. 1. Act. 13. v. 19. Græce ſic habetur: deſtruens gentes ſeptem in terra Chanaan, ſorte diſtribuit eis terram eorum, & poſt hæc quaſi annis 450. dedit Iudices, vſque ad Samuelem prophetam. Hinc argumentor. A diſtributione terræ vſque ad Samuelem, ſunt 450. anni, his addantur 40 Saulis Act. 13. v. 22. ſiue ſint eius ſolius, ſiue etiam Samuelis, addantur 40. Dauidis 3. Reg. 2. & tandem Salomonis 4. hic erunt 534. vnde alterutrum numerum vitioſum eſſe vides: multò magis, ſi ab exitu annos deſerti 40. & alios vſque ad diſtributionem addas. Alteruter igitur corrigendus.

Dices Græco textui Latinum præferendum. Reſp. 1. de hoc egi Bibliacorum prolegomenorum cap. 4. 2. textus Latinus prout accipi ſolet, non poteſt annis, qui elapſi ſunt recte accommodari. Si enim 450. iſtos annos cum venerabili Beda in Acta Apoſtolorum, inchoes ab Iſaaci ortu, eos non inuenies: quia vt Exodi 13. cap. oſtendi, ab Iſaaco nato vſque ad egreſſum ex Ægypto, tantum ſunt anni 400. Dico 3. Conſentire textum Græcum & Latinum, ſi vnica tantum particula, &, eo vbi ab Interprete poſita videtur, loco reponatur, ſic: Et quaſi poſt 450. annos, poſt hæc dedit, Aut ſi malis, & poſt hæc, quaſi poſt 450. annos dedit.

Secundo probatur maior, quia qui huius libri numerum retinent, niſi confutatam Bedæ iam expoſitionem retineant, illum Actorum 13. locum Græce & Latine corrigunt 100. annis detractis, vt Caietanus, Mercator, Anno mundi 2501.

Minor iam probatur. Quia ſcripturæ plures, vt ex 2. ratione patebit, huius loci correctionem euincunt, nullæ vero illius Actorum.

Secundo, Authorum veterum nonnulli, vt iam patuit, & tertia ratione Dño propitio, magis patebit, huius loci correctionem indicant. Illius vero in Actis correctionem nulli. Quin vero lectionem ibidem Græcam retinent D. Chryſoſt. hom. 15. Oecumenius, Theophylactus, venerabilis Beda in Retractationibus, in quarum præfatione ait, vitiatum textum Græcum ſuſpicari ſe non poſſe. De hoc vero 480. annorum loco, nullus dum quem viderim, ante 600. vel 700. Domini annum difficultatem vllam mouit, licet Sulpitius de Lectione LXX. pronunciarit.

Tertio. minus veriſimile eſt nouum teſtamentum quam antiquum eſſe corruptum, ſi quæ per Librariorum negligentiam corruptio fatenda eſt.

Quarto. Quia corrigendo iſtum locum, plurimis difficultatibus occurritur, propter quas mira quædam nonnulli fingunt, vt quæ Samſonem è numero Iudicum reiiciunt, & Abeſan apud Euſebium, apud quem citantur Traditiones Iudæorum, neſcio vnde.

Quinto. Sic hæreticos magis declinamus, qui cum Actorum locum adeo audacter corrigunt, è quibus Clemens Schubertus l. 1. Scrup. Chron. c. 4. Indubitate, ait, credendum eſt, errorem vitio librariorum introductum eſſe in Actis, ideoque diſcrepantiam fere centum annorum incidiſſe. Et ante ipſum Lutherus textum ibi mutarat, ſuamque in Germanicam verſionem 350. annos repoſuerat.

Secunda ratio, ſi iſte 480. numerus annorum retineatur, non poterunt, ab ingreſſu in terram, hucuſque aliæ ſcripturæ annos recte tradidiſſe. Sed de tot Scripturis id non aſſerendum, ergo. Maior probatur. Quia, vt ſub finem libri Iudicum dixi, In eo libro tam Iudicum 12. quam ſeruitutum ſex, aſſignantur anni 410.

Iudices 12.		*Seruitutes* 6.	
1. Othoniel.2.Iud cap.3.b.7. gubernauit annos	40.	1. Ante Othonielem.Iudicum 3. v.9. durauit annos	8.
2. Aod ibidem v.30.	80.	2. Inter Othonielem & Aod.Iudicum 3. v.14. ann.	18.
3. Barac.cap.5.v.31.	40.	3. Inter Aod & Barac. Iudicum.4.v.3.an.	20.
4. Gedeon.c.8.v.28.	40.	4. Inter Barac & Gedeonem.Iudicum.6.v.1. ann.	7.
5. Abimelech.c.9.v.22.	3.		
6. Thola.c.10.v.2.	23.	5. Inter Iair & Iephte.Iudicum.10 v.8.an.	18.
7. Iair.ibid.v.3.	22.		
8. Iephte.c.12.v.7.	6.		
9. Abeſan.ibid.v.9.	7.		
10. Elon.ibid.v.11.	10.		
11. Abdon.ibid.v.14.	8.	6. Inter Abdonem & Samſonem. Iudicum.13. v.1.an.	40.
12. Samſon.c.16.v.31.	20.		
Omnes ſimul Iudices coniuncti conficiunt annos 299.		*Omnes ſimul ſeruitutes conficiunt annos 111.*	

Summa & Iudicum & Seruitutum coniunctarum. 410.

His ſi adderentur anni Heli. 40. Saulis 40. Dauidis 40. Salomonis 4. neceſſario loci huius ſumma ſuperabitur, vt de prioribus Ioſuæ annis nihil dicam.

Reſponderi ſolet, in Iudicum annis notatis includi annos alios antecedentes. V.G. in Othonielis 40. annis contineri annos ipſius Ioſue & Seniorum, qui poſt eum, & ſeruitutis 8. quæ poſt eos. Sed rixandi ſtudio depoſito, iudicarit quilibet hoc eſſe Scripturæ verbis vim afferre.

Nam 1. Iudicum cap.1.v.11. poſt Othonielis prælium ſubditur, quieuitq; terra 40. annis, & mortuus eſt Othoniel. Certe quies hic reſpectu prioris laboris iam finiti dicitur. Ergo eius nomine comprehendendum non eſt prælium ipſum, multo minus antecedens ſeruitus, & grauiſſima Ioſue bella plurima. Sic in Aod, Barac, & Gedeone.

Secundo, non poteſt Iephte & Samſonis annis hoc ipſum accommodari, quia Iephte tantum præfuit 6. annos, quos antecedunt ſeruitutis anni 18. Sic ante Samſonem ſunt ſeruitutis 40. cum ille tantum 20. vt iſti volunt, præfuerit.

Tertio, veteres iſtam terræ quietem dum ſignificant, idem plane quod in aliis Iudicibus dicunt, Othonielem ſcilicet gubernaſſe 40. annos, Aodem 80. videatur Ioſephus lib.5 cap.4. & 5. lib.10.cap.11.lib.11.cap.4. Sulpitius, S. Theophilus, ſed clariſſime D. Aug. quæ.19. & 24. in Iudices. Vbi Othonielis pacem, cōfert cum ea, quæ apud Romanos fuit ſub Numa, & parem affirmat, quæ vero ſub Aod, duplicatam. At quomodo illa per hæc duplicata, ſi in ea ſeruitutum aut bellorum tempora contineantur? Ribera lib.1. de Templo cap.1. Tres alias ſolutiones excogitauit, ſed ex iam dictis facile omnes confutantur, & ab ipſomet priores duæ reiiciuntur, tertia vero in iſtam peruulgatam reuoluitur.

Cum igitur pateat Ioſue annos Othonielis annis non inuoluendos, patet etiam illud, annorum ſummam, ante Iudicum annos, accipi poſſe aliquam, prout ſignificatur Ioſue 12.v.18. cap 13.v.1.cap.18.v.3.ca 22.& 23.

Tertia ratio ab authoritate Græcorum & Latinorum, quos ſupra oſtendi ab iſtis 480. annis diſceſſiſſe, & ita quidem, vt eorum aliqui clare contendant, locum eſſe vitioſum. V. C. è recentioribus Canus l. c. Sigonius in Sulpitium

& ante

&ante annos plus 1000. ipſe Sulpitius ita ſcribit: A profectione Hebræorum anno fere 88. & 500. licet libro regnorum 3. 440. fuiſſe referantur, quod nequaquam conuenit: Sed non dubito (inquit) librariorum potius negligentia, præſertim tot iam ſæculis antecedentibus, veritatem fuiſſe corruptam, quam vt propheta errauerit. Et ante ipſum D. Hieronym Epl. 132. ad Vitalem, D. Auguſt. 15. Ciuit. cap. 13. Simileque calculi vitium in Hebræo monſtratum, Iudicum 20.

SECVNDA POSITIO.

Videntur ab exitu ex Ægypto numerandi anni 680. dum primo modo exitus accipitur. At dum tertio, quemadmodum in LXX. ſumi videtur, 640. Probatur. Quia ſic in textu Latino, Hebræo, Chaldæo, vna tantum vocula mutatur, quemadmodum cap. 17. l. 1. Regum, LXX. & Ioſephus poſuerunt quatuor pro ſex, ſicque temporum rationes congruunt optime. Nam à primo Iudice vſque ad Samſonem ſunt anni 390. Samſon autem gubernat liberum omnino populum Iud. 16. annos 20. Ante quos gubernarat quidem alios 20. ſed ii in ea, quæ progreſſa eſt ſeruitute includuntur, dum non omnino liber eſſet populus licet aliquantum iam reſpiraret, quemadmodum colligitur ex Iudicum 15. v. 11. & 20. vbi Samſon dicitur iudicare non ſimpliciter annis 20. ſed in diebus Philiſtiim, id eſt, cum iſti adhuc quodammodo Iſraelitis imperarent.

Poſt Samſonem tempus Hiſtoriarum Iudicum 17. 18 ſit annorum 8.

Poſtea Heli 1. Regum 4. præeſt annos 40. ex quibus efficitur ſumma, quæ eſt Act. 13. 450. annorum vſque ad Samuelem, non ſimpliciter, ſed prophetam: quia ſcilicet paulo ante Heli mortem & deinceps poſt cap. 3. v. 21. libri 1. Regum prophetam agere cœpit, & fluxerunt poſtea 1. Reg. 7. vt ibi probatum, anni 20.

Samuelis vero ſolius ante Saulem gubernantis anni ſunt minimum 28.

Saulis vero regnantis, poſt Samuelis ſolius principatum, Act. 13. anni 40.

Dauidis 3. Regum 2. itidem 40.

Salomonis 4.

Vnde ſumma exiſtit 582. annorum.

Quibus ſi addas 40. annos deſerti & 8. primæ ſeruitutis Iudicum 3. ſuperſunt addendi adhuc 50. qui Ioſuæ tempora, & ſtatus vtriuſque ante Iudices continent; prout accommodabis ex dictis ſub finem Ioſuæ, & partis primæ Iudicum. Vnde ſumma vt dixi annorum fiet. 680.

Sed duo hic potiſſimum dubia.

Prius: an ſolus omnino ante Saulis regnum præfuerit Samuel, & quamdiu?

Præfuiſſe demonſtrat Liber 1. Reg. cap. 7. v. 6. 15. 16. 17. Caput 8. v. 1. vbi iudices dicitur conſtituiſſe filios cum ſenuiſſet. Ergo ſine illis ſolus antea Iudicabat. 2. Non eſſet commodum tempus, quo facta eſſent, quæ dicuntur cap. 7. v. 13. Præfuiſſe vero videtur annos, vt dixi minimum 28. vt patet ex dictis 1. Reg. cap. 8. licet aliud ſtatuant Seder, Cedrenus, Abulenſis, Ioſephus, Arias, alii, omnes inter ſe diſſentientes.

Poſterius de Saule: an ſolus & quam diu regnarit? Variæ ſunt iam citatorum authorum opiniones, & Eupolemi apud Euſebium lib. 9. Præparat. Maximi apud Scalig. l. 7. vti Sauli. à quo 30. dantur.

Dico breuiter eum poſt proprium ſolius Samuelis principatum, regnaſſe annos 40. Probatur 1. Quia clare & expreſſe affirmat D. Paulus Act. 13. v. 22. hoſque annos incipit poſt Regem poſtulatum: vt admittenda eorum Gloſſa non videatur, qui cum Samuelis annis confundunt, cum ii ante regis poſtulationem fuerint.

Secundo. Res Saulis tam multæ, tamque variæ ſunt, vt cum Hebræis duorum annorum ſpatio, vel etiam paulo plurium includi nequeant, vt ſunt bella cum Ammonitis, Palæſtinis, aliiſque gentibus, perſequutio Dauidis.

Tertio. Non tam cito recreſcere potuiſſent. 1. cap. 30. Ammonitæ, cum cap. 15. pene funditus deleti fuiſſent.

Quarto. Sicuti cum D. Paulus l.c. dicit, dediſſe Deum iudices 450. annis, ſignificat tempus quo illi regnarunt, ita cum dicit dediſſe regem Saulem 40. annis.

Quinto. Ab authoritate D. Aug. lib. 17. Ciuit. cap. 7. l. 18. c. 20. A. T. cap. vlt. 1. Reg.

Sexto. Non potuiſſent Saulis filii poſt regni biennium vel paucorum annorum ita creuiſſe, vt 1. Regum. cap. 30. prælio intereſſent, cum ſolus Ionathas ca. 13. arma ferret.

Denique, quæ de actorum annis 40. dicuntur, tam clara ſunt, vt iis præſtet ſimpliciter adhærere, quam ea neſcio quo modo interpretari. V. C. dicit in eum locum V. Beda D. Paulum vulgi opinionem ſequutum. At in ſuperioribus numeris tam accuratus fuit, quomodo non in iſto? deinde in Synagoga diſputabat. Tertio. Cur impii Saulis annis vulgus includeret optimi Samuelis annos? Quin vero Theoderatus quæſt. 28. 1. Regum, & Procop. in cap. 13. libri 1. dicunt Samuelis annis, potius Saulis annos ob impietatem includendos fuiſſe.

TERTIA POSITIO.

Cœptum eſt Templum anno Mundi 3130. Quia vt dixi notation. 3. cap. 11. Exodi egreſſi ſunt Iſraelitæ anno 2449. abſoluto, ſeu inchoato 2450.

Finitum vero eſt menſe anni 8. qui cap. 6. dicitur Bul. quaſi quo decidunt folia, vel quo pluuiæ redundant, reſpondetque Octobri noſtro, & Nouembri, Chaldæus Menſem congregatarum frugum vocat. Finitum anno ab inceptione 7. Anno regni Salomonis vndecimo, vt ibidem dicitur. Ab egreſſu 687. Anno mundi 3137. Domus regiæ anno poſt templum 13. finitæ, ſeu anno regni Salomonis 20. 3. Regum 8. & cap. 9. v. 10. 2. Paralip. 8.

VIII.

1. TVnc cōgregati ſunt
omnes maiores natu
Iſrael cum principib.
tribuum, & duces familiarum fi-
liorum Iſrael ad regem Salomo-
nem in Ieruſalem: vt deferrent ar-
cam fœderis Domini, de ciuitate
Dauid, id eſt, de Sion. 2. Cōuenit-
que ad regem Salomonē vniuer-
ſus Iſrael in mēſe Ethanim, in ſol-
lemni die, ipſe eſt mēſis ſeptimus.
3. Veneruntq; cuncti ſenes de Iſ-
rael, & tulerunt arcam ſacerdotes,
4. & portauerunt arcam Domi-
ni, & tabernaculum fœderis,
& omnia vaſa Sanctuarij, quæ
erant

V.

1. INtulit igitur Salomō
omnia, quæ vouerat
Dauid pater ſuus, ar-
gētum, & aurum, & vniuerſa vaſa
poſuit in theſauris domus Dei. 2.
Poſt quæ congregauit maiores
natu Iſrael, & cunctos principes
tribuum, & capita familiarum de
filiis Iſrael in Ieruſalem, vt addu-
cerent arcam fœderis Domini de
Ciuitate Dauid, q̄ eſt Sion. 3. Ve-
nerunt itaq; ad regem omnes viri
Iſrael in die ſollemni menſis ſepti-
mi. 4. Cumq; veniſſent cuncti ſe-
niorum Iſrael, portauerunt Leui-
tæ arcam, 5. & intulerunt eam,
& o-

erant in tabernaculo: & ferebant
ea ſacerdotes & Leuitæ. 5. Rex au-
tem Salomon, & omnis multitu-
do Iſrael, quę conuenerat ad eum,
gradiebatur cum illo ante arcam,
& immolabant oues & boues abſ-
que æſtimatione & numero. 6. Et
intulerunt ſacerdotes arcam fœ-
deris Domini in locum ſuum, in
oraculum templi, in Sanctum
ſanctorum ſubter alas cherubim.
7. Siquidem cherubim expande-
bant alas ſuper locum arcæ, &
protegebant arcam, & vectes e-
ius deſuper. 8. Cumque emine-
rent vectes, & apparerent ſum-
mitates eorum foris Sanctuarium
ante oraculum, non apparebant
vltra extrinſecus, qui & fuerunt i-
bi vſque in præſentem diem. 9. In
arca autem non erat aliud niſi duæ
tabulæ lapideæ, quas poſuerat in
ea Moyſes in Horeb, quando pe-
pigit Dominus fœdus cum filijs
Iſrael, cum egrederentur de Ter-
ra AEgypti. 10. Factum eſt au-
tem, cum exiſſent ſacerdotes de
Sanctuario, nebula impleuit do-
mum Domini, 11. & non pote-
rant ſacerdotes ſtare & miniſtra-
re propter nebulam: impleuerat
enim gloria Domini domum Do-
mini. 12. Tunc ait Salomon: Do-
minus dixit vt habitaret in nebu-
la. 13. AEdificans ædificaui domũ
in habitaculũ tuum, firmiſsimum
ſolium tuũ in ſempiternũ. 14. Cõ-
uertitq; rex faciem ſuam, & bene-
dixit omni eccleſiæ Iſrael: omnis
enim eccleſia Iſrael ſtabat. 15. Et ait
Salomon: Benedictus Dñus Deus
Iſrael, q locutus eſt ore ſuo ad Da-
uid patrẽ meum, & in manib. eius
per-

& omnem paraturam tabernacu-
li. Porro vaſa ſanctuarii, quæ erant
in tabernaculo, portauerunt Sa-
cerdotes cum Leuitis. 6. Rex au-
tem Salomon, & vniuerſus cœ-
tus Iſrael, & omnes, qui fuerunt
congregati ante arcam, immola-
bant arietes, & boues abſque vl-
lo numero: tanta enim erat mul-
titudo victimarum. 7. Et intu-
lerunt Sacerdotes arcam fœderis
Domini in locum ſuum, id eſt,
ad oraculum templi, in Sancta
ſanctorum ſubter alas cherubim:
8. ita vt cherubim expanderent
alas ſuas ſuper locum, in quo po-
ſita erat arca, & ipſam arcam te-
gerent cum vectibus ſuis. 9. Ve-
ctium autem, quibus portaba-
tur arca, quia paululum longio-
res erant, capita parebant ante o-
raculum: ſi vero quis paululum
fuiſſet extrinſecus, eos videre non
poterat. Fuit itaq; arca ibi vſq; in
præſentem diem. 10. Nihilq; erat
aliud in arca, niſi duæ tabulæ, quas
poſuerat Moyſes in Horeb, quan-
do legem dedit Dominus filijs Iſ-
rael egredientibus ex AEgypto.
11. Egreſsis autem Sacerdotibus
de ſanctuario (omnes enim Sacer-
dotes, qui ibi potuerant inueniri,
ſanctificati ſunt: nec adhuc in illo
tempore vices, & miniſteriorum
ordo inter eos diuiſus erat) 12. tam
Leuitæ quam cantores, id eſt, &
qui ſub Aſaph erant, & qui ſub E-
man, & qui ſub Idithun, filij, &
fratres eorũ veſtiti byſsinis, cym-
balis, & pſalteriis, & citharis con-
crepabant, ſtantes ad Orientalem
plagã altaris, & cum eis Sacerdo-
tes centum viginti canẽtes tubis,

perfecit, dicens: 16. A die, qua edu-
xi populum meum Iſrael de Ægy-
pto, non elegi ciuitatem de vni-
uerſis tribubus Iſrael, vt ædificare-
tur domus, & eſſet nomen meum
ibi: ſed elegi Dauid vt eſſet ſuper
populum meum Iſrael. 17. Voluit-
que Dauid pater meus ædificare
domum nomini Domini Dei Iſra-
el: 18. & ait Dominus ad Dauid
patrem meum: Quod cogitaſti in
corde tuo ædificare domum no-
mini meo, bene feciſti, hoc ipſum
mente tractans. 19. Verumtamen
tu non ædificabis mihi domum,
ſed filius tuus, qui egredietur de
renibus tuis, ipſe ædificabit do-
mum nomini meo. 20. Confir-
mauit Dominus ſermonem ſuum,
quem locutus eſt: ſtetiq́; pro Da-
uid patre meo, & ſedi ſuper thro-
num Iſrael, ſicut locutus eſt Domi-
nus: & ædificaui domum nomini
Domini Dei Iſrael. 21. Et conſtitui
ibi locum arcæ, in qua fœdus Do-
mini eſt, quod percuſsit cum patri-
bus noſtris, quando egreſsi ſunt de
Terra Aegypti. 22. Stetit autem
Salomon ante altare Domini in
conſpectu eccleſiæ Iſrael, & expan-
dit manus ſuas in cælum, 23. & ait:
Domine Deus Iſrael, non eſt ſimi-
lis tui Deus in cælo deſuper, & ſu-
per terram deorſum: qui cuſtodis
pactum & miſericordiam ſeruis
tuis, qui ambulabant coram te in
toto corde ſuo. 24. Qui cuſtodiſti
ſeruo tuo Dauid patri meo quæ lo-
cutus es ei: ore locutus es, & mani-
bus perfeciſti, vt hæc dies probat.
25. Nunc igitur Domine Deus Iſ-
rael, conſerua famulo tuo Dauid
patri meo quæ locutus es ei, dicẽs:
Non

13. Igitur cunctis pariter, & tubis,
& voce, & cymbalis, & organis, &
diuerſi generis muſicorum conci-
nentibus, & vocem in ſublime tol-
lentibus; longe ſonitus audieba-
tur, ita vt cum Dominum laudare
cœpiſſent & dicere: Confitemini
Domino quoniam bonus, quo-
niam in æternũ miſericordia eius;
impleretur domus Dei nube, 14.
nec poſſent Sacerdotes ſtare & mi-
niſtrare propter caliginem. Com-
pleuerat enim gloria Domini do-
mum Dei.

CAP. VI.

1 NVnc Salomon ait: Do-
minus pollicitus eſt vt
habitaret in caligine: 2.
ego autẽ ædificaui do-
mũ nomini eius, vt habitaret ibi in
perpetuum. 3. Et conuertit rex fa-
ciem ſuam, & benedixit vniuerſæ
multitudini Iſrael (nã omnis tur-
ba ſtabat intenta) & ait 4. Benedi-
ctus Dominus Deus Iſrael, qui
quod locutus eſt Dauid patri meo,
opere compleuit, dicens: 5. A die,
qua eduxi populũ meum de Ter-
ra AEgypti, non elegi ciuitatem
de cunctis tribubus Iſrael, vt æ-
dificaretur in ea domus nomini
meo: neque elegi quemquam a-
lium virum, vt eſſet dux in populo
meo Iſrael, 6. ſed elegi Ieruſalem,
vt ſit nomen meum in ea, & elegi
Dauid, vt conſtituerem eum ſuper
populum meum Iſrael. 7. Cum-
que fuiſſet voluntatis Dauid pa-
tris mei, vt ædificaret domum
nomini Domini Dei Iſrael, 8. di-
xit Dominus ad eum: Quia hæc
fuit voluntas tua, vt ædifica-
res domum nomini meo, bene
qui-

Nō auferetur de te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſrael: ita tamen ſi cuſtodierint filii tui viam ſuam, vt ambulent coram me ſicut tu ambulaſti in conſpectu meo. 26. Et nunc Domine Deus Iſrael firmentur verba tua, quæ loquutus es ſeruo tuo Dauid patri meo. 27. Ergòne putandum eſt quod vere Deus habitet ſuper terram? ſi enim cælum, & cæli cælorum te capere nō poſſunt, quanto magis domus hæc, quam ædificaui? 28. Sed reſpice ad orationem ſerui tui, & ad preces eius Domine Deus meus: audi hymnum & orationem, quam ſeruus tuus orat coram te hodie: 29. vt ſint oculi tui aperti ſuper domum hanc nocte ac die: ſuper domum, de qua dixiſti: Erit nomen meum ibi: vt exaudias orationē, quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus. 30. Vt exaudias deprecationē ſerui tui & populi tui Iſrael, quodcūq; orauerint in loco iſto, & exaudies in loco habitaculi tui in cælo, & cū exaudieris, propitius eris. 31. Si peccauerit homo in proximum ſuum, & habuerit aliquod iuramentum, quo teneatur aſtrictus, & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam. 32. tu exaudies in cælo: & facies, & iudicabis ſeruos tuos, condemnans impium, & reddens viam ſuam ſuper caput eius, iuſtificanſque iuſtum, & retribuens ei ſecundum iuſtitiam ſuam. 33. Si fugerit populus tuus Iſrael inimicos ſuos (quia peccaturus eſt tibi) & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecaquidem feciſti huiuſcemodi habere voluntatem: 9. ſed non tu ædificabis domum, verum filius tuus, qui egredietur de lumbis tuis, ipſe ædificabit domum nomini meo. 10. Compleuit ergo Dominus ſermonem ſuum, quē locutus fuerat: & ego ſurrexi pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thronum Iſrael, ſicut locutus eſt Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Iſrael. 11. Et poſui in ea arcam, in qua eſt pactum Domini, quod pepigit cum filiis Iſrael. 12. Stetit ergo coram altari Domini ex aduerſo vniuerſæ multitudinis Iſrael, & extendit manus ſuas. 13. Siquidem fecerat Salomon baſim æneam, & poſuerat eam in medio baſilicæ, habentem quinque cubitos longitudinis, & quinq; cubitos latitudinis, & tres cubitos altitudinis: ſtetitque ſuper eam: & deinceps flexis genibus contra vniuerſam multitudinem Iſrael, & palmis in cælum leuatis. 14. ait: Domine Deus Iſrael, non eſt ſimilis tui Deus in cælo & in terra: qui cuſtodis pactum & miſericordiam cum ſeruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde ſuo: 15. Qui præſtitiſti ſeruo tuo Dauid patri meo quæcumque locutus fueras ei: & quæ ore promiſeras, opere compleſti, ſicut & præſens tempus probat. 16. Nunc ergo Domine Deus Iſrael, imple ſeruo tuo patri meo Dauid quæcumque locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſrael: ita tamen ſi cuſtodierint filij tui vias

cũ venerit ergo, & orauerit in hoc loco. 43. tu exaudies in cęlo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena, vt diſcant vniuerſi populi terrarum nomen tuũ timere, ſicut populus tuus Iſrael, & probēt quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper domum hanc, quã ædificaui. 44. Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellũ cõtra inimicos ſuos, per viam, quocunq; miſeris eos, orabunt te contra viam ciuitatis, quam elegiſti, & contra domum, quam ædificaui nomini tuo, 45. & exaudies in cælo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum. 46. Quod ſi peccauerint tibi (non eſt enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis ſuis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum longe vel prope, 47. & egerint pœnitentiam in corde ſuo in loco captiuitatis, & conuerſi deprecati te fuerint in captiuitate ſua, dicentes: Peccauimus, inique egimus, impie geſsimus: 48. & reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo, & tota anima ſua in terra inimicorum ſuorum, ad quam captiui ducti fuerint: & orauerint te contra viam terræ ſuæ, quam dediſti patribus eorum, & ciuitatis quam elegiſti, & tẽpli quod ædificaui nomini tuo: 49. exaudies in cœlo, in firmamẽto ſolij tui orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum: 50. & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum, quibus præuaricati ſunt in te: & dabis miſericordiam coram eis, qui

non fluxerit propter peccata populi, & deprecati te fuerint in loco iſto, & confeſsi nomini tuo, & cõuerſi à peccatis ſuis, cum eos afflixeris, 27. exaudi de cęlo Domine, & dimitte peccata ſeruis tuis & populi tui Iſrael, & doce eos viam bonam, per quam ingrediamur: & da pluuiam terræ, quam dediſti populo tuo ad poſsidendum. 28. Fames ſi orta fuerit in terra & peſtilentia, ærugo, & aurugo, & locuſta, & bruchus, & hoſtes vaſtatis regionibus, portas obſederint ciuitatis, omniſque plaga & infirmitas preſſerit: 29. ſi quis de populo tuo Iſrael fuerit deprecatus, cognoſcẽs plagã & infirmitatem ſuã, & expanderit manus ſuas in domo hac. 30. tu exaudies de cælo, de ſublimi ſcilic. habitaculo tuo, & propitiare, & redde vnicuiq; ſecundũ vias ſuas, quas noſti eum habere in corde ſuo: (tu enim ſolus noſti corda filiorum hominũ.) 31. vt timeant te, & ambulẽt in viis tuis cunctis diebus, quibus viuunt ſuper faciem terræ, quam dediſti patribus noſtris. 32. Externum quoq;, qui non eſt de populo tuo Iſrael, ſi venerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnum, & propter manum tuam robuſtam, & brachium tuum extentum, & adorauerit in loco iſto, 33. tu exaudies de cælo firmiſſimo habitaculo tuo, & facies cuncta, pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: vt ſciant omnes populi terræ nomen tuum, & timeant te ſicut populus tuus Iſrael. & cognoſcant, quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper domum hãc quam

qui eos captiuos habuerint, vt miſereantur eis. 51. Populus enim tuus eſt, & hereditas tua, quos eduxiſti de terra Aegypti, de medio fornacis ferreæ. 52. Vt ſint oculi tui aperti ad deprecationem ſerui tui, & populi tui Iſrael, & exaudias eos in vniuerſis pro quibus inuocauerint te. 53. Tu enim ſeparaſti eos tibi in hereditatem de vniuerſis populis terræ, ſicut loquutus es per Moyſen ſeruum tuum, quando eduxiſti patres noſtros de Aegypto Domine Deus. 54. Factum eſt autem, cum cōpleſſet Salomon orans Dominum omnem orationem, & deprecationem hanc, ſurrexit de conſpectu altaris Domini: vtrumque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat in cælum. 55. Stetit ergo, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael voce magna dicens: 56. Benedictus Dominus, qui dedit requiem populo ſuo Iſrael, iuxta omnia quæ locutus eſt: non cecidit ne vnus quidem ſermo ex omnibus bonis, quæ locutus eſt per Moyſen ſeruū ſuum. 57. Sit Dominus Deus noſter nobiſcum, ſicut fuit cū patribus noſtris, nō derelinquens nos, neque proijciens. 58. Sed inclinet corda noſtra ad ſe, vt ambulemus in vniuerſis viis eius, & cuſtodiamus mandata eius, & ceremonias eius, & iudicia quæcumque mandauit patribus noſtris. 59. Et ſint ſermones mei iſti, quibus deprecatus ſum coram Domino, appropinquantes Domino Deo noſtro die ac nocte, vt faciat iudicium ſeruo ſuo, & populo ſuo Iſrael per ſingulos dies: 60. vt ſciant omnes

quā ædificaui. 34. Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum contra aduerſarios ſuos per viam in qua miſeris eos, adorabunt te contra viam, in qua ciuitas hæc eſt, quam elegiſti, & domus, quam ædificaui nomini tuo: 35. tu exaudies de cælo preces eorum, & obſecrationem, & vlciſcaris. 36. Si autē peccauerint tibi (neque enim eſt homo, qui non peccet) & iratus fueris eis, & tradideris hoſtibus, & captiuos duxerint eos in terram longinquam, vel certe quæ iuxta eſt, 37. & conuerſi in corde ſuo in terra, ad quā captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis ſuæ dicentes: Peccauimus, inique fecimus, iniuſte egimus: 38. & reuerſi fuerint ad te in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, in terra captiuitatis ſuæ, ad quam ducti ſunt, adorabūt te contra viā terræ ſuæ, quam dediſti patribus eorum, & vrbis, quam elegiſti, & domus, quam ædificaui nomini tuo: 39. tu exaudies de cælo, hoc eſt, de firmo habitaculo tuo preces eorum, & facias iudicium, & dimittas populo tuo, quamuis peccatori: 40. tu es enim Deus meus: aperiantur, quæſo, oculi tui, & aures tuæ intentæ ſint ad orationem quæ fit in loco iſto. 41. Nunc igitur conſurge Domine Deus in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ: Sacerdotes tui Domine Deus induantur ſalutem, & ſancti tui lætentur in bonis. 42. Domine Deus ne auerteris faciem Chriſti tui: memento miſericordiarum Dauid ſerui tui.

omnes populi terræ, quia Dominus ipſe eſt Deus, & non vltra abſque
eo. 61. Sit quoque cor noſtrum perfectum cum Domino Deo noſtro,
vt ambulemus in decretis eius, & cuſtodiamus mandata eius, ſicut &
hodie. 62. Igitur rex, & omnis Iſrael cũ eo, immolabant victimas co-
ram Domino. 63. Mactauitq; Salomon hoſtias pacificas, quas immo-
lauit Domino, boum viginti duo millia, & ouium centum viginti
millia: & dedicauerunt templum Domini rex, & filij Iſrael. 64. In die
illa ſanctificauit rex medium atrij, quod erat ante domum Domini:
fecit quippe holocauſtum ibi, & ſacrificium, & adipem pacificorum:
quoniam altare æreum, quod erat coram Domino, minus erat, &
capere non poterat holocauſtum, & ſacrificium, & adipem pacifico-
rum. 65. Fecit ergo Salomon in tempore illo feſtiuitatem celebrem,
& omnis Iſrael cum eo, multitudo magna ab introitu Emath vſque
ad Riuum Aegypti, coram Domino Deo noſtro, ſeptem diebus, &
ſeptem diebus, id eſt, quatuordecim diebus. 66. Et in die octaua dimi-
ſit populos: qui benedicentes regi, profecti ſunt in tabernacula ſua læ-
tantes, & alacri corde ſuper omnibus bonis, quæ fecerat Dominus
Dauid ſeruo ſuo, & Iſrael populo ſuo.

COMMENTARIVS.

Præponendus hoc loco è Chald. Paraphraſi Cant. 3. v. 11.

GEſtum 12. In extructum iam templum infert Salomon vetus Moſaicum tabernaculum, eius vaſa omnia, arcam ipſam eadem religionis pompa & proceſsione, qua olim Dauid lib. 2. c. 6. niſi quod maior hic extiterit cap. 7. v. 47. c. 8. v. 5. 63. 65. 2. Paral. 5. & 7. Tum vero templum ipſum dedicatum menſe qui ſeptembri noſtro reſpondet, & dicitur Ethanim, id eſt, fortium, quod vel fructus tunc fortes, ſeu maturi ſunt; vel feſta complura ſint, quibus à fortibus & piis Deus colitur.

Judæi ſuo in calendario videntur dedicationem incipere poſt ſcenopegiorum octauam. videtur tamẽ octiduo ante cœpiſſe, totoſq; 14. dies duraſſe, vt habet v. 65. vbi 8. die ſolennitatis, ſcil. poſterioris, ſeu tabernaculorum, populus dimiſſus eſt. Ita Abulenſis, Theod. & fere Joſephus, clare vero 2. Par. cap. 7. v. 9 & 10. vbi dies dimiſſionis notatur menſis ſeptimi dies 23.

Sed quo anno? Cum enim ſupra dictum ſit anno Salomonis 11. menſe 8. templum eſſe abſolutum: quomodo menſe 7. dicitur hic v. 2. facta dedicatio?

Reſp. Abul. q. 2. cum 7. menſe omnia fere abſoluta eſſent, voluiſſe Salomonẽ propter tabernaculorum feſti oportunitatẽ anticipare omnimodam illam perfectionem, quæ paulo poſt facta eſt. Sed cum tam clare menſe iſto 7. iam perfecta dicantur omnia, c. 7. v. 48. 51. neq; veriſimile ſit ita regem opera diſtribuiſſe, vt ante dedicationem perfici non poſſent, præſtat in annum ſequentem Encænia iſta conferre; vt magis interim muri ſiccarentur, & ſuauius omnia cõpararentur. Pet. Dam. ſ. 2. de nat. B. V cum tẽplo Salomonis eã confert: fuit hoc tẽplum ẽt typus *Eccleſiæ* conſtituendæ. v. Bud. l. 5. de aſſe. p. 293. Tharg. Cant. 1. v. vlt. dixit Salomon Propheta. Quã pulchra eſt domus ſanctuarij domini, quæ ædicata eſt per manus meas ex lignis cedrinis! ſed pulchrior eſt domus ſanctuarij, quę ædificanda eſt in diebus Regis Meſſiæ. cuius trabes erunt ex cedris, quę ſunt in paradiſo voluptatis, & tigna eius ex abietibus, & arceuthis & pinis. Et Cant. 3. ver. 7. de ſacerdotibus. Quam pulchri in tempore, quo extendunt manus ſuas, & ſtant in ſuggeſto ſuo, & benedicunt populo, &c.

Quo-

Num. 5. qui vere ac iuſte, liberaretur, idq; in Jſraelis atrio, ſed coram altari fiebat, cum Gentiles in id genus ſacramentis, Deorum ſuorum aras tenerent; vt ex Gellio lib. primo, cap. tertio, patet, ſic apud Chriſtianos ad ſacra Euangelia, Euchariſtiam, SS. ſepulchra, & reliquias iuramenta interdum concipiuntur; quæ ſi propter maiorem reuerentiam fiunt, licita ſunt & bona: ſi vt miraculum ſemper & nocentis aut innocentis declaratio certa adhibeatur, fiunt, illicita ſunt, niſi ipſa Dei voluntas aliquo indicio perſpecta foret. Vide Turonenſem lib. 8. cap. 16. Abul. quæſt. 14. ſecunda quæſt. 5. Can. Mænam quendam. Can. quanto, Can. qui de Cauſa.

Qui vero iſta facere poſſunt, & pro quibus orat Salomon, ſunt primo Jſraelitæ, tum exteri Gentiles, qui vnum ſcilicet Deum credebant, eiusque colendi gratia Jeroſolymam ventitabant, v. 41. & Act. 8, Eunuchus. poſſuntq; iſti vel ſinguli, vel coniuncte accipi: ſiue bona quædam precentur, ſiue mala deprecentur, eaque vel aperta, vel occulta, qualiacumque ſint v. 37. 38. 39. 52. Eorum enumerantur hic aliquot genera.

Primum Dei teſtificatio per miraculum v. 31. 2. è bello liberatio v. 33. 3. nimia ſiccitas aeris 35. 4. Peſtis aliæque calamitates, è quibus ſimilia omnia vt dixi intelliguntur, ſed

Nota v. 38. deuotationem & imprecationem, pro oratione & precatione, bonam in partem accipi; prout Hebræa verba, quibus toties hoc cap. vtitur, declarauit; non autem pro anathematiſmo, vt habet Auguſt. quæſt. 21.

Num. ſecundo, v. 40. Solus Deus καρδιογνώστης ſtatuitur, vt Act. 1. & 15. Quia ſolus cogitationes quæ per ſe ipſas præciſe ſumuntur, nulloque vel exteriori vel interiori ſigno etiam occultiſſimo declarantur, Deus cognoſcit.

Tertio, v. 46. non eſt homo, qui non peccet, v. 1. Joannis primo, Prou. 24. & lib. 3 de Ira cap. 24. inquit Seneca. Nemo omnibus horis ſapit. Monet Ambroſ. in 1. Lucę. Hinc peccandi excuſationem capiendam non eſſe: ſed legatur Chry. hom. de Anna & Samuele. Hom. 6. in Matthæum, Auguſt. ad catechumenos, & lib. 18. ciuitatis, cap. 47.

Jn benedictione v. 60. non eſt vltra abſque eo, id eſt, vltra eum non eſt Deus.

Poſtremo ſacrificia tot adhibuit; vt altaris loco, media pauimenti, quod in atrio ſacerdotum eſt, pars ſumenda & conſecranda fuerit v. 64. Deinceps vero quotidie ſacrificauit: ſed valde ſolenniter in anno ter, Paſchate, Pentecoſte, Tabernaculis, hic cap. 9. v. 5. 2 Paralip. 8.

Sacerdotes vero & Leuitæ ſuis ſinguli officijs perfungi cœperunt 2. Paralip. 5. v. 12. & ſeqq. Licet enim à Dauide certas in claſſes diſtributi fuiſſent & munia, eum tamen ordinem reipſa nondum tenuerant 2. Paralip. 5. & 8.

Miracula tamen contigerunt: non illa, quæ de templi portis ſponte clauſis, & cum pſalmus 131. cantaretur, apertis, Rabini fabulantur: ſed nebula glorioſa & denſa, cap 8. v. 10. & 2. Paralip. 5. cap. Jgnis de cœlo, Par. cap. 7. v. 1. Sicut in dedicatione ſplendorem viſum refert Turonenſis. cap. 20 de gloria Martyrum.

CAPVT IX.

1. Factum eſt autem cũ iiperfeciſſet Salomon ædificiũ domus Domini, & ędificium regis, & omne quod optauerat & voluerat facere, 2. apparuit ei Dominus ſecũdo ſicut apparuerat ei in Gabaõ. 3. Dixitq; Dominus ad eum:

CAPVT VII.

Compleuitq; Salomõ domũ Domini, & domum regis, & omnia q̃ diſpoſuerat in corde ſuo, vt faceret in domo Domini, & in domo ſua, & proſperatus eſt. 12. Apparuit autẽ ei Dominus nocte, & ait: Audiui orationem tuam

ædificauerat Salomon duas do-
mos,id eſt, domũ Domini,& do-
mum regis, 11. (Hiram rege Tyri
præbente Salomoni ligna cedri-
na & abiegna, & aurum iuxta o-
mne quod opus habuerat)tũc de-
dit Salomon Hiram viginti oppi-
da in Terra Galilææ. 12. Et egreſ-
ſus eſt Hiram de Tyro, vt videret
oppida,quæ dederat ei Salomon,
&non placuerunt ei,13. & ait:Hę-
cine ſunt ciuitates, quas dediſti
mihi,frater? Et appellauit eas Ter-
ram chabul, vſq; in diem hanc. 14.
Miſitquoq; Hiram ad regem Sa-
lomonem centumviginti talenta
auri. 15. Hæc eſt ſumma expenſa-
rum, quam obtulit rex Salomon
ad ædificandam domum Domi-
ni & domum ſuam, & Mello, &
murum Ieruſalem, & Heſer, &
Mageddo & Gazer. 16. Pharao rex
Aegypti aſcendit, & cepit Gazer,
ſuccenditque eam igni:&Chana-
næum, qui habitabat in ciuitate,
interfecit, & dedit eam in dotem
filiæ ſuę vxori Salomonis. 17. Ae-
dificauit ergo Salomon Gazer, &
Bethoron interiorem, 18. & Baa-
lath, & Palmiram in Terra ſoli-
tudinis. 19. Et omnes vicos, qui
ad ſe pertinebant, & erant abſ-
que muro, muniuit, & ciuitates
curruum & ciuitates equitum, &
quodcumque ei placuit vt ædifi-
caret in Ieruſalem, & in Libano, &
in omni terra poteſtatis ſuæ. 20.
Vniuerſum populũ,qui remanſe-
rat de Amorrhæis, & Hethæis, &
Pherezæis,& Heuæis,& Iebuſæis,
qui nõ ſunt de filiis Iſrael: 21. horũ
filios, qui remanſerunt in terra,
quos
& dicent ſtupentes: Quare fecit
Dominus ſic terrę huic,& domui
huic? 22. Reſpondebuntq;: Quia
dereliquerunt Dominum Deum
patrũ ſuorum, qui eduxit eos de
Terra Aegypti, & apprehende-
runt deos alienos, & adorauerunt
eos, & coluerunt: idcirco vene-
runt ſuper eos vniuerſa hæc mala.

CAPVT VIII.

1. EXpletis autem viginti
annis poſtquam ædi-
ficauit Salomon do-
mum Domini & do-
mũ ſuã: 2. ciuitates, quas dederat
Hirã Salomoni, ædificauit, & ha-
bitare ibi fecit filios Iſrael. 3. Abiit
quoq; in Emath Suba, & obtinuit
eam. 4. Et ædificauit Palmiram in
deſerto, & alias ciuitates munitiſ-
ſimas ædificauit in Emath. 5. Ex-
truxitque Bethoron ſuperiorem,
& Bethoron inferiorem, ciuitates
muratas habentes portas & ve-
ctes & ſeras: 6. Balaath etiam & o-
mnes vrbes firmiſſimas, quæ fue-
runt Salomonis, cunctasque vr-
bes quadrigarum, & vrbes equi-
tum. omnia quæcumque voluit
Salomon atque diſpoſuit, ædifi-
cauit in Ieruſalem & in Libano, &
in vniuerſa terra poteſtatis ſuæ. 7.
Omnem populum, qui dereli-
ctus fuerat de Hethæis, & Amor-
rhæis, & Pherezæis, & Heuæis, &
Iebuſæis, qui non erant de ſtirpe
Iſrael, 8. de filiis eorum: & de po-
ſteris, quos non interfecerant filij
Iſrael, ſubiugauit Salomon in
tributarios, vſque in diem hanc.
9. Porro de filiis Iſrael non po-
ſuit, vt ſeruirent operibus Re-
gis:

COMMENTARIVS.

GEſtum decimumtertium. Anno templi cœpti 20. apparet ei Dominus iterum, de quo Chryſoſt. hom. 13. & 66. Deinde Tyriorum Regi, tãquam vſuario vel fructuario certum ad tempus vti quæſt. 8. monet Abul. quoad ſcilicet ſumptus quos fecerat, ipſe colligeret; oppida 20. in Galilæa donat, quæ per contemptum Chabul vocauit, id eſt, idiomate Phœnicum, vt ait Ioſephus, Non placens, alij vile, R. Dauid Lutoſam terram. R. Nahaman arenoſam.

Quod additur v. 15. poteſt Hebraice hunc etiam ſenſum habere, cauſam ob quam Salomon tributum exegit, vel Chananæis indixit v. 20. eſt, &c. Diſputant Iuriſconſulti, poſſit ne princeps è ſuo principatu quicquam alienare, dicuntque vſufructuarium à Salomone factum Tyrium regem. Hotomannus quæſt. ill. q. 1. an regibus ius ſit ditiones ſuas arbitratu ſuo diminuere? cum Salomonis exemplum obieciſſet, ita ait: de Salomonis donatione ita ſtatuendum arbitror, cum non perpetui iuris, & proprietatis, ac dominij alienandi cauſa, oppida illa viginti regi extero tradidiſſe. I. propter rationem religionis, quæ ſub extero rege mutari aut corrumpi potuiſſet. II. quia ne priuatorum quidẽ poſſeſſiones mutare regibus Iſraelis licuit, vt de poſſeſſione Naboth dictum eſt. quid ergo eſt? nimirum cum Hiramus magnam Salomoni pecuniam ad templum ædificandum crediidiſſet neq; ſatisfacere illi Salomon per id tempus poſſet, de populi conſilio, Salomon ei viginti oppida fruenda dedit; vt ex eorum vectigalibus & fructibus ſuum Hiramus ſeruaret: neque illa emptionis iure, & vt proprietarius poſſideret: ſed tãtum quaſi ἀντιχρώμενος; aut certe eo iure, quod Longobardi precarium appellant, &c.

Geſtum decimumquartum. Vrbes ædificauit, in quibus Gazer, quam, certam ob cauſam & occaſionem, Pharaoni debellandam conceſſit; quam ipſe nõ proprie in dotem, ſed in quoddam quaſi munus filiæ ſuæ, Salomonis vxori donauit, idq; munus vocant hic Græci ἀποστολάς. Fuit deinde celeberrima illa Palmyra, de qua Plinius lib. 5. cap. 25. hæc enim Thamor eſt, vt ait l. 5. Ptol. Geog. c. 15. Pirkam; quæ poſt Hadrianopolis apud Stephanum.

Vxorem Pharaonis filiam è domo Dauid eduxit, quod etſi licuiſſet, eam deinceps nullo coniugij vſu pollui vellet, quia in ea olim arca fuiſſet, quoad aliquam ipſius ſcilicet domus partem, cap. 8. Par. v. 11.

Geſtum decimumquintum. Claſſem inſtruit. v. 26. in Idumeæ portum maris Suph, quem portum ſuis temporibus dicit Joſephus vocatum Berenicem, cum alioqui ſit hæc in altero latere occidentali apud Ptolemæum & Plinium lib. 6. cap. 23. & 29. Vocatur iſta claſſis etiam Tyriorum regis nomine, c. 10. v. 22. Quia è ſubditis ſuis miſerat Tyrios, & Sidonios, quod rei nauticæ peritiſſimi eſſent: prout hic, & paſſim apud Herodotum, Aratum, Plinium & alios celebrantur. ſed naues eodem cap. 10. bis appellantur Hebraice naues Tharſis, & Paralip. c. 9. v. 21.

Sumitur vero Tharſis nomen. Primo. pro eius nominis homine Gen. 10. Secũdo. pro lapide Hebraice, Exodi 28. Tertio. pro vrbe Tharſo vel Carthagine. ita Joſephus l. 1. antiq. c. 7. Græc. c. 11. lat. Hier. ep. 137. &c. Quarto. pro regione Ciliciæ. Quinto. pro gente Indiæ, vt apud Theodoretũ quæſt. 35. D. Hier. Ierem. 10. & in quibuſdam hodie globis Geographicis, & Maphæo lib. 10. Sexto. pro mari, & hæc primaria eſt ſignificatio, & abſoluta vt ait Jeremię c. 10. & in Jſaię ſecũdum D. Hieronymus, vbi etiã docet hoc eſſe verum maris nomen Hebręũ, à quo videtur Græcorum Thalaſſa, cum ים ſit potius Syriacum, & minoribus etiam aquarum collectionibus conueniat. Hinc naues Tharſis hic, & Pſalmo. 47. Jſaiæ 2. & 23. vocantur magnæ & robuſtæ naues, quæ pelagi fluctus & tempeſtates ferre queant: ſicque pro Tharſis ſæpe noſter interpres LXX. & Chaldæus

vertunt,mare, & Jſ.vlt. v.19. vel aliquid quod cum mari affinitatem habet, vt dũ Carthaginenſes ponit, propter crebram in eo eorum nauigationem, maxime vero mare Jndicum tunc Tharſis vocatum, an propter aliquam marmoris explorationem,aut ſimilitudinem,de quo Plinius lib.*6.* cap.*22.* lib. *36.* vel contrá, vel aliam ob cauſam,non liquet. Beroaldus l.*4.* c. *6.* omnia maria cenſet Tharſis vocari à Tharſenſi mari: quemadmodum ab Euxino ponto vocatur quodlibet mare pontus.

Quònam vero hæ naues nauigarint, triplex eſt opinio.

Prima. Recentiorum plurimorum Ophir eſſe noui orbis partem occidentalem nuper inuentam,quæ Peru dicitur,ita Vatablus, Arias Móntanus, Præfaẽ in Phalec Jſai. *13.* Genebrardus, Poſtellus in Coſmog. probatur. Quia ea regio auro abundat. Secundo. Quia per literarum tranſpoſitionem ex Ophir fit Peru; & cum ſit duplex Peru, maior & minor, ecce dualis numerus expreſſe ponitur. *2.* Paralip. *3.* v.*6.*

Refellitur. Primo. Parum prudenter & apte nauis cõſtrueretur in rubri maris littore, cũ & facilior ipſis Tyrijs, & Sidonijs, ipſiq; Salomoni fuiſſet conſtructio in mari mediterraneo, propter materiæ copiã, & loci vicinitatem, facilior etiam Nauigatio per mare mediterraneum in Peru. Nam quod Genebrardus ait per Moluccas Jnſulas, nimis magnas ambages habet, neque factũ vult Maphæus lib. primo.

Secundo. Cum terram verſus orientem coniunctam haberet, quæ cerni poſſet, iiſque rebus, quas quæreret abundaret, vt ſcribunt Strabo lib. *16.* 17. & alij; quorſum ea relicta, in occidentem adeo procul vela feciſſet?

Tertio. Noſtri orbis homines occidentalem hanc nauigationem hactenus ignoraſſe patet. Primo. quia Gades habebantur extremus terræ terminus & quidem ab ipſis etiam Tyrijs, vt eſt apud Strabonem lib.3. Diodorum lib. *5.* Paterculum lib.1. Vnde vetus Prouerbium. Ad Gades. apud Pe. Apianum l. antiq. exſtat hoc Gadibus monumentum. Heliodorus inſanus Carthaginenſis ad extremum orbis, Sarcophago teſtamento me hic condi iuſſi, vt viderem, ſi quis me vnquam inſanior ad me viſendum, ad hæc vſq; loca penetrauerit. Secundo. Eam nauigationem quęrere veluti prorſus ignotam conati ſunt nonnulli apud Herodotum lib *2.3.* & *4.* Plinium lib.2. cap.*67.* idq; poſt tempora Salomonis.

Argumenta vero illa ſoluuntur. Primum quidem, quia regiones aliæ multo viciniores auro etiam abundant, vt Arabia felix. Jndia, &c.

Secundum. Nominis & litterarum tranſpoſitio efficeret Ripho vel ripo. Deinde Peru nomen indigenis Peruanis prorſus ignotum eſt: quemadmodum qui ea in regione 15. annus verſatus eſt, ſcribit Joſephus Acoſta cap. 13. lib. *1.* de natura noui orbis. ſed à flumine quodã idipſum noſtri caſu impoſuerunt, vt etiam ſcribit libro primo & quarto de Indijs Dominus Fumæus. Poſſemus pari alioquin modo à Laban & Eliſa Gen.10. arceſſere inſulam Laban, & campos Elyſios, aut Latinum Pera. & Gallicum Pſittaci nomen.

Ad tertium quod etiam obijci poſſet. Dico aurum Peruaim eſſe quod duobus ignibus vel probationibus probatum eſt, vt infra patebit domino propitio, & verſio Latina & Græca ſignificat, quemadmodum Pſalmo *11.*

Secunda opinio. eſſe Indiæ regionem, quæ à Ptolemæo aurea terra vocatur. Jta Joſephus, Theodoretus, D. Hier. epiſtola 140. ad Principiam, Procopius, Heſychius, & apud Euſeb. lib. 9. Præpar. Eupolemus, qui fere Ophir nomen retinet, ſed in mari rubro Jnſulam eſſe cum dicit, accipiendum mare rubrum pro Jndico, vti proprie fieri docet Strabo. l. c. & fatetur Ab. Ortelius. Maphæus l. *1.* & l. *16.* de Judæis exulibus à Salomone in Ophir miſſis. & quod ait (quam terram Ophir & Tarſis quidam haud abſurdis coniecturis exiſtimant) intelligere videtur Gaſparem Verrerium Luſitanum, qui de Ophir libellum ſcripſit.

eſt & prope Cataiam Regnum Tharſum. vnde Magi in Bethlehem ex opinione Lazari Sor, Ottom. cap. 38. prodierunt.

Tertia opinio. Hanc ſecundam probat; ſed ita; vt idem nomen latius pandatur, omneſque remotiores terras complectatur. Ita cap. 14. Ioſephus Acoſta. idque placet; modo, non quælibet remotiores terræ, ſed feruentiores tantum verſus meridiem accipiantur, vt indicat nauigationis ratio, Hebraica radix, & ab ea ductum Africæ nomen generale quidem, ſed ad vnam tantum particulã reſtrictum, quaſi Afirica & ignis nomen græcumque πῦρ, quod in Cratylo Barbaricum eſſe docet Plato, & Germanicum atque Gallicum. atque ita Sofala eſt Africę regio, & Orig. in Iob c. 22. vt habet annot. in LXX: Σωφιρ, quæ interpretatur κάλλιστος (alludit ad Syriac.) eſt ἀφρικὴ, vt interpretantur quidam.

Hinc vero D. Hieronymus l. cit. & alij putant, dici aurum obrizum quaſi ophirizum.

Quid vero naues inde attulerint, oſtenditur hic, & cap. 11. vbi ligna quæ allata ſunt, vertunt LXX. modo ſecuribus exciſa, modo non, ſed rudia & indolata. Quidam vero Coralia, alij Breſilium, alij Ebenum, de quo Plinius lib. 12. c. 4. noſter Thyina, quæ valde præſtantia eſſe, odorata, & immortalia docet Plinius lib. 13. cap. 16. dixi vero in Geneſ. cap. 6. ſæpe ligni ſpeciem vel pro alia ſpecie vel genere poni.

Abijſſe videntur naues ante templum abſolutum ex c. 10. v. 11. 12. Rediiſſe vero poſt tres annos, in cap. 2. Iſaiæ docet S. Hieronymus. quod etiam fecit claſſis quam occidentalem terram exploratum miſit apud Herodotum l. cit. Rex Necho. putat in Ionæ caput 1. Ribera, duas Claſſes emiſſas, ſed Ioſephus vnam tantum, ſi recte ſpectetur, tradit: eam tamen ad aurum & alia referenda, vult commerciis vſam.

CAP. X.

1. SEd & Regina Saba, au-
dita fama Salomonis
in nomine Domini,
venit tentare eum in ænigmati-
bus. 2. Et ingreſſa Ieruſalem mul-
to cum comitatu, & diuitiis, ca-
melis portantibus aromata, & au-
rum infinitum nimis, & gemmas
pretioſas, venit ad regem Salomo-
nem, & locuta eſt ei vniuerſa quæ
habebat in corde ſuo. 3. Et docuit
eam Salomon omnia verba, quæ
propoſuerat: non fuit ſermo, qui
regem poſſet latere, & nõ reſpon-
deret ei. 4. Videns autem Regina
Saba omnẽ ſapientiam Salomo-
nis, & domum, quam ædificaue-
rat, 5. & cibos menſæ eius, & habi-
tacula ſeruorum, & ordines mini-
ſtrantium, veſteſq; eorum, & pin-
cernas,

CAP. IX.

1 REgina quoque Saba,
cùm audiſſet famam
Salomonis, venit vt
tentaret eum in ænigmatibus in
Ieruſalem, cum magnis opibus &
camelis, qui portabãt aromata, &
auri plurimum gemmaſq; pretio-
ſas. Cumque veniſſet ad Salomo-
nem, locuta eſt ei quæcunq; erant
in corde ſuo. 2. Et expoſuit ei Sa-
lomon omnia quæ propoſuerat:
nec quidquam fuit, quod non per-
ſpicuum ei fecerit. 3. Quæ poſtquã
vidit, ſapientiam ſcilicet Salomo-
nis, & domum quam ædificaue-
rat, 4. necnon & cibaria menſæ e-
ius, & habitacula ſeruorum, & of-
ficia miniſtrorum eius, & veſtimẽ-
ta eorum, pincernas quoq; & ve-
ſtes eorũ, & victimas quas immo-

cernas, & holocauſta, quæ offerebat in domo Domini: non habebat vltra ſpiritum. 6. dixitq; ad regem: Verus eſt ſermo, quē audiui in terra mea 7. ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua: & non credebā narrantibus mihi, donec ipſa veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nunciata non fuerit: maior eſt ſapientia & opera tua, quàm rumor, quē audiui. 8. Beati viri tui, & beati ſerui tui, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam. 9. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronum Iſrael, eo ꝙ dilexerit Dominus Iſrael in ſempiternum, & conſtituit te regē, vt faceres iudicium & iuſtitiam. 10. Dedit ergo regi centū viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretioſas: non ſunt allata vltra aromata tam multa, quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni. (11. Sed & claſsis Hirā, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pretioſas. 12. Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domus Dñi, & domus regiæ, & citharas lyraſq; cantoribus: nō ſunt allata huiuſcemodi ligna thyina, neq; viſa vſq; in præſentem diem.) 13. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis his, q̄ vltro obtulerat ei munere regio. Quæ reuerſa eſt, & abijt in terram ſuam cum ſeruis ſuis. 14. Erat autē pondus auri, ꝙ afferebatur Salomoni per annos ſingulos, ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum auri: 15. exce-

labat in domo Domini: non erat præ ſtupore vltra in ea ſpiritus. 5. Dixitq; ad regē: Verus eſt ſermo, quem audierā in terra mea de virtutibus & ſapientia tua. 6. Nō credebam narrantibus donec ipſa veniſſem, & vidiſſent oculi mei, & probaſſem vix medietatē ſapientiæ tuę mihi fuiſſe narratam: viciſſti famam virtutibus tuis. 7. Beati viri tui, & beati ſerui tui, qui aſſiſtunt coram te omni tempore, & audiunt ſapientiam tuam. 8. Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare ſuper thronum ſuum, regē Domini Dei tui. Quia diligit Deus Iſrael, & vult ſeruare eum in æternum, idcirco poſuit te ſuper eum regē, vt facias iudicia atq; iuſtitiam. 9. Dedit aūt regi cētum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretioſiſsimas: nō fuerunt aromata talia vt hæc, q̄ dedit regina Saba regi Salomoni. 10. Sed & ſerui Hiram cum ſeruis Salomonis attulerūt aurum de Ophir, & ligna thyina, & gemmas pretioſiſsimas: 11. de quibus fecit rex, de lignis ſcil. thyinis, gradus in domo Domini, & in domo regia, citharas quoq;, & pſalteria cantoribus: nunquam viſa ſunt in terra Iuda ligna talia. 12. Rex aūt Salomon dedit reginę Saba cūcta quæ voluit, & q̄ poſtulauit, & multo plura quam attulerat ad eum: quæ reuerſa, abijt in terram ſuam cum ſeruis ſuis. 13. Erat autē pondus auri, quod afferebatur Salomoni per ſingulos annos, ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri: 14. excepta ea ſumma, quā legati diuerſarū gentium, & negotiato-

excepto eo, quod afferebant viri, qui ſuper vectigalia erãt, & negotiatores, vniuerſiq; ſcruta vendentes, & omnes reges Arabiæ, duceſque terræ. 16. Fecit quoq; rex Salomon ducenta ſcuta de auro puriſsimo, ſexcentos auri ſiclos dedit in laminas ſcuti vnius. 17. trecentas peltas ex auro probato: trecẽtæ minæ auri vnam peltam veſtiebant: poſuitque eas rex in domo ſaltus Libani. 18. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grãdem: & veſtiuit eũ auro fuluo nimis, 19. qui habebat ſex gradus: & ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori: & duæ manus hinc atq; inde tenentes ſedile: & duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas. 20. Et duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde: non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis. 21. Sed & omnia vaſa, quibus potabat rex Salomon, erant aurea: & vniuerſa ſupellex domus ſaltus Libani de auro puriſsimo: non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis, 22. quia claſsis regis per mare cum claſſe Hiram ſemel per tres annos ibat in Tharſis, deferens inde aurum, & argentum, & dentes elephantorum, & ſimias, & pauos. 23. Magnificatus eſt ergo rex Salomõ ſuper omnes reges terræ diuitiis, & ſapientia. 24. Et vniuerſa terra deſiderabat vultum Salomonis, vt audiret ſapientiam eius, quã dederat Deus in corde eius. 25. Et ſinguli deferebant ei munera, vaſa argentea & aurea, veſtes & arma bellica, aromata quoq;, & equos & mulos per an-

tiatores afferre conſueuerant, omneſque reges Arabiæ, & ſatrapæ terrarum, qui comportabant aurum & argentũ Salomoni. 15. Fecit igitur rex Salomon ducentas haſtas aureas de ſumma ſexcentorum aureorum, qui in ſingulis haſtis expendebantur: 16. trecenta quoque ſcuta aurea trecentorum aureorum, quibus tegebantur ſingula ſcuta: poſuitque ea rex in armamentario, quod erat conſitum nemore. 17. Fecit quoque rex ſolium eburneum grande, & veſtiuit illud auro mundiſsimo. 18. Sex quoque gradus, quibus aſcendebatur ad ſolium, & ſcabellum aureum, & brachiola duo altrinſecus, & duos leones ſtantes iuxta brachiola, 19. ſed & alios duodecim leunculos ſtantes ſuper ſex gradus ex vtraque parte: non fuit tale ſolium in vniuerſis regnis. 20. Omnia quoq; vaſa conuiuij regis erãt aurea, & vaſa domus ſaltus Libani ex auro puriſsimo. Argentũ enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. 21. Siquidem naues regis ibant in Tharſis cum ſeruis Hirã, ſemel in annis tribus: & deferebant inde aurum & argentum, & ebur, & ſimias, & pauos. 22. Magnificatus eſt igitur Salomon ſuper omnes reges terræ præ diuitiis & gloria. 23. Omneſque reges terrarum deſiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent ſapientiam, quã dederat Deus in corde eius: 24. & deferebant ei munera, vaſa argentea, & aurea, & veſtes & arma, & aromata, equos, & mulos, per ſingulos annos. 25. Habuit quoq; Salomon quadraginta

annos ſingulos. 26. Congregauitque Salomon currus & equites, & facti ſunt ei mille quadringēti currus, & duodecim millia equitum: & diſpoſuit eos per ciuitates munitas, & cum rege in Ieruſalem. 27. Fecitque vt tanta eſſet abundantia argenti in Ieruſalem, quanta & lapidum: & cedrorũ præbuit multitudinem quaſi ſycomoros, quæ naſcuntur in campeſtribus. 28. Et educebantur equi Salomoni de AEgypto, & de Coa. Negotiatores enim regis emebant de Coa, & ſtatuto pretio perducebant. 29. Egrediebatur autem quadriga ex AEgypto ſexcentis ſiclis argenti, & equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos venundabant.

ta millia equorum in ſtabulis, & curruum, equitumq; duodecim millia, conſtituitque eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex in Ieruſalem. 26. Exercuit etiam poteſtatem ſuper cunctos reges à flumine Euphrate vſq; ad terram Philiſthinorum, & vſq; ad terminos AEgypti. 27. Tantamque copiam præbuit argenti in Ieruſalē quaſi lapidum: & cedrorum tantam multitudinē velut ſycomororum, quæ gignuntur in campeſtribus. 28. Adducebantur autem ei equi de AEgypto, cunctiſq; regionibus. 29. Reliqua autem operum Salomonis priorum & nouiſſimorum ſcripta ſunt in verbis Nathan Prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in viſione quoq; Addo Videntis, contra Ieroboam filium Nabat. 30. Regnauit autem Salomon in Ieruſalem ſuper omnem Iſrael quadraginta annis. 31. Dormiuitq; cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauid: regnauitque Roboam filius eius pro eo.

COMMENTARIVS.

GESTVM DECIMVMSEXTVM. Sabam reginam magnificentiſſime accepit. Hæc à Chriſto Domino Matth. 12. vocatur Regina Auſtri, à Ioſepho Nicaule, in libr. Iuchaſin p. 136. Nicolaa. In AEthiopica legatione apud Damianum Goënſem, Maqueda.

Quænam hæc regina, vide apud Pinedam cap. 1. Iob v. 14. D. Bernard. ep. 259. ad Hieroſolym. reginam ait: regina Auſtri venit audire ſapientiam Salomonis, vt regi diſceret, & ſic regeret. alioquin bene non regis, ſi bene non regeris. & ſer. 22. in Cant. myſtice. Caſſiod. ep. vlt. l. 10. Amalefuentham cum hac confert. D. Ambroſ. lib. 1. de fide ad Grat. in principio, ait: quæ fama eam excitarit. D. Hier. initio ep. ad Alg. ſcribit: ad quæſtionum tuarum lectionem intellexi ſtudium reginæ Sabæ in te eſſe completum, &c. eodemque modo S. Paulinus ep. 1. ad Seuer. qui ad ipſum venire voluerat.

De eius aromatibus vide Petrum Damianum ſerm. 30. pag. 82. de B. Magdalena, & S. Bern. loc. cit. conferentem cum hac regina Eccleſiam, Albinum in ep. ad Carol. Mag. Lorinum in Acta c. 2. pag. 104.

Sed quænam Sabæ regio ſit iſta, duplex opinio.

Prior, eſſe AEthiopiam, eam quæ ſub AEgypto; vbi vrbs quæ poſtea Meroë dicta eſt, olim Saba vocabatur, vt ait Strab. lib. 17. Ita Abul. quæſt. 2. vel AEthiopiam, quæ hodie Abyſſina. Ita ſibi perſuadent AEthiopes Abyſſini hodie, vt patet ex Damiano citato.

Sed

Sed Ioſephus cum ex Herodoto ſententiam ſuam probat, fallitur primo in homine. Apud illum enim regina dicitur Nictoris, ſecundo. non fuit ipſa poſt 330 Ægypti reges, vt ipſe putat; ſed is quem Herodotus Mœrim, Diodorus libro 1. Meridiem vocat. tertio, Fallitur; dum poſt Pharaonem iſtum Salomonicum in ſcriptura nullum amplius Pharaonem vocari ſcribit contra lib. 4. c. 17, 18. 23. Iſaiæ 19. 30. 36. Ieremiam & Ezechielem ſæpe. quarto, Hæc regina fuiſſet Pharaonis, cuius filiam duxerat Salomon, vel vxor, vel filia, vel propinqua, & tunc non tam admirationis quam propinquitatis cauſa veniſſe videretur, & ad nuptias forte olim veniſſet; vel in bello contra Gazer. at cap. 11. dum alia Pharaonis vxor hucuſque ſoror traditur, hæc excluditur.

Poſterior opinio: Sabam eſſe Arabiæ Felicis partem. Ita Eugubinus in Gen. lib. 16. v. 133. D. Hier. I ſ 60. Madiam & Epha regiones (ait) ſunt trans Arabiam, fertiles camelorum omniſque prouincia appellatur Saba, vnde fuit & Saba regina. Suarez tomo 2. ſect. 3.

Probatur primo. Quia ſcribitur per ש, Tunc enim Arabiam ſignificare ſolet, vt patet ex Gen. 10. v. 7. Iob. 1. Iſaiæ 43. 60. Pſalm. 71. Secundo. Ex muneribus quæ attulit, quibus ea regio abundat Iſaiæ 60. Pſalm. 71. Diodorus Siculus lib. 3. cap 9. Plinius 12. cap. 14.

An eadem Arabia interdum etiam Æthiopia vocetur, alterius loci eſt. Itēque an rex Gaſpar ibi ſedem habuerit, vt ait Benedictus. Tantum iam obſeruandum, monere Joſephum ab hac Regina, fuiſſe in Iudæam primum allatam opobalſami radicem; quod tamen veriſimile haud videri alibi dicetur.

Addit Glycas eam fuiſſe Sibyllam, & de dignoſcendis puellorum & puellarum faciebus ænigma propoſuiſſe. Hodierni Æthiopes ſe ab ea circūciſionem accepiſſe credunt, eamque ex Salomone filium concepiſſe, qui Meilech dictus ſit, & poſt viginti annos, cum à matre ad Salomonem miſſum; vt ſapientiam ab eo diſceret: remiſſum cum Azaria filio Sadoc hunc abſtuliſſe tabulas ex Arca &c. hinc ſe Dauid Rex Æthiopum in literis ad regem Luſitaniæ aliquando vocat filium Salomonis &c.

Theodorus lector 2. Collect. ait: iſto tempore Himerannos factos Gentiles, qui 25. Anno Anaſtaſij Imper. ad Chriſti D. fidem acceſſerunt, vt eſt apud Baron. t. 6. anno Domini 515.

Venit auditâ fama Salomonis in nomine Domini, v. 1. id eſt, Fama, quam in nomine ſeu virtute & fauore Dei collegerat Salomon. narrat hoc lib. 3. cap. 26. ſch. hiſt. & Carth. in cap. 5. Joannis, fabulam: prædixiſſe reginam iſtam, fore vt in Cedronis ponte ſuſpenderetur, qui Salomone ſapientior. vide Gretſerum cap. 4. lib. 1. de cruce.

Geſtum 17. Auri & argenti maxima ei copia ſuppetebat: idque variis modis, v. 14. ſed v. 15. duplicis generis negotiatores ponuntur, maiores & minores, qui ſcruta vendentes dicuntur: id eſt, minutiores merces, quas diligentiſſime ſcrutantur. Legerunt nonnulli ſcuta, quod Hebræa vox ferre poteſt, correcta tamen Biblia, ſcruta retinuerunt. quo nomine tanquam communi, merces omnes etiam pretioſiſſimas à Latinis exprimi, teſtis D. Hieronymus in cap. 27. Hieremiæ.

Dum verſ. 27. Cum lapidum abundantia argentum confertur, refert Genebrardus ad ipſius Salomonis æſtimationem: vt argentum ſcilicet non pluris, quam lapides faceret. Sed ſimpliciter accipi poteſt, per Hyperbolen tamen, vti & Iob. 27. Eccl. 47.

Subditur v. 28. de Equis adductis ex Ægypto & Ecuæ vel Thecuæ, vt habent LXX. & Græci, noſter de Coa. Chaldæus vero, v. 29. ait: Collectio mercatorum regis emebant collectionem pretio.

Rabini

Rabini Dauid, & *S*alomō, Joſeph & Leui, varias admodum apud Pagninum expóſitiones afferunt, quarum ſumma. Mercatorum multitudinem ex AEgypto attuliſſe pretio vel byſſum, ſeu telam, vel equorum aliarumue rerum multitudinem. At primo neſciunt an eodem modo accipiatur nomen מרוך primo & ſecundo loco, quod noſter Coam vertit. *S*ecundo, an exitus pro egreſſu, an pro vectigali. Tertio fingunt à Pharaone, datum *S*alomoni, vt in AEgypto equos abſque vectigali emere poſſet, imo omnium quæ emerent vectigal ad ipſum reuolueretur; item non potuiſſe quemquam Byſſina veſte indui abſque licentia, quæ pretio, quod *S*alomoni donaretur, comparanda erat.

Ideoq; noſtra verſio retinenda, quæ cum LXX. conuenit, & explicat primo, vnde equi emerentur: ex AEgypto ſcilicet, & Coa, per quam tanquam partem, intelligenda pars occidentalis, vbi equorum negotiatio maior erat, vel etiam AEgypti vrbs, de qua *S*tephanus Byzantius, vbi equorum mercatus celeberrimus. ſecundo, Quomodo emerentur, v. 28. & *29*. Poſtremo, ſic etiam à Regibus Hethæorum & *S*yrorum egreſſos equos per manus eorum, id eſt, inquit Chaldæus, in voluntate eorum, i. dum ipſi equos vendere vellent. Quod breuiter & clare noſter interpres.

CAPVT XI.

1. REx autem Salomon adamauit mulieres alienigenas mul-
tas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammo-
nitidas, Idumæas, & Sidonias, & Hetthæas: 2. de genti-
bus, ſuper quibus dixit Dominus filiis Iſrael: Non ingre-
diemini ad eas, neq; de illis ingredientur ad veſtras: certiſsime enim a-
uertent corda veſtra vt ſequamini deos earum. His itaq; copulatus
eſt Salomon ardentiſsimo amore. 3. Fueruntq; ei vxores quaſi reginæ
ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ: & auerterunt mulieres cor eius.
4. Cumq; iam eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſe-
queretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cū Domino Deo
ſuo, ſicut cor Dauid patris eius. 5. Sed colebat Salomon Aſtarthen de-
am Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum. 6. Fecitq; Salo-
mon quod non placuerat coram Domino, & non adimpleuit vt ſe-
queretur Dominum, ſicut Dauid pater eius. 7. Tunc ædificauit Salo-
mon fanum Chamos, idolo Moab, in monte qui eſt contra Ieruſalem,
& Moloch idolo filiorum Ammon. 8. Atq; in hunc modum fecit vni-
uerſis vxoribus ſuis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant
diis ſuis. *9*. Igitur iratus eſt Dominus Salomoni, ꝙ auerſa eſſet mens
eius à Domino Deo Iſrael, qui apparuerat ei ſecundo, 10. & præcepe-
rat de verbo hoc ne ſequeretur deos alienos, & non cuſtodiuit quæ
mandauit ei Dominus. 11. Dixit itaq; Dominus Salomoni? Quia ha-
buiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea,
quæ mandaui tibi, diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud
ſeruo tuo. 12. Verumtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid
patrem tuum: de manu filij tui ſcindam illud, 13. nec totum regnū au-
feram, ſed tribum vnā dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meum,
& Ieruſalem quam elegi. 14. Suſcitauit autem Dominus aduerſarium
Salo-

Salomoni Adad Idumæum de ſemine regio , qui erat in Edom. 15.
Cùm enim eſſet Dauid in Idumæa, & aſcendiſſet Ioab princeps mili-
tiæ ſepeliendum eos,qui fuerant interfecti,& occidiſſet omne maſcu-
linum in Idumæa (16 ſex enim menſibus ibi moratus eſt Ioab,& om-
nis Iſrael, donec interimeret omne maſculinum in Idumæa) 17. fugit
Adad ipſe, & viri Idumæi de ſeruis patris eius cum eo,vt ingrederetur
AEgyptum: erat autem Adad puer paruulus. 18. Cumq; ſurrexiſſent
de Madian,venerunt in Pharan, tuleruntq; ſecum viros de Pharan,&
introierunt AEgyptum ad Pharaonem regem AEgypti: qui dedit ei
domum,& cibos conſtituit,& terram delegauit. 19. Et inuenit grati-
am coram Pharaone valde,in tantum vt daret ei vxorem,ſororem v-
xoris ſuę germanam Taphnes reginæ. 20. Genuitq; ei ſoror Taphnes
Genubath filium,& nutriuit eum Taphnes in domo Pharaonis:erat-
que Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis eius. 21. Cumq;
audiſſet Adad in AEgypto, dormiſſe Dauid cũ patribus ſuis, & mor-
tuum eſſe Ioab principem militiæ,dixit Pharaoni:Dimitte me,vt va-
dam in terram meam. 22. Dixitque ei Pharao: Qua enim re apud me
indiges, vt quæras ire ad terram tuam? At ille reſpondit: Nulla: ſed
obſecro te vt dimittas me. 23. Suſcitauit quoque ei Deus aduerſarium
Razon filium Eliada; qui fugerat Adarezer regem Soba dominum
ſuum: 24. & congregauit contra eum viros, & factus eſt princeps la-
tronum cùm interficeret eos Dauid: abieruntque Damaſcum,& ha-
bitauerunt ibi,& conſtituerunt eum regem in Damaſco, 25. eratque
aduerſarius Iſraeli cũctis diebus Salomonis: & hoc eſt malum Adad,
& odium contra Iſrael, regnauitq; in Syria. 26. Ieroboam quoque fi-
lius Nabat,Ephrathæus,de Sareda, ſeruus Salomonis, cuius mater e-
rat nomine Sarua,mulier vidua: leuauit manum contra regẽ. 27. Et
hæc eſt cauſa rebellionis aduerſus eum,quia Salomon ædificauit Mel-
lo,& coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris ſui. 28. Erat aũt Ie-
roboam vir fortis & potens: videnſq; Salomon adoleſcentem bonæ
indolis & induſtrium,conſtituerat eum præfectum ſuper tributa vni-
uerſæ domus Ioſeph. 29. Factũ eſt igitur in tempore illo, vt Ieroboam
egrederetur de Ieruſalem, & inueniret eum Ahias Selonites prophe-
ta in via,opertus pallio nouo:erãt autem duo tantùm in agro. 30. Ap-
prehendenſq; Ahias pallium ſuum nouum,quo coopertus erat,ſcidit
in duodecim partes. 31. Et ait ad Ieroboam: Tolle tibi decem ſciſſu-
ras: hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael: Ecce ego ſcindam regnum
de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. 32. Porro vna tribus
remanebit ei propter ſeruum meum Dauid, & Ieruſalem ciuitatem,
quam elegi ex omnibus tribubus Iſrael: 33. eò quod dereliquerit me,
& adorauerit Aſtarthen deam Sidoniorum,& Chamos deum Moab,
& Moloch deum filiorum Ammon: & non ambulauerit in viis meis,
vt faceret iuſtitiam corã me, & præcepta mea, & iudicia ſicut Dauid

pater eius. 34. Nec auferam omne regnum de manu eius, ſed ducem
ponam eum cunctis diebus vitæ ſuæ, propter Dauid ſeruum meum,
quem elegi, qui cuſtodiuit mandata mea & præcepta mea. 35. Aufe-
ram autem regnum de manu filij eius, & dabo tibi decem tribus: 36.
filio autem eius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid ſer-
uo meo cunctis diebus coram me in Ieruſalem ciuitate, quam elegi
vt eſſet nomen meum ibi. 37. Te autem aſſumam, & regnabis ſuper
omnia, quæ deſiderat anima tua, eriſq; rex ſuper Iſrael. 38. Si igitur au-
dieris omnia, quæ præcepero tibi, & ambulaueris in viis meis, & fece-
ris quod rectum eſt coram me, cuſtodiens mandata mea & præcepta
mea, ſicut fecit Dauid ſeruus meus: ero tecum, & ædificabo tibi do-
mum fidelem, quomodo ædificaui Dauid domum, & tradam tibi Iſ-
rael: 39. & affligam ſemen Dauid ſuper hoc, verumtamen non cun-
ctis diebus. 40. Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam: qui ſur-
rexit, & aufugit in AEgyptum ad Seſac regem AEgypti, & fuit in AE-
gypto vſq; ad mortem Salomonis. 41. Reliquum autem verborũ Sa-
lomonis, & omnia quæ fecit, & ſapientia eius: ecce vniuerſa ſcripta
ſunt in Libro verborum dierum Salomonis. 42. Dies autem, quos re-
gnauit Salomon in Ieruſalem ſuper omnem Iſrael, quadraginta anni
ſunt. 43. Dormiuitq; Salomon cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ci-
uitate Dauid patris ſui, regnauitq; Roboam filius eius pro eo.

COMMENTARIVS.

GESTVM DECIMVMOCTAVVM. Hic Salomonis in peccatum ruina, & pœna explicatur. Peccatum eſt ſextuplex.

Primò, vxores ducit alienigenas, contra legem Exodi 34.

Secundo, ducit nimis multas, tam alienigenas, quã Iſraeliticas, contra Deuteronom. 17. Cum enim ſæpe dictum ſit, concubinarum nomine vxores minus principales intelligi poſſe, omnes ipſius vxores 1000. fuerunt, quarum dicuntur *700.* quaſi Reginæ: quod & regio cultu ac nomine vterentur, & regũ principumque hominum filiæ eſſent. Cantic. *6.* pauciores numerantur. Quia & pauciores tunc habebat; ſed adoleſcentulæ, quarum ibi non eſſe dicitur numerus, etſi à D. Hieronymo epiſtola *132.* ſcorta vocantur, pediſſequæ tamen fuiſſe videntur, aut ex illo virginum genere, quæ vxores fieri poſſent, vt Heſter ſecundo.

Tertio, Mulierculis iſtis poteſtatem fecit Idola ſua colendi, propriaque ijs Phana in Olivueti monte conſtruxit. De Aſtarte, & Camos dictum in Iudicibus. Moloch verò Deus erat apud Ammonitas omnium ſanctiſſimus & maximus; & exponitur Rex: quod hominum Deorumque omnium rex haberetur, & à Regibus præcipue coleretur, quemadmodum moriens Cambyſes inuocabat θεὺς βασιλέας. & apud Xenoph. ζεὺς βασιλεύς ſæpe rogatur. LXX. vel vocem Moloch retinent, vt S. Lucas Actorum *7.*, vel cum ea, aut ſine ea vertunt Regem eorum. Quia Hebraicè dicitur etiam Melchon & Melech. Leuit. *19.* v. 21. & cap. *20.* v. 2. Molech; & *I*eremiæ *32.*

Quarto, Ipſemet tandem Idola cæcus & excors adorauit. Negat hoc loco Robertus Stephanus. Sed affirmant *I*renæus libro 4. cap. 45. Tertullian. libro *5.*

contra

contra Marcionem, *I*uſtinus contra Tryphonem, Baſilius epiſtola ad Cheldionem, Auguſtinus 14. ciuit. cap. 11. Lucifer Calaritanus libro de Regibus Apoſtaticis, alij. Eſtque res clara è ſcriptura hîc, v. *4*. & 5. Adorauit tamen: non quod diuinitatis aliquid Diis illis ineſſe putârit; ſed tantum mulierculis, vt placeret, teſte Auguſtino, l. cit. & lib. 11. de Gen ad lit. cap. *42*.

Quinto, Multos Iſraelitas exemplo iſto ſuo deprauauit; vt Hebraicè dicitur, verſic. *23*.

Sexto, Pecunias hoc eodem tempore grauiſſimis exactionibus extorquebat, ſicque duriſſimo iugo Iſraelitas vexabat, cap. *12*. Nam ad tot mulierculas ornandas, comendas, delicatè & magnificè ſuſtentandas, incredibili ſumptu opus erat. porri folio, vt aiebant veteres, Cupidinis crumena vincta eſt.

Aiunt Suidas & Cedrenus à Salomone librum in templi veſtibulo inciſum, quem reuellerit *E*zechias Rex. Nicetas lib. 4. magicum librum vocat *S*alomonium.

Geſtum decimumnonum. Pœna duplex fuit: Vna poſt ipſam mortem. Altera ipſo adhuc ſuperſtite.

Illa fuit vt tribus ab ipſius regno ſeceſſionem facerent, aliaque ex ſtirpe regem crearent. Duæ reliquæ penes filium ipſius manerent: Iuda & Beniamin: quæ aliquando ambæ exprimuntur, aliquando vna tantum.

Illi dari dicitur Beniamin, videlicet vt ait quæſt. *35*. Theodoretus, Procopius, Abulen. quaſi *I*udæ tribus, è qua Dauid fuit, ipſius nepotum propria iam eſſet. quod duæ iſtæ relinquantur diuinæ fuit miſericordię. primo, propter Dauid verſic. *13*. *32*. 34. Vbi obſerua: non propter *D*ei promiſſionem tantum, ſed ipſius etiam Dauidis merita, quia videlicet mandata cuſtodiuit, hoc ipſum fieri, quemadmodum, cap *15*. v. 4 & *5*.

Dauidis porro Lucerna v. *36*. vocatur eius poſteritas, non qualiſcumque, ſed ſplendida & glorioſa. ſecundo, Propter Jeruſalem v. *36*. vbi vides Deum certa quædam loca ſibi deligere, in quibus, & propter quæ potius, quam propter alia benefaciat.

Altera pœna fuit bellum duplex: vnum ab Auſtro, v. *14*. Alterum ab *A*quilone, per Sopheni regis ducem, qui cum Dauid illos bello interimeret, à rege ſuo profugerat, latronumque princeps factus erat: vti cum noſtro *I*nterprete tradit *I*oſephus. Hic aduerſarij ſemper vocantur *S*athanæ, vt Matth. *16*.

*A*dijcitur à *I*oſepho Bellum tertium per Jeroboamum. *S*ed huius belli cauſa mirabilis à Rabinis fingitur: à Joſepho autem, quod regnum promiſſum, ambitioſe ſtatim accipere voluerit. ſed *D*omini tunc præceptum violaſſet, v. *38*. ideoque non prœmio aut regno, ſed pœna poſtea affectus fuiſſet. *I*deoq; dum dicitur verſ. *26*. manum contra *S*alomonem leuaſſe, intelligendum id factum, quia contra eius filium leuauit: quemadmodum & v. *31*. Dum vero cauſa rebellionis v. *27*. traditur, intelligenda eſt occaſio & ratio tota per quam Jeroboam cap. *12*. ad regnum aſcendit.

Dauidis porro ſemen v. 39. dicitur affligendum, ſed non cunctis diebus; quia vt quibuſdam videtur, Chriſti Domini tempore veram libertatem aſſequentur. Hebræi tamen in Zeder cap. 15. ad *A*ſæ regis tempora referunt.

Quæritur: an pœnitentiam fecerit Salomon? an vero æternum damnatus ſit?

PRima opinio: Eum non egiſſe pœnitentiam, damnatumque cenſet D. *A*uguſtinus, vt videtur lib. *22*. contra Fauſtum, cap. 81. & *88*. Libro 17. ciuit. cap. *8*. & *20*. *D*. Cyprianus epiſtola 7. Et libro de vnitate Eccleſiæ, Tertullianus lib. de præſcript. cap. *2*. lib. 2. contra Marcionem. Chryſoſtom, ſerm. de

Pœnit Rabanus 4.Regum 23.Beda 3.Regum 6.Iſidorus de vita & morte cap.24. Lyra: hic, Cyrillus contra Iulianum, & ex eo Glycas p.2.

Probatur primo. Quia nulla eius pœnitentia ſcripta eſt. ſecundo, Quia Ioſephi tempore delubra eius adhuc extabant.

Secunda opinio: Egiſſe pœnitentiam, ſaluatumque eſſe.

Probatur primo. Ex ſcriptura tripliciter: primo, Prouerb.24. Poſui in corde meo &c. Hæc in corde poſitio, non eſt qualiſcumque cogitatio, ſed pœnitentiæ vt Iſaiæ 38. Recogitabo tibi. Docent hoc LXX. qui verterunt: ὕστερον ἐγὼ μετενόησα, id eſt, vt in Ezech.43. vertit D. Hieronymus: Nouiſſime egi pœnitentiam, & reſpexi vt eligerem diſciplinam. ſecundo, Eccl.47. tantum dicitur gloriam ſuam aliquantulum maculaſſe, ſtatimque ſubditur: Deum miſericordiam ſuam non derelicturum. tertio, Dixerat Dominus 2. Regum 7, Si peccaret Salomon; fore, vt virga virorum, & plagis hominum caſtigaretur; quibus ij videlicet ad meliorem frugem reuocantur, vt Apocal.3. Hebræor.12.

Secundo, probatur authoritate D. Irenæi lib.4. cap.45. Thaumaturgi in 2. Eccleſiaſtæ, D. Hieronymi l. cit. D. Ambroſij ter ſanctum eum vocantis. S. Macarij Epiſtola ad Januarium. Ruperti lib.7. Glorificationis Trinitatis cap.1. D. Antonini ſumma 3. Reg.3. Vincentij in ſpeculo Hiſtor. lib.2. cap.84: omniumque Rabinorum, etiam vetuſtiſſimorum, vt oſtendit D. Hieronym. in cap.1. Eccleſiaſtæ: atque hinc eum eo afficiunt titulo, quo beatos conſuerunt: & quidem excellentes; verbi cauſa, Moyſen: dum dicunt: Salomon rex, ſuper quem pax. ita enim ſuos in Exodum commentarios orditur R. Bochai.

Tertio, Dominus Deus ei ſe futurum in patrem promiſerat 2. Regum 7. nomen indiderat Iegdidga, id eſt, Dilectus Domino: Chriſti Domini noſtri typus expreſſiſſimus fuit: canonicorum librorum eſt ſcriptor: In Dauidis ſepulchro tumulatus eſt: pro ipſo tam ſæpe, tamque ſerio precatus eſt Dauid. An fruſtra hæc omnia? an talis probabiliter in infernorum Barathrum collocetur?

Ad primum argumentum partis contrariæ reſpondeo: Pœnitentiam eius licet non ex hoc, ex alio tamen aſſeri loco. quod nec tamen neceſſarium fuiſſet. vbi enim Adami, Loth, Samſonis, aliorum pœnitentia?

Ad ſecundum. Vel delubra illa obſerata erant: alioquin enim Ezechias diruiſſet; vel eorum tantum rudera ſupererant, quæ quia impij reædificarant, Salomonis excelſa vocantur. ſic Munc. lib.1. de Aaron c.15. pag.193. non fuiſſe eadem numero idola, ſed ſpecie &c. de hoc Salomonis lapſu legendus eſt Cyrillus lib.7. contra Julian.

Geſtum vltimum. Obijt vt Lyra, & Abul. anno ætatis 60. vt patres citati ſup. anno 52. libri qui hic & 7. Paral.4. numerantur, interierunt. narrant Zonaras & Cedrenus, eius monumentum ſub Hadriano diſſilijſſe, ac concidiſſe, eamque rem motus Iudaicos portendiſſe. explicat Dio in vita Hadriani, è quo illi: & quomodo Salomonem venerarentur Iudæi.

CAP. XII.	CAP. X.
1. VEnit autẽ Roboam in Sichem: illuc n. cõgregatus erat omnis Iſrael ad conſtituendũ eũ regẽ. 2. At vero Ieroboam filius Nabat, cùm adhuc eſſet in AEgypto profugus à facie regis Salomonis, audita	1. PRofectus eſt aũt Roboam in Sichẽ: illuc enim cũctus Iſrael cõuenerat vt conſtituerẽt eũ regẽ. 2. Quod cũ audiſſet Ieroboã filius Nabat, q erat in Aegypto (fugerat quippe illuc ante Salomo-

audita morte eius, reuerſus eſt de
AEgypto. 3. Miſeruntq; & voca-
uerũt eum: venit ergo Ieroboam,
& omnis multitudo Iſrael, & locu-
ti ſunt ad Roboam, dicentes: 4.
Pater tuus duriſsimum iugũ im-
poſuit nobis: tu itaq; nunc immi-
nue paululum de imperio patris
tui duriſsimo, & de iugo grauiſsi-
mo, quod impoſuit nobis, & ſer-
uiemus tibi. 5. Qui ait eis: Ite vſq;
ad tertium diem, & reuertimini ad
me. Cumq; abijſſet populus, 6. in-
ijt cõſilium rex Roboam cum ſe-
nioribus, qui aſsiſtebãt coram Sa-
lomone patre eius, cùm adhuc vi-
ueret, & ait: Quod datis mihi con-
ſiliũ, vt reſpondeam populo huic?
7. Qui dixerunt ei: Si hodie obe-
dieris populo huic, & ſeruieris, &
petitioni eorum ceſſeris, locutuſ-
que fueris ad eos verba lenia, erũt
tibi ſerui cunctis diebus. 8. Qui
dereliquit cõſilium ſenum, quod
dederãt ei, & adhibuit adoleſcẽtes,
qui nutriti fuerant cum eo, & aſsi-
ſtebant illi, 9. dixitque ad eos:
Quod mihi datis conſilium, vt re-
ſpondeam populo huic, qui dixe-
rũt mihi: Leuius fac iugum quod
impoſuit pater tuus ſuper nos? 10.
Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti
fuerant cum eo: Sic loqueris po-
pulo huic, qui locuti ſunt ad te, di-
centes: Pater tuus aggrauauit iu-
gum noſtrum, tu releua nos. Sic
loqueris ad eos: Minimus digitus
meus groſsior eſt dorſo patris mei.
11. Et nunc pater meus poſuit ſu-
per vos iugum gràue, ego autem
addam ſuper iugum veſtrum: pa-
ter meus cecidit vos flagellis, ego
autem cædam vos ſcorpionibus.
12. Ve-

lomonem) ſtatim reuerſus eſt. 3.
Vocaueruntq; eum, & venit cum
vniuerſo Iſrael, & locuti ſunt ad
Roboam, dicentes: 4. Pater tuus
duriſsimo iugo nos preſsit, tu le-
uiora impera patre tuo, qui nobis
impoſuit grauem ſeruitutem, &
paululum de onere ſubleua, vt ſer-
uiamus tibi. 5. Qui ait: Poſt tres
dies reuertimini ad me. Cumque
abijſſet populus, 6. inijt conſilium
cum ſenibus, qui ſteterant coram
patre eius Salomone dum adhuc
viueret, dicens: Quid datis conſilij
vt reſpondeam populo? 7. Qui di-
xerũt ei: Si placueris populo huic,
& lenieris eos verbis clementib.
ſeruient tibi omni tempore. 8. At
ille reliquit cõſilium ſenũ, & cum
iuuenibus tractare cœpit, qui cum
eo nutriti fuerant, & erant in co-
mitatu illius. 9. Dixitque ad eos:
Quid vobis videtur? vel reſponde-
re quid debeo populo huic, qui di-
xit mihi: Subleua iugum quod impo-
ſuit nobis pater tuus? 10. At illi re-
ſponderunt vt iuuenes, & nutriti
cum eo in deliciis, atq; dixerunt:
Sic loqueris populo, qui dixit tibi:
Pater tuus aggrauauit iugum no-
ſtrum, tu ſubleua: & ſic reſponde-
bis ei: Minimus digitus meus groſ-
ſior eſt lumbis patris mei. 11. Pater
meus impoſuit vobis graue iugũ,
& ego maius pondus apponam:
pater meus cecidit vos flagellis,
ego vero cædã vos ſcorpionibus.
12. Venit ergo Ieroboam, & vni-
uerſus populus ad Roboam die
tertio, ſicut præceperat eis. 13. Re-
ſponditq; rex dura, derelicto con-
ſilio ſeniorum: 14. locutuſque eſt
iuxta iuuenum voluntatem: Pa-
X 3 ter

12. Venit ergo Ieroboam, & om-
nis populus ad Roboam die ter-
tia, ſicut locutus fuerat rex di-
cens: Reuertimini ad me die ter-
tia. 13. Reſponditque rex popu-
lo dura, derelicto conſilio ſenio-
rum, quod ei dederant: 14. & lo-
cutus eſt eis ſecundùm conſilium
iuuenum, dicens: Pater meus ag-
grauauit iugum veſtrum, ego au-
tem addam iugo veſtro: pater
meus cecidit vos flagellis, ego au-
tem cædam vos ſcorpionibus. 15.
Et non acquieuit rex populo: quo-
niam auerſatus fuerat eum Domi-
nus, vt ſuſcitaret verbum ſuum, ꝙ
locutus fuerat in manu Ahiæ Si-
lonitę, ad Ieroboam filium Nabat.
16. Videns itaq; populus quod no-
luiſſet eos audire rex, reſpondit ei
dicens: Quæ nobis pars in Dauid?
vel quæ hereditas in filio Iſai? Va-
de in tabernacula tua Iſrael, nunc
vide domum tuam Dauid. Et ab-
ijt Iſrael in tabernacula ſua. 17. Su-
per filios autem Iſrael, quicum-
que habitabant in ciuitatibus Iu-
da regnauit Roboam. 18. Miſit
ergo rex Roboam Aduram, qui
erat ſuper tributa: & lapidauit
eum omnis Iſrael, & mortuus eſt.
Porro rex Roboam feſtinus a-
ſcendit currum, & fugit in Ieru-
ſalem: 19. receſsitque Iſrael à
Domo Dauid, vſque in præſen-
tem diem. 20. Factum eſt autem
cũ audiſſet omnis Iſrael, quod re-
uerſus eſſet Ieroboam, miſerũt, &
vocauerunt eum congregato cœ-
tu, & cõſtituerunt eum regem ſu-
per omnem Iſrael, nec ſecutus eſt
quiſquam domum Dauid præ-
ter tribum Iuda ſolam. 21. Venit
autem

ter meus graue vobis impoſuit iu-
gum, quod ego grauius faciam:
pater meus cæcîdit vos flagellis,
ego vero cædã vos ſcorpionibus.
15. Et non acquieuit populi preci-
bus: erat enim voluntatis Dei, vt
compleretur ſermo eius, quem lo-
cutus fuerat per manũ Ahiæ Silo-
nitis ad Ieroboam filium Nabat.
16. Populus autem vniuerſus rege
duriora dicente, ſic locutus eſt ad
eum: Nõ eſt nobis pars in Dauid,
neq; hereditas in filio Iſai. Reuer-
tere in tabernacula tua Iſrael, tu
autem paſce domũ tuam Dauid.
Et abijt Iſrael in tabernacula ſua.
17. Super filios autẽ Iſrael, qui ha-
bitabãt in ciuitatibus Iuda, regna-
uit Roboam. 18. Miſitq; rex Ro-
boam Aduram, qui pręerat tribu-
tis, & lapidauerũt eum filij Iſrael,
& mortuus eſt: porro rex Robo-
am currum feſtinauit aſcendere,
& fugit in Ieruſalem. 19. Receſsit-
que Iſrael à domo Dauid, vſq; ad
diem hanc.

CAPVT XI.

1. VEnit aũt Roboam in
Ieruſalẽ, & conuoca-
uit vniuerſam domũ
Iuda & Beniamin, cẽ-
tũ octoginta millia electorũ atq;
bellantium, vt dimicaret cõtra Iſ-
rael, & conuerteret ad ſe regnũ ſu-
um. 2. Factuſq; eſt ſermo Domini
ad Semeiam hominem Dei, dicẽs:
3. Loquere ad Roboam filium Sa-
lomonis regem Iuda, & ad vniuer-
ſum Iſrael, qui eſt in Iuda & Benia-
min: 4. Hæc dicit Dominus: Non
aſcendetis, neq; pugnabitis con-
tra fratres veſtros: reuertatur v-
nuſquiſq; in domum ſuam, quia
mea

aútem Roboam Ieruſalem, & cō-
gregauit vniuerſam domum Iu-
da, & tribum Beniamin, centum
octoginta millia electorum viro-
rum bellatorum , vt pugnarent
contra domum Iſrael, & reduce-
rent regnum Roboam filio Salo-
monis. 22. Factus eſt autem ſer-
mo Domini ad Semeiam virum
Dei, dicens: 23. Loquere ad Ro-
boam filium Salomonis regem
Iuda, & ad omnem domum Iu-
da, & Beniamin, & reliquos de
populo , dicens : 24. Hæc dicit
Dominus : Non aſcendetis , ne-
que bellabitis contra fratres ve-
ſtros filios Iſrael : reuertatur vir in
domum ſuam, à me enim factum
eſt verbum hoc. Audierunt ſer-
monem Domini, & reuerſi ſunt
de itinere ſicut eis præceperat
Dominus. 25. Ædificauit autem
Ieroboam Sichem in monte Eph-
raim , & habitauit ibi : & egreſſus
inde ædificauit Phanuel. 26.
Dixitque Ieroboam in corde ſuo:
Nunc reuertetur regnum ad do-
mum Dauid , 27. ſi aſcenderit
populus iſte vt faciat ſacrificia in
domo Domini in Ieruſalem : &
conuertetur cor populi huius ad
dominum ſuum Roboam re-
gem Iuda , interficientque me,
& reuertentur ad eum. 28. Et ex-
cogitato conſilio fecit duos vi-
tulos aureos , & dixit eis : No-
lite vltra aſcendere in Ieruſalem:
Ecce dij tui Iſrael , qui te edu-
xerunt de terra Ægypti. 29. Po-
ſuitque vnum in Bethel, & alte-
rum in Dan: 30. & factum eſt ver-
bum hoc in peccatum: ibat enim
popu-

mea hoc geſtum eſt voluntate.
Qui cum audiſſent ſermonē Do-
mini, reuerſi ſunt, nec perrexerūt
cōtra Ieroboam. 5. Habitauit au-
tem Roboam in Ieruſalem, & æ-
dificauit ciuitates muratas in Iu-
da. 6. Extruxitq; Bethlehem, & E-
ram, & Thecue, 7. Bethſur quoq;,
& Socho, & Odollam, 8. necnon
& Geth, & Mareſa, & Ziph, 9. ſed
& Aduram, & Lachis, & Azeca,
10. Saraa quoq;, & Aialon, & He-
bron, quæ erant in Iuda & Benia-
min, ciuitates munitiſſimas. 11.
Cumq; clauſiſſet eas muris, poſuit
in eis principes, ciborumq; hor-
rea, hoc eſt, olei, & vini. 12. Sed &
in ſingulis vrbibus fecit armamen
tariū ſcutorum & haſtarum, fir-
mauitque eas ſumma diligentia,
& imperauit ſuper Iudam, & Ben-
iamin. 13. Sacerdotes autem & Le-
uitæ, qui erant in vniuerſo Iſrael,
venerunt ad eum de cunctis ſedi-
bus ſuis, 14. relinquentes ſubur-
bana, & poſſeſſiones ſuas, & tranſ-
euntes ad Iudam, & Ieruſalem: eo
quod abieciſſet eos Ieroboam, &
poſteri eius, ne ſacerdotio Domi-
ni fungerentur. 15. Qui conſtituit
ſibi ſacerdotes excelſorum, & dæ-
moniorum, vitulorumque quos
fecerat. 16. Sed & de cunctis tri-
bubus Iſrael, quicumque dederāt
cor ſuum vt quærerēt Dominum
Deum Iſrael, venerunt in Ieruſa-
lem ad immolandum victimas
ſuas coram Domino Deo pa-
trum ſuorum. 17. Et roboraue-
runt regnum Iuda, & confirma-
uerunt Roboam filium Salo-
monis per tres annos: ambula-
uerunt

popu'us ad adorandum vitulum
vſq; in Dan. 31. Et fecit fana in ex-
celſis, & ſacerdotes de extremis
populi, qui non erant de filiis Le-
ui. 32. Conſtituitq; diem ſolem-
nem in menſe octauo, quintade-
cima die mēſis, in ſimilitudinem
ſollemnitatis, quæ celebrabatur
in Iuda. Et aſcendens altare, ſimi-
liter fecit in Bethel, vt immolaret
vitulis, quos fabricatus fuerat: cō-
ſtituitq; in Bethel ſacerdotes ex-
celſorum, quæ fecerat. 33. Et aſcē-
dit ſuper altare quod extruxerat
in Bethel, quintadecima die men-
ſis octaui, quem finxerat de corde
ſuo: & fecit ſollemnitatem filiis Iſ-
rael, & aſcendit ſuper altare, vt ad-
oleret incenſum.

uerunt enim in viis Dauid & Salo-
monis, annis tantū tribus. 18. Du-
xit autem Roboam vxorem Ma-
halath, filiam Ierimoth, filij Da-
uid: Abihail quoq; filiam Eliab fi-
lij Iſai, 19. quæ peperit ei filios Ie-
hus, & Somoriam, & Zoom. 20.
Poſt hanc quoq; accepit Maacha
filiam Abſalom, quæ peperit ei
Abia, & Ethai, & Ziza, & Salo-
mith. 21. Amauit autem Roboam
Maacha filiam Abſalom ſuper o-
mnes vxores ſuas, & concubinas:
nam vxores decem & octo duxe-
rat, concubinas autem ſexaginta:
& genuit viginti octo filios, & ſe-
xaginta filias. 22. Conſtituit verò
in capite, Abiam filium Maacha
ducem ſuper omnes fratres ſuos:
ipſum enim regem facere cogita-
bat, 23. quia ſapientior fuit, & potentior ſuper omnes filios eius, & in
cunctis finibus Iuda, & Beniamin, & in vniuerſis ciuitatibus mura-
tis: præbuitque eis eſcas plurimas, & multas petiuit vxores.

COMMENTARIVS.

Regni Hebræi diuiſio.

POſt Salomonem duas in partes Iſraeliticum regnum diuiſum eſt. Vna vt explicat D. *A*uguſtinus 17. ciuit. 21. dicta eſt Regnum Judæ: quo continebātur duę ſupra expoſitę tribus, & qui ad eas ſeſe ſponte contulerunt Leuitę, & ex alijs tribubus alij, de quibus 2. Paralip. cap. 11. *A*ltera vel regnum Jſraelis: à plurium ſcilicet Jſraelitarum tribuum multitudine, vt ait in Ezech. 37. D. Hier. vel regnum Ephraim: ab earum decem tribuum præcipua.

Hanc regni diuiſionem ſequuta eſt paulo poſt alia multo deterior, religionis ſcilicet. vt infra patebit. merito proinde Chryſoſt ait hanc tribuum diuiſionem cauſam fuiſſe multarum iniquitatum.

Hoc loco conſuli poſſunt autores multi, qui his tribubus decem à domo Dauid ſciſsis, comparant Hæreticos ab ecclesia Petri auulſos. Gu. Poſtellus in Coſmog. f. 39. ait: tradūt decē tribus ſua impietate, & excōmunicatione, & Hæreſi, Chuſſin fuiſſe, id eſt, nigros Æthiopes, &c. inter ceteros huius rei auctores citat Thalmud. Jerobaam Cyprianus vendentem ſacerdotia cū apoſtatis locat.

Reges ergo Judæ vſque ad templi euerſionem numerantur 20. Jſraelis 19.

REX PRIMVS.

IVDÆ	ISRAELIS
ROBOAM	IEROBOAM

DE Roboam. E tot vxoribus, vnigena *S*alomoni filius extitit, vt ait Suidas, isque à Matre *A*mmonitide, quam veriſimile eſt, valde puellam bello

Ammo-

Ammonitico 2. Regum 12. captam, & ex lege Deut. 21. à Salomone ductam, vel anteannum ætatis 20. vel 11. vt ſupra dictum eſt.

Huius temeritas, diuiſionis regni iam dictæ cauſa fuit: cùm iuuenum dura & iuuenilia potius audire conſilia voluerit quam ſenum.

Hęc cauſa ei pœnæ, quę in Salomonē decreta erat, quaſi ſubſeruit, & cum eius peccato concurrit, non autem vt apud A. T. Rabinr fingunt, cum eo Dauidis, quo Sibæ & Miphiboſeto poſſeſſiones diuiſit 2. Regum. 19.

Notat D. Ambroſ. 2. off. cap. 28. quam obſit iniquitas. Hebræi vero quam obſint Juniorum conſilia, quemadmodum enim inquiunt, bona huiuſmodi 4. ſunt, opes, ſcientia, ſenum conſilium, animus demiſſus, ita & mala 4. ſunt ijs cōtraria. Videatur de ſenectute Cicero, 4. Faſtorum, Thucydides lib. 6. Plutarchus in Nicia. Hæc, priuatum odium, proprium commodum, Iuuenile conſilium, deſtruxerunt Romanum Imperium.

Annos cum ad regnum accederet Roboam natus erat 41. cap. 14. v. 21. nō 16. vt in Sulpitio eſt, quem putat Sigonius per librarios deprauatum ſcribentes XVI. pro XLI. ſed more ſuo ſecurus eſt Sulpitius LXX. in quorum etiam correctis libris vterq; iſte annorum numerus inuenitur, quemadmodum & Lucifer annos 16 ponit. Regnauit vero non 20, vt idem Lucifer inquit, ſed 17.

Tribus regni annis primis, ſuo cum populo Deum coluit: vti contra eundem Luciferum, qui ſemper eum Jdolis ſeruiuiſſe ait, oſtenditur 2. Paralip. cap. 12. v. 17. Ad eum ex alijs tribubus nulla facultatum & poſſeſſionum habita ratione, quia Domini ſacerdotio vero fungi iam non poterant, migrarunt omnes ſacerdotes, & Leuitæ, 2. Paralip. 11. v. 13. Jtemq; alij omnes quibus Deus, & religio cordi erat. v. 16. & 2. Paralip. 15. vt ſic ad templum venire, diuiniſq; rebus intereſſe poſſent. Hinc vero magnum ipſius regno robur & acceſſio facta eſt.

Vxores duxit complures, & in his quaſdam propinquas, vt ait Ioſeph. & patet 2. Paralip. 11. v. 18. Jn his quæ dicitur Abſolonis filia quibuſdā eſt alterius cuiuſdam, quam eius qui Dauidis filius fuit, cum iſte ſæpius Hebraice hic vocetur Abiſſalon. licet v. 20. etiā Abſalon. maxime cum 2. Paralip. 13. v. 2. dicatur Vriel de Gabaa. Hebræi tamen eundem Abſalonem putant, ſed Ioſephus hanc eius neptim putat, ex ipſius filia Thamar, à ſeipſo l. 7. c. 8. diſcrepans.

Poſt annum porro tertium, diuinam legem ſuo cum populo deſeruit, variaſque Cynædorum impuritates conceſſit, hic cap. 14. v. 22. & ſeqq. 2. Paralip. 11. eamque ob cauſam anno regni quinto, diuinitus ab Ægyptiorum rege punitus eſt, qui à ſcriptura vocatur Seſac, ab Herodoto apud Joſephum Seſoſtris, à Diodoro lib. 1. Seſooſis, vbi quæ de colūnis ab eo in Palæſtina conſtitutis, quæ genitalia muliebria referrent tradūtur, fœdas illas, de quibus dixi, libidines arguūt.

Quia tamen ipſe vna cum ſuis reſipuit. 2. Paralip 12. Et quia vt ibidem dicitur v. 12. in Juda inuenta ſunt opera bona: pœnitentiæ ſcilicet, religionis, precationis, non ſtillauit furor Domini ſuper Jeruſalem, i. non eam funditus perdidit, vt ibidem dicitur v. 12. Eam tamen capi fecit, ſed deditione, & expilari, ipſique Roboamo ſeruitutem impoſuit, vt ſciant, inquit Dominus v. 8. diſtantiam ſeruitutis meæ, & ſeruitutis regni terrarum.

Illud de bonis operibus recentiorum quidam interpretantur de rebus proſperis. Sed hebraice dicitur: & etiam fuerunt verba bona i. res bonę fuerunt, ſeu facta bona. Quorſum enim illud, Et etiam?

DE IEROBOAM.

ANnos regnauit 22. diciturq; ipſius mater à LXX. & Lucifero, nō tantum vidua, ſed etiam Meretrix, ex quibus pro genere medio videtur in Sulpitio legendum Meretricio.

Is vero verum noſtri temporis Machiauellitarum exemplar ſuis in actionibus fuit. Statim regni ſui principio humana quadam prudentia cogitans parta

tueri

tueri,quam quærere virtutis non eſſe minoris, ſtatuit, vt Regnum & vitam retineret,contraria omnia quam Deus dixerat cap.11.v.*37.38*. Nam veterem Dei cultum abiecit,nouumque inſtituit.

Primo.Excitando nouos Deos,qui vituli, aut Boues duo fuerunt aurei, prout expoſui Exodi 32. Manſione 12. cũ ex Ægypto recens aduenisſet. Paralip.*15*. vocantur etiam *S*eyrim de quibus Iſaiæ*34*.à qua voce propter pilorum horrorẽ dicunt aliqui Hircum & *S*atyrum nuncupatum. *V*atablus putat hos non quaſi Deos iam erectos fuiſſe, ſed tanquam Dei tantum ſimulachra. Repugnat tamen ſcriptura & maxime *2*.Paralip.*13* v.*9*.vnde & Joſephus ait vitulos fuiſſe ipſi Deo Eponymos.

Secundo.Excitando nouas in editis locis aras & templa.

Tertio. Nouos veteribus eiectis 2. Paralip. 13. v. 9. Sacerdotes eligendo; qui Hebraice הכומרים vocantur à nigrore non tam veſtium, quam ſacrificiorũ fuligine, licet Elias Thisbi à clauſtro in quo ſimul continerentur vocatos dicat. Erant ij v.*31*.de extremis populi non tam diuitibus quam pauperibus,vt ait Vatablus,& quidem ex viliſſimis & nequiſſimis quibusque,contra Ariſtotelis Polit.*7*.c.*9*.pręceptum,cenſentis,propter honorem,qui Deo & religioni debetur, viles homines ad ſacerdotium nõ eſſe admittendos. Jd enim maieſtati Dei indulgetur,vt ait Paulus Jureconſultus L.non diſtinguemus.ff.de Recept. Arbit. Cuius ſacris vacare ſacerdotes oportet.Qui volebat inquit verſus *33*.capitis ſequentis 13.implebat manum ſuam.i.munus offerebat Deo, inquit Chaldæus & Joſephus,ſeu ſuffitu, Theodoretus quæſt.*43*.vel quemadmodum Exodi 40.Implebat manum ſuam ijs rebus,quas qui eum conſecrabat vel dabat,vel accipere iubebat. Conſt. Apoſt.l.8.c.vlt. non quicunq; volebat apud nos, manus implebat, vt in illo falſo, & adulterino ſacerdotio vitularũ, Rege Hieroboam. Chryſ. h.*11*.Eph.f.1 08 ait.ſi cuilibet fas eſt implere manus ſuas,prout aiebant veteres, & fieri ſacerdotem,accedant omnes,fruſtra hoc altare fuit ædificatum,&c.

Quarto.Nouum Pontificem creando,ſeipſum ſcilicet,vt ait Joſephus,& patet hic ex v.33.cum ipſemet altare aſcenderet,ac offerret.

Quinto. Vetando ne quis Jeroſolymitanum templum adiret, euntibuſque inſidias poneret Oſeæ *6*. Tobiæ 1. & tamẽ rationes tam deteſtabilis rerum mutationis afferebat populo plauſibiles. v.*28*. & *2*. Paralip. *12*. Quaſi hactenus officio factum foret ſatis, via nimis longa eſſet,&c.

Hoſce duos vitulos primo habuit in Bethel, alterum deinde poſuit in *D*an. Eſt autem Bethel duplex: vna in Beniamin, Joſuæ *18*. Altera in Ephraim, de qua hic & Oſeæ *5*.vti monet ibidem D.Hieron.& hæc aliquando vocatur ab euẽtu iſto Beth-auen.i.domus iniquitatis,aut nihili. Et à *7*0.Bethon.Quia Jdolum nihil eſt.1.Corinth.8.licet alia fuerit etiam Beth-auen 1.Regum 14.Ioſue 18.

Fecit vitulos aut vaccas iſtas paulo ante ſcenopegiorum feſtum, vti monet Joſephus. Hinc vero via illa, & peccatum Jeroboami, cuius tam triſtis, & tam crebra deinceps repetitio. Hinc poſt regni diuiſionem altera multo vt dixi funeſtior,fidei ſcilicet ac religionis.

Cum vero duæ illis temporibus tantum eſſent infidelitatis ſpecies. Vna quæ verum Dei cultum totum abijceret, diciturq; Paganiſmus, altera quæ non totum ſed aliquam eius partem admitteret Hæreſis vocatur. (ait enim D.Hier. Ezech.c.*16*.Samaria ſignificat hæreſes,*S*odoma gentiliſmum: cum ſint duæ ſorores peccatrices Hieruſalem) ex conſequentibus ſatis intelligitur Ieroboã Hæreſeos authorem Jſraelitis fuiſſe, licet quemadmodum ex vna hodie Hæreſi in aliam, adeoq; in Atheiſmum pleriq; labuntur; ita etiam tunc ex iſta Hæreſi ad Ethniciſmum, & perfectiſſimam Apoſtaſiam proruebant non pauci D. Auguſtinus.lib.de vnitate Eccleſiæ cap *12*.nequaquam, ait, pars illa populi tanquam Hæreſis fuiſſet deputanda: Deus enim eaſdem tribus iuſſerat ſeparari, non vt

religio

religio, ſed vt regnum diuideretur, &c. loquitur ſcilicet Auguſtinus de Iſraelitis habita tantum ratione prioris diuiſionis, non huius poſterioris, quæ religionem diſſecuit, & immutauit.

Confer iam noſtros Hæreticos cum iſtis. Nam vt oratione 3. ex Tertulliano, Hieronymo, alijsq; oſtendit Lindanus, è ſuo cerebro noua nobis Jdola fabricantur Hæretici, noua templa veteribus cæremonijs, & altaribus abiectis, vt eſt in Epigrammate templi Thorgenſis, de quo Lutheri Sympoſiacorum cap. 46.

Diß Hauß auffs new gebawt iſt/
Zu Lob deß Herren Jeſu Chriſt.
Deßgleichen nie geweſt biß her/
Das vngeſchmäiſt befunden wär.

Sic noui prędicantes è viliſſimis homunculis etiam, nouos ritus eccleſiæ obtrudunt, vt oſtendit l. c. Lindanus, & nouos feſtos dies, dum veteres auferũt. Nam anno 74. Canone 53. Dordracena Caluiniſtarũ Synodus feſtos omnes, etiam Domini natiuitatem, pręter Dominicas tollit. Et niſi Paſcha & Pentecoſte in Dominicã inciderent, etiã ſublaturi. Sic etiam Turcæ, qui Deum quidẽ vnũ, ſed non trinum colunt, Moſchæas, i. templa ſua ſine altari vllo, imaginibus, &c, habent, & viliſſimos non tam ſacrificulos audiunt, quã clamoſulos, pro Dominica die, feriam VI. colunt. Erigebantur vero Jſraelitæ in ſuperbiam propter multitudinem & dicebant. Paruum eſt regnum Juda, & noſtri comparatione viliſſimum, D. Hier. l. 4. Com. Jſa. c. 9.

Notãdum vero, quantus eorum qui Religionis cauſa patriam & patrimonia deſeruerunt, zelus fuerit, quanta etiam duarum tribuũ eos excipientium benignitas, dum non queruntur anguſtiorẽ eſſe regionẽ, pretia rerum augenda, ſibi iam ſolis alendam eſſe totam tribũ Leuiticam, quæ à 12. ante ſuſtentabatur, &c.

CAPVT XIII.

1. ET ecce vir Dei venit de Iuda in ſermone Domini in Bethel, Ieroboam ſtante ſuper altare, & thus iaciente. 2. Et
exclamauit contra altare in ſermone Domini, & ait: Altare, altare: hæc dicit Dominus: Ecce filius naſcetur domui Dauid, Ioſias nomine, & imolabit ſuper te ſacerdotes excelſorũ, qui nunc in te thura ſuccendunt, & oſſa hominũ ſuper te incendet. 3.
Deditq; in illa die ſignum, dicens: Hoc erit ſignum quod locutus eſt Dominus: Ecce altare ſcindetur, & effundetur cinis qui in eo eſt. 4.
Cumq; audiſſet rex ſermonẽ hominis Dei, quem inclamauerat cõtra altare in Bethel, extendit manum ſuam de altari, dicens: Apprehendite eũ. Et exaruit manus eius, q̃ extenderat contra eũ: nec valuit retrahere eam ad ſe. 5. Altare quoque ſciſſum eſt, & effuſus eſt cinis de altari, iuxta ſignum quod prædixerat vir Dei in ſermone Domini. 6.
Et ait rex ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora ꝓ me, vt reſtituatur manus mea mihi. Orauitque vir Dei faciem Domini & reuerſa eſt manus regis ad eum, & facta eſt ſicut prius fuerat.
7. Locutus eſt autem rex ad virum Dei: Veni mecum domum vt prandeas, & dabo tibi munera. 8. Reſponditq; vir Dei ad regem: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto: 9. ſic enim

manda-

mandatum eſt mihi in ſermone Domini præcipientis: Non comẽ-
des panem, neq; bibes aquam, nec reuerteris per viam, qua veniſti.
10. Abiit ergo per aliam viam, & nõ eſt reuerſus per iter, quo venerat
in Bethel. 11. Prophetes autem quidam ſenex habitabat in Bethel, ad
quem venerunt filij ſui, & narrauerunt ei omnia opera, quæ fecerat
vir Dei illa die in Bethel: & verba quæ locutus fuerat ad regem, nar-
rauerunt patri ſuo. 12. Et dixit eis pater eorum: Per quam viam abiit?
Oſtenderũt ei filij ſui viam, per quam abierat vir Dei, qui venerat de
Iuda. 13. Et ait filiis ſuis: Sternite mihi aſinum. Qui cum ſtrauiſſent,
aſcendit, 14. & abiit poſt virum Dei, & inuenit eum ſedẽtem ſubtus
terebinthum: & ait illi: Tu ne es vir Dei qui veniſti de Iuda? Reſpõ-
dit ille: Ego ſum. 15. Dixitq; ad eũ: Veni mecũ domum, vt comedas
panem. 16. Qui ait: Non poſſum reuerti, neq; venire tecum, nec co-
medam panem, neq; bibam aquam in loco iſto: 17. quia locutus eſt
Dominus ad me in ſermone Domini, dicens: non comedes panẽ, &
nõ bibes aquam ibi, nec reuerteris per viam, qua ieris. 18. Qui ait illi:
Et ego ꝓpheta ſum ſimilis tui: & angelus locutus eſt mihi in ſermo-
ne Domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, vt cõmedat
panẽ, & bibat aquam. Fefellit eum, 19. & reduxit ſecum: comedit er-
go panem in domo eius, & bibit aquam. 20. Cumq; ſederent ad mẽ-
ſam, factus eſt ſermo Domini ad prophetam qui reduxerat eum. 21.
Et exclamauit ad virum Dei, qui venerat de Iuda, dicens: Hæc dicit
Dominus: Quia non obediens fuiſti ori Domini, & non cuſtodiſti
mandatũ, quod præcepit tibi Dominus Deus tuus, 22. & reuerſus es,
& comediſti panem, & bibiſti aquã in loco in quo præcepit tibi ne
comederes panem, neq; biberes aquam, nõ inferetur cadauer tuũ in
ſepulchrum patrũ tuorum. 23. Cumq; comediſſet & bibiſſet, ſtrauit
aſinũ ſuũ prophetæ, quem reduxerat. 24. Qui cũ abiiſſet, inuenit eũ
leo in via, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere: aſinus
autẽ ſtabat iuxta illũ, & leo ſtabat iuxta cadauer. 25. Et ecce, viri trãſ-
euntes viderũt cadauer ꝓiectum in via, & leonem ſtantem iuxta ca-
dauer. Et venerunt & diuulgauerunt in ciuitate, in qua prophetes
ille ſenex habitabat. 25. Quod cũ audiſſet propheta ille, qui reduxerat
eum de via, ait: Vir Dei eſt, qui inobediens fuit ori Domini, & tradi-
dit eum Dominus leoni, & confregit eũ, & occidit iuxta verbũ Dñi,
quod locutus eſt ei. 27. Dixitq; ad filios ſuos: Sternite mihi aſinum.
Qui cum ſtrauiſſent, 28. & ille abiiſſet, inuenit cadauer eius proiectũ
in via, & aſinum & leonem ſtantes iuxta cadauer: nõ comedit leo de
cadauere, nec læſit aſinum. 29. Tulit ergo prophetes cadauer viri
Dei, & poſuit illud ſuper aſinum, & reuerſus intulit in ciuitatẽ pro-
phetæ ſenis vt plangeret eum. 30. Et poſuit cadauer eius in ſepul-
chro ſuo: & planxerunt eum: Heu heu mi frater. 31. Cumque
planxiſ-

planxiſſent eum. dixit ad filios ſuos: Cum mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro, in quo vir Dei ſepultus eſt; iuxta oſſa eius ponite oſſa mea. 32. Profecto enim veniet ſermo, quem prædixit in ſermone Domini contra altare quod eſt in Bethel, & contra omnia fana excelſorum, quæ ſunt in vrbibus Samariæ. 33. Poſt verba hæc non eſt reuerſus Ieroboam de via ſua peſsima, ſed econtrario fecit de nouiſsimis populi ſacerdotes excelſorum: quicumq; volebat, implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum. 34. Et propter hanc cauſam peccauit domus Ieroboam, & euerſa eſt, & deleta de ſuperficie terræ.

COMMENTARIVS.

IPſo die octaui menſis feſto primò, quo offerre volebat victimam & incenſum nouus Hæreſiarcha rex, admonitus eſt per Prophetam è Judæa venientem, qui ab Epiphanio Joam, à Theodoreto & Glycà Joël, à Tertulliano contra Pſychios Pſamæas vocatur. Sed melius à Joſepho, Jaddo, vt patet ex 2. Paral. 9. v. 29. quem aliqui putant Zachariæ prophetæ auum, ex ipſius c. 1. vti D. Hier. illic & gloſſa. ſed inter Addo illum & Zachariam, pluſquam 400. anni fluxerunt, vt ait cap. 1. Zach. Ribera. ideóque alius fuiſſe videtur.

Non reſipuit tum Hæreſiarcha, licet tria miracula viderit. Primum, dum altare ruptum eſt. Secundum, dum ipſiusmet manus obrigeſcit. Tertium, dum ad Prophetæ preces ſanatur.

Hic vero propheta in loci huius & idolorum deteſtationem, ipſorumque qui ea colebant, dedecus, nihil ibi ciborum capere iuſſus erat. Sed ab alio deceptus eſt, quē Joſephus Pſeudoprophetam fuiſſe tradit. Theodoretus vero q. 42. Procopius & Abul. q. 13. verum Prophetam, ſed qui Abulenſi vir peſſimus fuit. Theodoreto & Procopio bonus, ſed tamen officioſo mendacio in reducendo propheta vſus fuerit, ver. 18. dum ait. Locutus eſt mihi. & ob mendacium hoc, quodammodo Pſeudopropheta dici poteſt. alioquin vere ad eum ſermo Domini factus eſt, v. 29. credidit prophetæ prædictioni, eum eo ſepeliri voluit.

In prophetia vero notandum, proprium Regis, qui poſt tot annos naſciturus erat; nomen exprimi Ioſiæ, quemadmodum *Iſaiæ* 45. Cyri nomen, quod ipſi iam regnanti ſumma cum admiratione oſtenderunt Iudæi, vt ait Joſephus libr. 11.

Notat vero apud Caſſian. col. 7. c. 26. Serenus, Deum pro leuiſſimis delictis ſanctos punire, cum ait in illis ne tenuiſſimum quidem næuum, aut maculam, in illo iudicii die patitur inueniri diuina clementia; & probat ſequenti capite ex hoc noſtro propheta, qui pro culpa vnius, inquit, inobedientiæ, quam tamen non de induſtria, nec vitio propriæ voluntatis; ſed alterius circumuentione contraxit. confeſtim à Leone conteritur &c. apponit & alia duo exempla Pauli & Moyſis. D. Cyprianus ep. 76. hinc probat; quod nulla eſſe debeat Catholicis cum Hæreticis, & excommunicatis communio. & ex eo, aliiſque Ribadeneira l. 1. contra Machiauellum, c. 23.

Notant etiam Procopius & Theodoretus, quanta ſanctorum corporum cura Deo ſit, qui etiam Leonem cuſtodem hic appoſuit. Quanta paruorum etiam peccatorum vt iam dixi fuga eſſe debeat. D. Gregorius 4. Dial. cap. 24. ait: peccatum inobedientiæ ipſa morte fuit laxatum quia idem leo qui viuentem præſumpſit occidere, contingere non præſumpſit occiſum, &c. ſimile

exemplum pulcerrimum leges apud Anaſtaſium Nic. de quodam ſancto ob leue peccatum ab hyæna occiſo.

CAP. XIV.

IN tempore illo ægrotauit Abia filius Ieroboam. 2. Dixitq́; Ieroboam vxori ſuæ: Surge, & commuta habitum, ne cognoſcaris quod ſis vxor Ieroboam: & vade in Silo, vbi eſt Ahias propheta, qui locutus eſt mihi, quod regnaturus eſſem ſuper populum hunc. 3. Tolle quoq; in manu tua decem panes, & cruſtulá, & vas mellis, & vade ad illũ: ipſe enim indicabit tibi quid euenturum ſit puero huic. 4. Fecit vt dixerat, vxor Ieroboam: & conſurgens abiit in Silo, & venit in domum Ahiæ: at ille non poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ ſenectute. 5. Dixit autẽ Dominus ad Ahiam: Ecce vxor Ieroboam ingreditur vt cõſulat te ſuper filio ſuo qui ægrotat. hæc & hæc loqueris ei. Cum ergo illa intraret, & diſsimularet ſe eſſe quæ erat, 6. audiuit Ahias ſonitum pedum eius introeuntis per oſtium, & ait: Ingredere vxor Ieroboam: quare aliam te eſſe ſimulas? ego autem miſſus ſum ad te durus nuncius, 7. Vade, & dic Ieroboam: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem ſuper populum meum Iſrael: 8. & ſcidi regnum domus Dauid, & dedi illud tibi, & non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mandata mea, & ſequutus eſt me in toto corde ſuo faciens, quod placitum eſſet in conſpectu meo: 9. ſed operatus es mala ſuper omnes, qui fuerunt ante te, & feciſti tibi deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me autem proieciſti poſt corpus tuum: 10. idcirco ecce ego inducam mala ſuper domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, & clauſum, & nouiſsimum in Iſrael: & mundabo reliquias domus Ieroboam, ſicut mundari ſolet fimus vſque ad purum. 11. Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes, qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cæli: quia Dominus loquutus eſt. 12. Tu igitur ſurge, & vade in domum tuam: & in ipſo introitu pedum tuorum in vrbem, morietur puer, 13. & planget eum omnis Iſrael, & ſepeliet: iſte enim ſolus inferetur de Ieroboram in ſepulchrum, quia inuentus eſt ſuper eo ſermo bonus à Domino Deo Iſrael, in domo Ieroboam. 14. Conſtituit autem ſibi Dominus regem ſuper Iſrael, qui percutiet domum Ieroboam in hac die, & in hoc tempore: 15. & percutiet Dominus Deus Iſrael, ſicut moueri ſolet arundo in aqua: & euellet Iſrael de terra bona hac, quam dedit patribus eorum, & ventilabit eos trans Flumen quia fecerunt ſibi lucos, vt irritarent Dominum. 16. Et tradet Dominus Iſrael propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Iſrael. 17. Surrexit itaque vxor Ieroboam, & abiit, & venit in Therſa:

cumque

cumque illa ingrederetur limen domus,puer mortuus eſt, 18.& ſepe-
lierunt eum. Et planxit eum omnis Iſrael iuxta ſermonem Domini,
quem locutus eſt in manu ſerui ſui Ahiæ prophetæ. 29.Reliqua autē
verborum Ieroboam, quomodo pugnauerit, & quomodo regnaue-
rit, ecce ſcripta ſunt in Libro verborum dierum Iſrael. 29.Dies au-
tem, quibus regnauit Ieroboam, viginti duo anni ſunt: & dormiuit
cum patribus ſuis: regnauitque Nadab filius eius pro eo. 21.Porro
Roboā filius Salomonis regnauit in Iuda. Quadraginta & vnius anni
erat Roboam, cum regnare cœpiſſet: decem & ſeptem annos regna-
uit in Ieruſalem ciuitate, quam elegit Dominus vt poneret nomen
ſuum ibi, ex omnibus tribubus Iſrael. Nomen autem matris eius
Naama Ammanitis. 22. Et fecit Iudas malum coram Domino, &
irritauerunt eum ſuper omnibus, quæ fecerant patres eorum in pec-
catis ſuis, quæ peccauerunt. 23. Aedificauerunt enim & ipſi ſibi
aras, & ſtatuas, & lucos ſuper omnem collem excelſum, & ſuper o-
mnem arborem frondoſam: 24. ſed & effeminati fuerunt in terra,
feceruntque omnes abominationes gentium, quas attriuit Domi-
nus ante faciem filiorum Iſrael. 25. In quinto autem anno regni
Roboam, aſcendit Seſac rex Aegypti in Ieruſalem, 26. & tulit the-
ſauros domus Domini, & theſauros regios, & vniuerſa diripuit, ſcu-
ta quoque aurea, quæ fecerat Salomon: 27. pro quibus fecit rex
Roboam ſcuta ærea, & tradidit ea in manum ducum ſcutariorum,
& eorum qui excubabant ante oſtium domus regis. 28. Cumque
ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea qui præeundi
habebant officium: & poſtea reportabant ad armamentarium ſcuta-
riorum. 29. Reliqua autem ſermonum Roboam, & omnia quæ fe-
cit, ecce ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda, 30.
Fuitq; bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus. 31. Dor-
miuitque Roboam cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuita-
te Dauid: nomen autem matris eius Naama Ammanitis: & regnauit
Abiam filius eius pro eo.

COMMENTARIVS.

PVnitur Rex hæreticus filij morbo grauiſſimo, de quo vxorem ad Prophetam à quo denas pallij partes acceperat, conſultum miſit: veſte mutata, & ſtatu diſſimulato; ne videlicet eam vel propheta reſponſo non dignaretur, vel certe eam peracerbe obiurgaret. Eam LXX. dicunt fuiſſe Ægypti Reginæ ſororem maiorem, eamque vocant Ano, Lucifer Annam.

At propheta v. 10. pœnas graues denunciat. Primo omnimodam ſtirpis illius exterminationem, ita vt ne mingens quidem ad parietem ſupereſſet. Vult Elias Thisbi phraſi hac ſignificari virum nullū in viuis relinquendum, quod hi ſoli ad parietem vrinam reddant. Theodoretus tamen, & alii plerique ſignificant, etiam pecudes delendas, quæ per canes ad parietem meientes deſignentur, alioquin nec Turcæ hodie ad parietem mingere ſolent.

 Secundo,

Secundo, nulla ſepultura illius poſteros afficiendos, ſed à canibus & feris lacerandos.

Tertio, filium ipſius moriturum, qui ex omnibus ſolus ipſe ſepeliendus ſit, quia bonus ſermo ſuper ipſum inuentus eſt v. *13.* id eſt, vt Hebræi aiunt, quia opera bona faciebat, euntibuſque Hieroſolymam fauebat.

Quarto nouum regem creandum.

Quinto in captiuitatem populum deducendum.

CAPVT XV.

IGitur in octauo decimo anno regni Ieroboam filij Nabat,
regnauit Abiam ſuper Iudam. 2. Tribus annis regnauit in
Ieruſalem: nomen matris eius Maacha filia Abeſſalom. 3.
Ambulauitq; in omnibus peccatis patris ſui, quæ fecerat ante eũ: nec
erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris
eius. 4. Sed propter Dauid dedit ei Dominus Deus ſuus lucernam in
Ieruſalem, vt ſuſcitaret filium eius poſt eum, & ſtatueret Ieruſalem: 5.
eo quod feciſſet Dauid rectũ in oculis Domini, & non declinaſſet ab
omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ, excepto ſermo-
ne Vriæ Hethæi. 6. Attamen bellum fuit inter Roboam, & Ieroboam
omni tempore vitæ eius. 7. Reliqua autem ſermonum Abiam, & o-
mnia quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum re-
gum Iuda? Fuitq; prælium inter Abiam & inter Ieroboam. 8. Et dor-
miuit Abiam cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauid:
regnauitque Aſa filius eius pro eo. 9. In anno ergo vigeſimo Iero-
boã regis Iſrael regnauit Aſa rex Iuda, & 10. quadraginta & vno anno
regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius Maacha, filia Abeſſa-
lom. 11. Et fecit Aſa rectum ante conſpectum Domini, ſicut Dauid pa-
ter eius: 12. & abſtulit effeminatos de terra, purgauitq; vniuerſas ſor-
des idolorum, quæ fecerant pater eius. 13. Inſuper & Maacham ma-
trem ſuam amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco eius,
quem conſecrauerat: ſubuertitque ſpecum eius, & confregit ſimula-
chrum turpiſsimum, & combuſsit in Torrente Cedron: 14. excelſa
autem non abſtulit: Verumtamen cor Aſa perfectum erat cum Do-
mino cunctis diebus ſuis: 15. & intulit ea, quæ ſanctificauerat pater
ſuus, & vouerat, in domum Domini, argentum & aurum, & vaſa. 16.
Bellum autem erat inter Aſa, & Baaſa regem Iſrael cunctis diebus eo-
rum. 17. Aſcendit quoque Baaſa rex Iſrael in Iudam, & ædificauit Ra-
ma, vt nõ poſſet quiſpiã egredi vel ingredi de parte Aſa regis Iuda. 18.
Tollens itaque Aſa omne argentum, & aurum, quod remanſerat in
theſauris domus Domini, & in theſauris domus regiæ, & dedit illud in
manus ſeruorum ſuorum: & miſit ad Benadad filium Tabremon filij
Hezion, regem Syriæ, qui habitabat in Damaſco, dicens: 19. Fœdus
eſt inter me & te, & inter patrem meum, & patrem tuum: ideo miſi
tibi munera, argentũ & aurum: & peto vt venias, & irritum facias fœ-
dus,

dus, quod habes cum Baaſa rege Iſrael, & recedat à me. 20. Aquie-
ſcens Benedad regi Aſa, miſit principes exercitus ſui in ciuitates Iſrael,
& percuſſerunt Ahion, & Dan, & Abeldomum Maacha, & vniuerſam
Cenneroth, omnem ſcilic. Terram Nephthali. 21. Quod cum audiſ-
ſet Baaſa, intermiſit ædificare Rama, & reuerſus eſt in Therſa. 22. Rex
autem Aſa nuncium miſit in omnem Iudam dicens: Nemo ſit excuſa-
tus. & tulerunt lapides de Rama, & ligna eius, quibus ædificauerat
Baaſa, & extruxit de eis rex Aſa Gabaa Beniamin, & Maſpha. 23.
Reliqua autem omnium ſermonum Aſa, & vniuerſæ fortitudines
eius, & cuncta quæ fecit, & ciuitates, quas extruxit, nonne hæc ſcri-
pta ſunt in Libro verborum dierum regum Iuda? Verumtamen in
tempore ſenectutis ſuæ doluit pedes. 23. Et dormiuit cũ patribus ſuis,
& ſepultus eſt cum eis in Ciuitate Dauid patris ſui. Regnauitque Io-
ſaphat filius eius pro eo. 25. Nadab vero filius Ieroboam regna-
uit ſuper Iſrael anno ſecundo Aſa regis Iuda: regnauitque ſuper Iſ-
rael duobus annis. 26. Et fecit quod malum eſt in conſpectu Domini,
& ambulauit in viis patris ſui, & in peccatis eius, quibus peccare fe-
cit Iſrael. 27. Inſidiatus eſt autem ei Baaſa filius Ahiæ de domo Iſa-
char, & percuſſit eum in Gebbethon, quæ eſt vrbs Philiſthinorum:
ſiquidem Nadab & omnis Iſrael obſidebant Gebbethon. 28. Interfe-
cit ergo illum Baaſa in anno tertio Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo.
29. Cumque regnaſſet, percuſſit omnem domum Ieroboam: non di-
miſit ne vnam quidem animã de ſemine eius, donec deleret eum iu-
xta verbum Domini, quod locutus fuerat in manũ ſerui ſui Ahiæ Si-
lonitis, 30. propter peccata Ieroboam, quæ peccauerat, & quibus pec-
care fecerat Iſrael: & propter delictum, quo irritauerat Dominum
Deum Iſrael. 31. Reliqua autem ſermonum Nadab, & omnia quæ
operatus eſt, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum re-
gum Iſrael? 32. Fuitque bellum intra Aſa, & Baaſa regem Iſrael cun-
ctis diebus eorum. Anno tertio Aſa regis Iuda regnauit Baaſa filius
Ahiæ, ſuper omnem Iſrael in Therſa viginti quatuor annis. 34. Et fe-
cit malum coram Domino, ambulauitque in via Ieroboam, & in pec-
catis eius, quibus peccare fecit Iſrael.

CAPVT XVI.

FActus eſt autem ſermo Domini ad Iehu filium Hanani con-
tra Baaſa, dicens: 2. Pro eo quod exaltaui te de puluere, & po-
ſui te ducem ſuper populum meum Iſrael, tu autem ambulaſti
in via Ieroboam, & peccare feciſti populum meum Iſrael, vt me irri-
tares in peccatis eorum: 3. ecce, ego demetam poſteriora Baaſa, & po-
ſteriora domus eius: & faciam domum tuam ſicut domum Ieroboam
filij Nabat. 4. Qui mortuus fuerit de Baaſa in ciuitate, comedent eum
canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volu-

cres cæli. 5. Reliqua autem ſermonum Baaſa, & quæcumque fecit, & prælia eius, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum *I*ſrael? 6. Dormiuit ergo Baaſa cum patribus ſuis, ſepultuſque eſt in Therſa: & regnauit Ela filius eius pro eo. 7. Cum autem in manu Iehu filij Hanani prophetæ verbum Domini factum eſſet contra Baaſa, & contra domum eius, & contra omne malum, quod fecerat coram Domino, ad irritandum eum in operibus manuum ſuarum, vt fieret ſicut domus *I*eroboam: ob hanc cauſam occidit eum, h. e. Iehu filium Hanani, prophetam, 8. Anno vigeſimoſexto Aſa regis Iuda, regnauit Ela filius Baaſa ſuper *I*ſrael in Therſa duobus annis. 9. Et rebellauit contra eum ſeruus ſuus Zambri, dux mediæ partis equitum: erat autem Ela in Therſa bibens, & temulentus in domo Arſa præfecti Therſa. 10. Irruens ergo Zambri, percuſsit, & occidit eum anno vigeſimo ſeptimo Aſa regis *I*uda, & regnauit pro eo. 11. Cumque regnaſſet, & ſediſſet ſuper ſolium eius, percuſsit omnem domum Baaſa, & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, & propinquos & amicos eius. 12. Deleuitq; Zambri omnem domũ Baaſa, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat ad Baaſa in manu Iehu prophetæ, 13. propter vniuerſa peccata Baaſa, & peccata Ela filij eius, qui peccauerunt, & peccare fecerunt *I*ſrael prouocantes Dominum Deum *I*ſrael in vanitatibus ſuis. 14. Reliqua autem ſermonum Ela, & omnia quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſrael? 15. Anno vigeſimo ſeptimo Aſa regis Iuda, regnauit Zambri ſeptem diebus in Therſa: porro exercitus obſidebat Gebbethon vrbem Philiſthinorum. 16. Cumque audiſſet rebellaſſe Zambri, & occidiſſe regem, fecit ſibi regem omnis Iſrael Amri, qui erat princeps militiæ ſuper Iſrael in die illa in Caſtris. 17. Aſcendit ergo Amri, & omnis Iſrael cum eo de Gebbethon, & obſidebant Therſa. 18. Videns autem Zambri quod expugnanda eſſet ciuitas, ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe cum domo regia: & mortuus eſt 19. in peccatis ſuis, quę peccauerat faciens malum coram Domino, & ambulans in via Ieroboam, & in peccato eius, quo fecit peccare Iſrael. 20. Reliqua autem ſermonum Zambri, & inſidiarum eius, & tyrannidis, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum *I*ſrael? 21. Tunc diuiſus eſt populus Iſrael in duas partes: media pars populi ſequebatur Thebni filium Gineth, vt conſtitueret eum regem: & media pars Amri. 22. Præualuit autem populus, qui erat cum Amri, populo qui ſequebatur Thebni filium Gineth: mortuuſq; eſt Thebni, & regnauit Amri. 23. Anno trigeſimo primo Aſa regis Iuda regnauit Amri ſuper Iſrael, duodecim annis: in Therſa regnauit ſex annis. 24. Emitq; montem Samariæ à Somer duobus talẽtis argenti: & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis, quam extruxerat, nomine Semer Domini montis Samariam. 25. Fecit aũt Amri malum in conſpectu Domini, & operatus

eſt ne-

eſt nequiter ſuper omnes, qui fuerunt ante eum. 26. Ambulauitque
in omni via Ieroboam filij Nabat, & in peccatis eius quibus peccare
fecerat Iſrael, vt irritaret Dominum Deum Iſrael in vanitatibus ſuis.
27. Reliqua autem ſermonum Amri, & prælia eius quæ geſsit, nónne
hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſrael? 28. Dormi-
uitque Amri cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria: regnauitq;
Achab filius eius pro eo. 29. Achab vero filius Amri regnauit ſuper
Iſrael anno trigeſimo octauo Aſa regis Iuda. Et regnauit Achab filius
Amri ſuper Iſrael in Samaria viginti & duob. annis. 30. Et fecit Achab
filius Amri malum in conſpectu Domini ſuper omnes, qui fuerunt
ante eum. 31. Nec ſuffecit ei vt ambularet in peccatis Ieroboam filij
Nabat: inſuper duxit vxorem Iezabel filiam Ethbaal regis Sidonio-
rum. Et abijt, & ſeruiuit Baal, & adorauit eum. 32. Et poſuit aram Baal
in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria, 33. & plantauit lucum:
& addidit Achab in opere ſuo, irritans Dominum Deum Iſrael ſuper
omnes reges Iſrael, qui fuerunt ante eum. 34. In diebus eius ædificauit
Hiel de Bethel, Iericho: in Abiram primitiuo ſuo fundauit eam, & in
Segub nouiſsimo ſuo poſuit portas eius: iuxta verbum Domini,
quod locutus fuerat in manu Ioſue filij Nun.

CAP. XVII.

1. ET dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad A-
chab: Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu
ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei verba.
2. Et factum eſt verbum Domini ad eum, dicens: 3. rece-
de hinc, & vade contra Orientem, & abſcondere in Torrente carith,
qui eſt contra Iordanem, 4. & ibi de torrente bibes: coruiſque præ-
cepi vt paſcant te ibi. 5. Abiit ergo, & fecit iuxta verbum Domini:
cumque abiiſſet, ſedit in Torrente carith, qui eſt contra Iordanem.
6. Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane, ſimiliter pa-
nem & carnes veſperi, & bibebat de torrente. 7. Poſt dies autem
ſiccatus eſt torrens: non enim pluerat ſuper terram. 8. Factus eſt
ergo ſermo Domini ad eum, dicens: 9. Surge, & vade in Sare-
phta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri vi-
duæ vt paſcat te. 10. Surrexit, & abiit in Sarephta. Cumque veniſ-
ſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, &
vocauit eam, dixitque ei: Da mihi paululum aquæ in vaſe, vt bibam.
11. Cumque illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergum eius, di-
cens: Affer mihi, obſecro, & buccellam panis in manu tua. 12. Quæ
reſpondit: Vult Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi
quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum o-
lei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illum
mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. 13. Ad quam Elias ait:

Noli timere, ſed vade, & fac ſicut dixiſti: verumtamen mihi pri-
mum fac de ipſa farinula ſubcineritium panem paruulum, & affer ad
me: tibi autem & filio tuo facies poſtea. 14. Hæc autem dicit Do-
minus Deus Iſrael: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei mi-
nuetur vſque ad diem, in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper fa-
ciem terræ. 15. Quæ abijt, & fecit iuxta verbum Eliæ: & comedit ipſe,
& illa, & domus eius: & ex illa die 16. hydria farinæ non defecit, & le-
cythus olei non eſt imminutus, iuxta verbum Domini, quod locutus
fuerat in manu Eliæ. 17. Factum eſt autem poſt hæc, ægrotauit filius
mulieris matris familias, & erat languor fortiſsimus ita vt non rema-
neret in eo halitus. 18. Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi & tibi vir Dei?
ingreſſus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interfice-
res filium meum? 19. Et ait ad eam Elias: Da mihi filium tuum. Tu-
litque eum de ſinu eius, & portauit in cænaculum vbi ipſe manebat,
& poſuit ſuper lectulum ſuum. 20. Et clamauit ad Dominum, & di-
xit: Domine Deus meus, etiam ne viduam, apud quam ego vtcum-
que ſuſtentor, afflixiſti vt interficeres filium eius? 21. Et expandit ſe,
atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamauit ad Domi-
num, & ait: Domine Deus meus, reuertatur obſecro anima pueri hu-
ius in viſcera eius. 22. Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ: & reuerſa
eſt anima pueri intra eum, & reuixit. 23. Tulitque Elias puerum, &
depoſuit eum de cænaculo in inferiorem domum, & tradidit matri
ſuæ, & ait illi: En viuit filius tuus. 24. Dixitque mulier ad Eliam:
Nunc in iſto cognoui, quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in
ore tuo verum eſt.

CAPVT XVIII.

1. Poſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam, in
anno tertio dicens: Vade, & oſtende te Achab, vt dem
pluuiam ſuper faciem terræ. 2. Iuit ergo Elias, vt oſtende-
ret ſe Achab: erat autem fames vehemens in Samaria. 3. Vocauitque
Achab Abdiam diſpenſatorem domus ſuæ: Abdias autem timebat
Dominum valde. 4. Nam cum interficeret Iezabel prophetas Domi-
ni, tulit ille centum prophetas, & abſcōdit eos quinquagenos & quin-
quagenos in ſpeluncis, & pauit eos pane & aqua. 5. Dixit ergo Achab
ad Abdiam: Vade in terram ad vniuerſos fontes aquarum, & in cun-
ctas valles, ſi forte poſsimus inuenire herbam, & ſaluare equos & mu-
los, & non penitus iumenta intereant. 6. diuiſeruntq́; ſibi regiones, vt
circuirent eas: Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alte-
ram ſeorſum. 7. Cumque eſſet Abdias in via, Elias occurrit ei: qui
cum cognouiſſet eum, cecidit ſuper faciem ſuam, & ait: Num tu es,
domine mi, Elias? 8. Cui ille reſpondit: Ego, Vade, & dic domino
tuo: Adeſt Elias. 9. Et ille, Quid peccaui, inquit, quoniam tradis me

ſer-

ſeruum tuum in manu Achab, vt interficiat me? 10. Viuit Dominus
Deus tuus, quia non eſt gens aut regnum, quo non miſerit dominus
meus te requirens: & reſpondentibus cunctis: Non eſt hic: adiurauit
regna ſingula & gentes, eò quòd minime repertreris. 11. Et nunc
tu dicis mihi: Vade, & dic domino tuo: Adeſt Elias. 12. Cumque
receſſero à te, Spiritus Domini aſportabit te in locum, quem ego i-
gnoro: & ingreſſus nunciabo Achab, & non inueniens te, interficiet
me: ſeruus autem tuus timet Dominum ab infantia ſua. 13. Numquid
non indicatum eſt tibi domino meo, quid fecerim cum interficeret
Iezabel prophetas Domini, quod abſconderim de prophetis Domini
centum viros, quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis, & paue-
rim eos pane & aqua? 14. Et nunc tu dicis: Vade, & dic domino tuo:
Adeſt Elias: vt interficiat me? 15. Et dixit Elias: Viuit Dominus exer-
cituum, ante cuius vultum ſto, quia hodie apparebo ei. 16. Abijt ergo
Abdias in occurſum Achab: & indicauit ei: venitq; Achab in occur-
ſum Eliæ. 17. Et cum vidiſſet eum, ait: Túne es ille, qui conturbas Iſ-
rael? 18. Et ille ait: Non ego turbaui Iſrael: ſed tu, & domus patris tui,
qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim. 19. Verum-
tamen nunc mitte, & congrega ad me vniuerſum Iſrael in monte
Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophe-
tasq; lucorum quadringentos, qui comedũt de menſa Iezabel. 20. Mi-
ſit Achab ad omnes filios Iſrael, & congregauit prophetas in monte
Carmeli. 21. accedens autem Elias ad omnem populũ, ait: Vſquequo
claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi au-
tem Baal, ſequimini illum. Et non reſpõdit ei populus verbum. 22. Et
ait rurſus Elias ad populũ: Ego remanſi propheta Domini ſolus: pro-
phetæ autem Baal quadringenti & quinquaginta viri ſunt. 23. Dentur
nobis duo boues, & illi eligant ſibi bouem vnum, & in fruſta cædentes
ponant ſuper ligna, ignem autem non ſupponant: & ego faciam bo-
uem alterum, & imponam ſuper ligna, ignem autem non ſupponam.
24. Inuocate nomina deorum veſtrorũ, & ego inuocabo nomen Do-
mini mei: & Deus qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus. Reſpondẽs
omnis populus ait: Optima propoſitio. 25. Dixit ergo Elias prophetis
Baal: Eligite vobis bouem vnum, & facite primi, quia vos plures eſtis:
& inuocate nomina deorum veſtrorum, ignemq; non ſupponatis. 26.
Qui cum tuliſſent bouem, quem dederat eis, fecerunt: & inuocabant
nomen Baal de mane vſq; ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos. Et
non erat vox, nec qui reſponderet: tranſiliebantq; altare quod fecerãt.
27. Cumq; eſſet iam meridies, illudebat illis Elias, dicens: Clamate
voce maiore: Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio
eſt, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. 28. Clamabant ergo
voce magna, & incidebant ſe iuxta ritũ ſuum cultris & lãceolis, donec
perfunderentur ſanguine. 29. Poſtquam autem trãſijt meridies, & illis
prophe-

prophetãntibus venerat tempus, quo ſacrificium offerri ſolet, nec
audiebatur vox, nec aliquis reſpondebat, nec attendebat orantes:
30. dixit Elias omni populo: venite ad me. Et accedente ad ſe populo,
curauit altare domini, quod deſtructum fuerat. 31. Et tulit duode-
cim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob, ad quem factus
eſt ſermo Domini, dicens: Iſrael erit nomen tuum. 32. Et ædificauit
de lapidibus altare in nomine Domini: fecitque aquæductum, quaſi
per duas aratiunculas in circuitu altaris, 33. & compoſuit ligna: di-
uiſitque per membra bouem, & poſuit ſuper ligna, 34. & ait: Imple-
te quatuor hydrias aqua, & fundite ſuper holocauſtum, & ſuper li-
gna. Rurſumque dixit: Etiam ſecundo facite. Qui cum feciſſent ſe-
cundo, ait: Etiam tertio idipſum facite. Feceruntque tertio, 35. &
currebant aquæ circum altare, & foſſa aquæductus repleta eſt. 36. Cũ-
que iam tempus eſſet vt offerretur holocauſtum, accedens Elias pro-
pheta, ait: Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie
quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus, & iuxta præceptum tuum
feci omnia verba hæc. 37. Exaudi me Domine, exaudi me: vt diſcat
populus iſte, quia tu es Dominus Deus, & tu conuertiſti cor eorum i-
terum. 38. Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, &
ligna, & lapides, puluerem quoque, & aquam, quæ erat in aquæductu
lambens. 39. Quod cum vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem
ſuam, & ait: Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. 40. Di-
xitque Elias ad eos: Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem
effugiat ex eis. Quos cum apprehendiſſent, duxit eos Elias ad torren-
tem ciſon, & interfecit eos ibi. 41. Et ait Elias ad Achab: Aſcende, co-
mede, & bibe: quia ſonus multæ pluuiæ eſt 42. Aſcendit Achab vt co-
mederet & biberet: Elias autem aſcendit in verticem Carmeli, & pro-
nus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua, 43. & dixit ad pue-
rum ſuum: Aſcende, & proſpice contra mare. Qui cum aſcendiſſet,
& contemplatus eſſet, ait: Non eſt quidquam. Et rurſum ait illi: Re-
uertere ſeptem vicibus. 44. In ſeptima autem vice, Ecce nubecula
parua quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari. Qui ait: Aſcen-
de, & dic Achab: Iunge currum tuum & deſcende, ne occupet te
pluuia. 45. Cumque ſe verteret huc atque illuc, ecce cæli contenebra-
ti ſunt, & nubes, & ventus, & facta eſt pluuia grandis. Aſcendens ita-
que Achab abiit in Iezrahel: & manus Domini facta eſt ſuper E-
liam, accinctiſque lumbis currebat ante Achab, donec veniret in
Iezrahel.

CAP. XIX.

1. NVnciauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias,
& quo modo occidiſſet vniuerſos prophetas gladio,
2. Miſitque Iezabel nuncium ad Eliam, dicens: Hæc mihi
faciant dij, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero ani-
mam

mam tuam ſicut animam vnius ex illis. 3. Timuit ergo Elias, & ſur-
gens abijt quocumque eum ferebat voluntas: venitque in Berſabee
Iuda, & dimiſit ibi puerum ſuum, 4. & perrexit in deſertum, viam v-
nius diei. Cumque veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperum, peti-
uit animæ ſuæ vt moreretur, & ait: Sufficit mihi Domine, tolle ani-
mam meam: neque enim melior ſum, quam patres mei. 5. Proiecit-
que ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce Angelus Domini te-
tigit eum, & dixit illi: Surge, & comede. 6. Reſpexit, & ecce ad caput
ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ: comedit ergo, & bibit, & rur-
ſum obdormiuit. 7. Reuerſusque eſt Angelus Domini ſecundo, &
tetigit eum, dixitq; illi: Surge, comede: grandis enim tibi reſtat via.
8. Qui cum ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine
cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vſq; ad mon-
tem Dei Horeb. 9. Cumq; veniſſet illuc, manſit in ſpelunca: & ecce
ſermo Domini ad eum, dixitque illi: Quid hic agis Elia? 10. At ille re-
ſpondit: Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dere-
liquerunt pactum tuum filij Iſrael: altaria tua deſtruxerũt, prophetas
tuos occiderunt gladio, derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam
meam vt auferant eam. 11. Et ait ei: Egredere, & ſta in monte coram
Domino: & ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis & fortis ſubuer-
tens montes, & conterens petras ante Dominum: non in ſpiritu Do-
minus, & poſt ſpiritum cõmotio: non in cõmotione Dominus, 12. &
poſt cõmotionem ignis: non in igne Dominus, & poſt ignem ſibilus
auræ tenuis. 13. Quod cum audiſſet Elias, operuit vultum ſuum pallio,
& egreſſus ſtetit in oſtio ſpeluncæ, & ecce vox ad eum dicens: Quid hic
agis Elia? 14. Et ille reſpondit. Zelo zelatus ſum pro Domino Deo ex-
ercituum: quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael: altaria tua de-
ſtruxerũt, prophetas tuos occiderũt gladio, derelictus ſum ego ſolus,
& quærunt animã meam vt auferant eam. 15. Et ait Dominus ad eum:
Vade, & reuertere in viam tuam per deſertum in Damaſcum: cumq;
perueneris illuc, vnges Hazael regem ſuper Syriam, 16. & Iehu filium
Namſi vnges regem ſuper Iſrael: Eliſeum autem filium Saphat, qui eſt
de Abelmeula, vnges prophetam pro te. 17. Et erit, quicumq; fugerit
gladium Hazael, occidet eum Iehu: & quicumq; fugerit gladium Ie-
hu, interficiet eum Eliſeus. 18. Et derelinquã mihi in Iſrael ſeptẽ millia
virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, & omne os,
quod nõ adorauit eum oſculans manus. 19. Profectus ergo inde Elias,
reperit Eliſeum filium Saphat, arantẽ in duodecim iugis boum, & ipſe
in duodecim iugis boum arantibus vnus erat: cumq; veniſſet Elias ad
eum, miſit pallium ſuum ſuper illum. 20. Qui ſtatim relictis bobus cu-
currit poſt Eliam, & ait: Oſculer, oro, patrem meum, & matrẽ meam,
& ſic ſequar te. Dixitq; ei: Vade, & reuertere: quod enim meum erat,
feci tibi. 21. Reuerſus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud
& in

& in aratro boum coxit carnes,& dedit populo,& comederunt: con-
ſurgensque abiit,& ſecutus eſt Eliam,& miniſtrabat ei.

CAPVT XX.

PORRO Benadad rex Syriæ, congregauit omnem exercitum
ſuum, & triginta duos reges ſecum, & equos, & currus: &
aſcendens pugnabat contra Samariam, & obſidebat eam.
2. Mittensque nuncios ad Achab regem Iſrael in ciuitatem, 3. ait:
Hæc dicit Benadad: Argentum tuum, & aurum tuum meum eſt: &
vxores tuæ, & filij tui optimi, mei ſunt. 4. Reſponditque rex Iſrael:
Iuxta verbum tuum, domine mi rex, tuus ſum ego, & omnia mea.
5. Reuertentesque nuncij, dixerunt: Hæc dicit Benadad, qui miſit
nos ad te: Argentum tuum, & aurum tuum, & vxores tuas, & filios
tuos dabis mihi. 6. Cras igitur hac eadem hora mittam ſeruos meos
ad te, & ſcrutabuntur domum tuam, & domum ſeruorum tuorum:
& omne quod eis placuerit, ponent in manibus ſuis, & auferent. 7.
Vocauit autem rex Iſrael omnes ſeniores terræ, & ait: Animaduerti-
te, & videte, quoniam inſidietur nobis, miſit enim ad me pro vxori-
bus meis, & filiis, & pro argento & auro: & non abnui. 8. Dixerunt-
que omnes maiores natu, & vniuerſus populus ad eum: Non audias,
neque acquieſcas illi. 9. Reſpondit itaque nunciis Benedad: Dicite
domino meo regi: Omnia propter quæ miſiſti ad me ſeruum tuum
in initio, faciam: hanc autem rem facere non poſſum. 10. Reuerſique
nuncij retulerunt ei. Qui remiſit, & ait: Hæc faciant mihi dij, & hæc
addant, ſi ſuffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi, qui ſequi-
tur me. 11. Et reſpondens rex Iſrael, ait: Dicite ei: Ne glorietur accin-
ctus æque vt diſcinctus. 12. Factum eſt autem, cum audiſſet Benadad
verbum iſtud, bibebat ipſe & reges in vmbraculis, & ait ſeruis ſuis:
Circumdate ciuitatem. Et circumdederunt eam. 13. Et ecce prophe-
ta vnus accedens ad Achab regem Iſrael, ait ei: Hæc dicit Dominus:
Certe vidiſti omnem multitudinem hanc nimiam? ecce, ego tradam
eam in manu tua hodie: vt ſcias, quia ego ſum Dominus. 14. Et ait
Achab: Per quem? Dixitq; ei: Hæc dicit Dominus: Per pediſſequos
principum prouinciarum. Et ait: Quis incipiet præliari? Et ille dixit:
Tu. 15. Recenſuit ergo pueros principum prouinciarum, & reperit
numerum ducentorum triginta duorum: & recenſuit poſt eos popu-
lum, omnes filios Iſrael, ſeptem millia. 16. & egreſsi ſunt meridie. Be-
nadad autem bibebat temulentus in vmbraculo ſuo, & reges trigin-
ta duo cum eo, qui ad auxilium eius venerant. 17. Egreſsi ſunt autem
pueri principum prouinciarum in prima fronte. Miſit itaque Bena-
dad. Qui nunciauerunt ei, dicentes: Viri egreſsi ſunt de Samaria.
18. Et ille ait: Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos: ſiue vt
prælientur, viuos eos capite. 19. Egreſsi ſunt ergo pueri principum
pro-

prouinciarum, ac reliquus exercitus ſequebatur: 20. & percuſsit vnuſquiſque virum, qui contra ſe veniebat: fugeruntq; Syri, & perſecutus eſt eos Iſrael. Fugit quoq; Benadad Rex Syriæ in equo cum equitibus ſuis. 21. Nec non egreſſus rex Iſrael percuſsit equos & currus, & percuſsit Syriam plaga magna. 22. (Accedens autem propheta ad regem Iſrael, dixit ei. Vade, & confortare, & ſcito, & vide quid facias: ſequẽti enim anno rex Syriæ aſcendet contra te.) 23. Serui vero regis Syriæ dixerunt ei: Dij montium ſunt dij eorum, ideo ſuperauerunt nos: ſed melius eſt vt pugnemus contra eos in campeſtribus, & obtinebimus eos. 24. Tu ergo verbum hoc fac: Amoue reges ſingulos ab exercitu ſuo, & pone principes pro eis: 25. & inſtaura numerum militũ, qui ceciderunt de tuis, & equos ſecundum equos priſtinos, & currus ſecundum currus, quos ante habuiſti: & pugnabimus contra eos in campeſtribus, & videbis quod obtinebimus eos. Credidit conſilio eorum, & fecit ita. 26. Igitur poſtquam annus tranſierat, recenſuit Benadad Syros, & aſcendit in Aphec vt pugnaret contra Iſrael. 27. Porro filij Iſrael recenſiti ſunt, & acceptis cibariis profecti ex aduerſo, caſtraque metati ſunt contra eos, quaſi duo parui greges caprarum: Syri autem repleuerunt terram. (28. Et accedens vnus vir Dei, dixit ad regem Iſrael: Hæc dicit Dominus: Quia dixerunt Syri: Deus montium eſt Dominus, & non eſt Deus vallium: dabo omnem multitudinem grandem in manu tua, & ſcietis quia ego ſum Dominus.) 29. Dirigebantq; ſeptem diebus ex aduerſo hi, atq; illi acies, ſeptima autem die commiſſum eſt bellum: percuſſeruntq; filij Iſrael de Syris centũ millia peditum in die vna. 30. Fugerũt autem qui remanſerunt in Aphec, in ciuitatem: & cecidit murus ſuper viginti ſeptem millia hominum, qui remanſerant. Porro Benadad fugiens ingreſſus eſt ciuitatem, in cubiculum quod erat intra cubiculum, 31. dixeruntq; ei ſerui ſui: Ecce, audiuimus quod reges domus Iſrael clementes ſint: ponamus itaque ſaccos in lumbis noſtris, & funiculos in capitibus noſtris, & egrediamur ad regem Iſrael: forſitan ſaluabit animas noſtras. 32. Accinxerunt ſaccis lumbos ſuos, & poſuerunt funiculos in capitibus ſuis, veneruntq; ad regem Iſrael, & dixerunt ei: Seruus tuus Benadad dicit: Viuat, oro te, anima mea. Et ille ait: Si adhuc viuit, frater meus eſt. 33. Quod acceperunt viri pro omine: & feſtinantes rapuerunt verbum ex ore eius, atq; dixerunt: Frater tuus Benadad. Et dixit eis: Ite, & adducite eum ad me. Egreſſus eſt ergo ad eum Benadad, & leuauit eum in currum ſuum. 34. Qui dixit ei: Ciuitates, quas tulit pater meus à patre tuo, reddã: & plateas fac tibi in Damaſco, ſicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus recedam à te. Pepigit ergo fœdus, & dimiſit eum. 35. Tunc vir quidam de filijs prophetarum dixit ad ſocium ſuum in ſermone Domini: Percute me. At ille noluit percutere. 36. Cui ait: Quia noluiſti audire vocẽ Dñi, ecce recedes à me, & percutiet te leo.

Cumque paululum receſſiſſet ab eo, inuenit eum leo, atque percuſsit.
37. Sed & alterum inueniens virum, dixit ad eum: Percute me. Qui
percuſsit eum, & vulnerauit. 38. Abiit ergo propheta, & occurrit regi
in via, & mutauit aſperſione pulueris os & oculos ſuos. 39. Cumque
rex tranſiſſet, clamauit ad regem, & ait Seruus tuus egreſſus eſt ad prę-
liandum cominus: cumque fugiſſet vir vnus, adduxit eum quidam ad
me, & ait: Cuſtodi virum iſtum: qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro
anima eius, aut talentum argenti appendes. 40. Dum autem ego tur-
batus huc illucque me verterem, ſubito non comparuit. Et ait rex Iſ-
rael ad eum: Hoc eſt iudicium tuum, quod ipſe decreuiſti. 41. At ille
ſtatim abſterſit puluerem de facie ſua, & cognouit eum rex Iſrael,
quod eſſet de prophetis. 42. Qui ait ad eum: Hæc dicit Dominus:
Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro
anima eius, & populus tuus pro populo eius. 43. Reuerſus eſt igitur
rex Iſrael in domum ſuam, audire contemnens, & furibundus venit
in Samariam.

COMMENTARIVS.

REX SECVNDVS

IVDAE.

ABIA.

HIc cum *I*eroboamo regnauit annos *3*. ita vt ſub annum *20*. *I*eroboami mortuus ſit. Initio Deum coluit, vnde præclariſsimam contra hæreticum regem victoriam conſequutus eſt 2. Paralip. *13*.

Vbi nota, fœdus ſalis vocari fœdus firmum & perpetuum. Nu. *18*. v. 19. Quia cum ſacris initum erat, quæ abſque ſale nunquam conficiebantur Leuit. *2*. Plinius lib. *31*. cap. 7.

Nota Secundo. Duas maxime res victoriæ ſpem attuliſſe: hoſtium videlicet impietatem, & ipſorum pietatem, Deiq; cultum per ſacerdotes, ſacrificia, &c.

Nota Tertio. Machiauellicam in *I*eroboamo calliditatem; dum enim pie rex Catholicus concionatur, ipſe inſidias molitur. Sic dum cum Chriſto verſantur, & hortantem audiunt, hymnum cum eo dicunt Apoſtoli, proditionem molitur Iudas.

Nota Quarto. Numeros quibuſdam in exemplaribus corrigendos, ceciderunt enim vt Hebræa & Græci docent 500000. ſeu, vt Ioſephus ait, Quinquaginta myriades.

Poſtea vero miſer in *I*dololatriam lapſus eſt, vt dicitur. n. *3*.

REX TERTIVS

IVDAE.

ASA.

CLementi l. *2*. ſtr. Athaman, Theophilo Antioch. Eſa dictus, qui cum eodem Iſraelis Jeroboam, & *6*. aliis, Nathat duos annos, Baaſan & *I*ſachar *24*. annos. Ela *2*. annos non integros. Zambri dies *7*. Amri annos *12*. Achab filio, qui *24*. annos regnauit, ipſe vero Aſa 41. annos regno præfuit.

Præ ceteris hic rex valde commendatur.

Primo

Primo generatim v.11.& 14. vbi cor perfectum videtur: non quod omnimodam charitatis perfectionem habet, ſed quod eam, quæ fidei aut religionis eſt; vt alios videlicet Deos non colat, licet alia nonnulla interdum peccata ſuſcipiat, vt de Dauide, patet hic v 4. & 5. vbi præcipuum eius peccatum nominatur.

Secũdo ſpeciatim. Primo. Quod Sodomiticas ſordes abſtulerit & Deos ſtercutios, vt Hebræis vocantur. v.12. ſuam etiam Matrem, vel principatum quem in Pudendi Dei cultu obtinebat amouit, vt noſter interpres hic v.13. & 2. Paralip.15.& 16. LXX. docent, vbi Auguſtum Imperium, interpretatur A. T. Sacerdotium Priapi, cuius ipſa hic dicitur idolum feciſſe, & ei lucum conſecraſſe à quo ipſa & Sacerdos & Meretrix Auguſta erat. Talibus enim Diis tales erant miniſtri, licet falſum putem, quod in Thalmudico lexico R. Nathan, ex R. Ioſeph, & alii ex R. Salomonè citant, eam membri virilis ſpecie ſimulachrum feciſſe, cum eoque quotidie coiiſſe. Idem Deus turpiſſimus, voce ad Hebræam accedente Phallus vocatur & Mutinus, de quo Ouidius, Virgilius, Iuuenalis, Satyra 6. tamen Mun. l. 1. de Aaron oſtendit potius fuiſſe Pana, ſeu Siluanum.

Hæc eadem, dum v.10.& 13. Aſæ mater dicitur, intelligenda eſt Auia, ſicut v.3. Dauid Aſæ pater; & quemadmodum Hebræi notant, maxima Aſæ huius laus cernitur, quod apud adeò ſceleratam auiam educatus, pius adeo fuerit, vti lib. 7. Epiſtola 24. apud Plinium, Quadratus adoleſcens laudatur, quod in delicatæ auiæ contubernio viueret ſecuriſſimè, & ſeueriſſimè.

Præterea quæcunque vel ipſe, vel Pater eius conſecrauerat Domino Deo, neque tamen in templo adhuc poſuerat argentea, aurea, ipſe poſuit. v.15. Idola illa pudenda in torrente Cedron combuſſit, è quo dicunt apud A. T. Hebræi ſponte ignem erupiſſe, omniaque in cinerem redegiſſe.

Ex tanta pietate hi fructus extiterunt. Primus. Pax longa & beata 2. Paralip.14.v.6. Secundus, plurimarum vrbium ædificatio. Tertius anno 14. vertente, vel 15. ineunte nobiliſsima contra innumerabiles hoſtes victoria, quorum rex vertitur Zara, LXX. Zare.

Sed per Æthiopiam quidam apud Genebrardum intelligunt Arabiam, quod tam longo itinere non videatur tantas duxiſſe copias. Sed potuit illas oportune, dum progreditur auxiſſe, videturque ex ipſa vera Æthiopia, quæ ſub Ægypto eſt, veniſſe, ſimulque rex Ægypti fuiſſe. Primo. Quia omnia, quæ abſtulerat Seſac recuperata ſunt. Secundo. Quia ex iiſdem gentibus ſecum homines ducebat 2. Paralip. 16. v.8. ex quibus Seſac hic cap. 14. vnde & LXX. ſub finem cap.14. Alimazones, ſeu vt alii volunt, Amazones poſuerunt, quas ex Lybia eſſe docet hic Theodoretus, & Diodorus lib. 3.

Redeunti ex victoria obuiam factus eſt Paralip. 15. Obedi filius Azarias, qui de pietate conſeruanda monuit, ſimulque de calamitatibus in captiuitate Babylonica futuris, & multo verius pro eorum ob Chriſti Domini noſtri necem & contemptum, diſperſionem prædixit. Obedum illum Hebræi dicunt eſſe eum, qui Iaddo dictus eſt, & in Bethel miſſus fuit cap.13.

Alia laudabilia de Aſa ſubiunguntur 14. Paralip. v.8. & ſeqq. Sed peccauit etiam. Primo. Excelſa non auferendo, ſcilicet omnia, licet quædam abſtulerit. Secundo. Spem in Gentilium auxiliis ponendo. 2. Paralip. 16. vti ei Propheta Hanaim dixit v.7. Tertio Hunc prophetam in vincula coniiciendo. Quarto. Medicis fidendo, cum dolore pedum laboraret, v.12. id eſt, podagra, vt ait A. Traditionum, & diſerte Tractatus Sutah c.1. f 10. retinens, hoc ipſum vocabulum podagra.

Notant Procopius, & Theodoretus quæſt. 45. Medicos vel accipi hic pro incantatoribus, & magicis Impoſtoribus, vel pro veris medicis. Si priore modo, patet cur peccarit. Quemadmodum lib. 30. cap. 1. docet Plinius Magiam & Medicinam vna fere copulari, & libro 29. cap. 1, quid ait, venenorum fertilius,

aut vnde teſtamentorum plures inſidiæ? iam vero & adulteria, &c. quam è medicina? ſicque apud Latinos medicamenta pro venenis interdũ ſumuntur, vt apud Græcos pharmaca Nonio teſte; videatur & idẽ Plinius libro 26. cap. 4.

Si poſteriore modo: dupliciter peccare potuit. Primo. Nimiam ſpẽ in iis ponendo, prætermiſſa Domini Dei ope. Nam & ideo Salomonis de remediis librum, de quo ſupra, reuulſum ab Ezechia referunt Cedrenus, & Suidas: quod, populus Deo non inuocato & neglecto, malorum inde ſanationem peteret.

Secundo, præpoſtere ipſorum opem quærendo, ante ſcilicet placationem, & auxilium quæſitum, prout explicat Eccleſiaſticus ca. 38. v. 9. & ſeqq. Innocentius 3. de pœnitentiis & remiſſionibus cap. Cum infirmitas. De Monachis, qui nimium medice viuunt, ciboſque ſeligunt, ſcribit S. Ephrem. t. 1. Ser. de fide, f. 85. D. Bernardus ſer. 30. in Cant. vide & D. Ambroſium in Pſal. 18. 148.

Tandem vero mortuus eſt Aſa, & ſepultus 2. Paralip. 16. multis cum aromatibus & vnguentis, quæ in textu vocantur meretricia: forte vt habent Græca, Myrepſica, licet nomen Hebræum aliquam cum meretricis nomine ſimilitudinem habeat, quæ effecit, vt pro vnguentis Myrepſicis, è margine irrepſerit, Meretriciis, id eſt, variis: Monet A. T. hæc aromata ſuper vel ad tumulum ipſius combuſta fuiſſe, imo & veſtes, idque reuerentiæ ſeu honoris cauſa: quemadmodum apud Vergilium 6. Æneidos, *congeſta cremantur, Thurea dona*, Plinium lib. 13. cap. 1. Homerum. Sic in morte Ariſtobuli à ſe ſubmerſi, adhibet etiam vnguenta & aromata plurima Herodes, apud Ioſephũ, & in Herodis ipſius funere, Archelaus apud eundem, ipſum adhuc viuentem Aſam impleſſe ſepulchrũ ſuum vnguentis Azarias l. 3. c. vlt. f. 153. ac Rabini quidam alii ſcribunt: quos ſicut & Ioſephum conſulas, ſi plura de funebribus canticis, & exequiis velis.

In Iſraelis Regibus notandum. Primo, Baaſan anno Aſæ 36. dici Rhamam ædificare voluiſſe, 2. Paralip. 16. Cum tamen Aſæ 26. iam interfectus eſſet. Genebrardus dicit 26. interfectum non regni, ſed bellorum, quia ſi 26. annis addas 10. annos pacis, qui Aſæ tributi ſunt, erit 6. Seder vero cap. 16. vult eſſe 36. à morte ſcilicet Salomonis.

Zamri vero cœpit aliquo modo regnare 27. anno Aſæ, vſq; ad 30. cum æmulo Theuni de regno contendit, eumq; deuicit, ſicq; ab 36. iſto regnare ſolus cœpit.

Cum vero 2. Paralip. 15. v. vlt. dicitur bellum non fuiſſe vſque ad 35. Aſæ: intelligendum eſt, de bello Ægyptiaco.

Monet Ioſephus, quam breui tempore, quot cladibus Reges Iſraelis mutati, mactatiq; fuerint.

REX QVARTVS

IVDAE	ISRAELIS
IOSAPHAT.	ACHAB.

Hic 25. annis regnauit, cum eodem Achab, & 2. eius filiis, Ochozia & Ioramo. De iſto Ioſaphat in his regum libris pauca tantum cap. 22. ſed multa 2. Par. à c. 17. ad 21. vbi eius in Deum Religio & in erudiendo populo per doctores, & principes huc illuc amandatos ardor inſignis, eiuſdemq; fructus v. 20. & 18. cap. deſcribitur.

Sed dupliciter peccatum eſt ab illo. Primo Achabi regis impii & hæretici filiam Athaliam vxorem filio ſuo Joramo accipiendo 2. Paral. 22. & 28. Secundo amice illi opem ferendo in bello Galaaditico, anno regni ſui 17. 2. Paral. 18. prout ei exprobrauit 2. Paral. 19. Propheta Jehu, quem hinc vides à Baaſa rege non eſſe interfectum, vt aliqui putarunt 3. Regum. 16. Sic etiam cum eiuſdem Achabi filio Ochozia amicitiam iniit, vnde & à D. Deo claſſis, quam in Ophir cum illo parabat, naufragio punitus eſt, hic cap. vlt. v. 52. & 2. Paralip. 20.

Vbi

Vbi *Ioſaphat* ſepultus ſit, ambigi poteſt: nam 3. Reg. vlt. & 2. Par. 21. dicitur i 1 ciuitate Dauid ſepultus: apud Bedam vero de locis c. 6. in valle *Ioſaphat* tumulatus ſcribitur: & forte vtrumq; verum eſt, vt ex loco primo in ſecundum tranſlatus fuerit, vide Riberam in c. 3. *Ioel*. n. 4.

Ipſius vero Achab geſta pluribus hoc libro explicantur à cap. 16. ad finem. Primo eius impietas. Secundo vxoris ethnicæ *Iezabelis* matrimonium. v. 31. Tertio furor in prophetas, & pœna ſiccitatis & famis, quæ Eliæ precibus impetrata fuit Iacobi 5. Eccl. 48. durauitque non vnum tantum annum, vt ex Menandro ait Ioſephus, ſed triennio, cap. 18. Sequuta eſt obſidio Samariæ vrbis, cap. 20. Sed vt Syriæ regis ſuperbia frangeretur, ipſeque Achabus conuerteretur, cap. 20. v. 13. præclaram dedit Deus victoriam, quam in montium Deos falſo Syrii referebant, quemadmodum apud Ariſtophanem, Pace, Trygæus vinitor Solem & Lunam id moliri ait, vt Perſæ à quibus colerentur, Græciæ ceterarumque gentium victores fierent & l. 1. Æneid. Erant autem Iupiter, Diana, de quibus Melantides libro de Sacrificiis, Ouid. l. 1. Faſtor.

Dij ſumus agreſtes, & qui dominamur in altis
Montibus, imperium eſt in ſua tecta Ioui.

Apollonius lib. 1. Turnebus lib. 5. cap. 4. lib. 6. cap. 2. D. Auguſt. 4. Ciuit. cap. 8. vbi de Iugatino & Vallonia.

Succeſſit pari euentu bellum Syriacum, quo ſeſe Benadad v. 30. abdidit in cubiculum; quod erat in cubiculo, id eſt, in abſtruſiſsimum & intimum cubiculum, ſicuti cap. vltimo v. 25.

Propheta cuius hic mentio fit, traditur ab Ioſepho Glyca & Hebræis cap. 20. Zeder Michæas. Sed obſeruandum, nō eſſe Michæam illum, qui in 12. Prophetarum minorum numero eſt; cum Ezechiæ temporibus is vixerit, ſed Hebræi eum eſſe volunt, qui cap. vltimo lib. huius *Iemla* vocatur. Et ita etiam ſentit Ioſephus qui ab Achabo in carcerem eum iam cōiectum refert, vti etiā colligunt aliqui ex capitis illius v. 26. Hebraico: vbi noſter Tollite, Hebraice: facite redire. Sed cum ille in Iſraelis tribubus habitaret, iſte vero non nominetur, alius eſſe videtur etiam ab eo, qui 2. Paralip. 17. inter Iudææ principes nominatur.

Hic vero recte ſeipſum percuti voluit, eumque recte alius percuſsit cum diuina ea eſſet voluntas, ſufficienterque proponeretur: vnde & alius non percutiens peccauit. R. Salomon & Lyranus voluit eius ſanguinem pro populi Iſraelitici peccatis ſatis-feciſſe, ne eum Achabo periret cap. vltimo. Sed populus ille, victus eſt, & pro eo ſatisfacere iſtiuſmodi plaga non potuit, nec voluit propheta.

CAPVT XXI.

POſt verba autem hæc, tempore illo vinea erat Naboth Iezrahelitæ, qui erat in Iezrahel, iuxta palatium Achab regis Samariæ. 2. Locutus eſt ergò Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt, & prope domum meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem: aut ſi commodius tibi putas, argenti pretium, quanto digna eſt. 3. Cui reſpondit Naboth: Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi. 4. Venit ergo Achab in domum ſuam indignans, & frendens ſuper verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites, dicens: Non dabo tibi hereditatem patrum meorum. Et proiiciens ſe in lectulum ſuum, auertit faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem. 5. Ingreſſa eſt autem ad eum

Iezabel vxor ſua, dixitq́; ei: Quid eſt hoc, vnde anima tua contriſtata eſt? & quare non comedis panem? 6. Qui reſpondit ei: Locutus ſum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei: Da mihi vineam tuam, accepta pecunia: aut, ſi tibi placet, dabo tibi vineam meliorem pro ea. Et ille ait: Non dabo tibi vineam meam. 7. Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius: Grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Iſrael. Surge, & comede panem, & æquo animo eſto, ego dabo tibi vineam Naboth Iezrahelitæ. 8. Scripſit itaque literas ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſit ad maiores natu, & optimates, qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. 9. Literarum autem hæc erat ſententia: Prædicate ieiunium, & ſedere facite Naboth inter primos populi, 10. & ſubmittite duos viros filios Belial contra eum, & falſum teſtimonium dicant: Benedixit Deum & regem: & educite eum, & lapidate, ſicque moriatur. 11. Fecerunt ergo ciues eius maiores natu & optimates, qui habitabant cum eo in vrbe, ſicut præceperat eis Iezabel, & ſicut ſcriptum erat in literis quas miſerat ad eos: 12. prædicauerunt ieiunium, & ſedere fecerunt Naboth inter primos populi. 13. Et adductis duobus viris filijs diaboli, fecerunt eos ſedere contra eum: at illi, ſcilicet vt viri diabolici, dixerunt contra eum teſtimonium coram multitudine: Benedixit Naboth Deum & regem: quam ob rem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. 14. Miſeruntq́; ad Iezabel, dicentes: Lapidatus eſt Naboth, & mortuus eſt. 15. Factum eſt autem, cum audiſſet Iezabel lapidatum Naboth, & mortuum, locuta eſt ad Achab: Surge, & poſſide vineam Naboth Iezrahelitę, q̃ noluit tibi acquieſcere, & dare eam accepta pecunia: non enim viuit Naboth, ſed mortuus eſt. 16. Quod cũ audiſſet Achab, mortuum videlicet Naboth, ſurrexit, & deſcendebat in vineam Naboth Iezrahelitæ vt poſſideret eam. 17. Factus eſt igitur ſermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens: 18. Surge & deſcende in occurſum Achab regis Iſrael, qui eſt in Samaria: ecce ad vineam Naboth deſcendit, vt poſſideat eam: 19. & loqueris ad eum, dicens. Hæc dicit Dominus: Occidiſti, inſup & poſſediſti. Et poſt hæc addes: Hæc dicit Dominus: In loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoq; ſanguinem tuum. 20 Et ait Achab ad Eliam: Nũ inueniſti me inimicum tibi? Qui dixit: Inueni, eo quod venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu Domini. 21. Ecce ego inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clauſum & vltimum in Iſrael. 22. Et dabo domum tuam ſicut domum Ieroboam filij Nabat, & ſicut domum Baaſa filii Ahia: quia egiſti, vt me ad iracundiam prouocares, & peccare feciſti Iſrael. 23. Sed & de Iezabel locutus eſt Dominus, dicens: Canes comedẽt Iezabel in agro Iezrahel. 23. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: ſi autem mortuus fuerit in agro, come-

comedent eum volucres cæli. 25. Igitur nõ fuit alter talis ſicut Achab,
qui venundatus eſt vt faceret malum in conſpectu Domini: concita-
uit enim eum Iezabel vxor ſua, 26. & abominabilis factus eſt, in tan-
tum vt ſequeretur idola, quæ fecerant Amorrhæi, quos conſumpſit
Dominus à facie filiorum Iſrael. 27. Itaq; cum audiſſet Achab ſermo-
nes iſtos, ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiuna-
uitq; & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. 28. Et factus
eſt ſermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens: 29. Nonne vidiſti hu-
miliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non
inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum
domui eius.

COMMENTARIVS.

DE Naboth vinea (cui ſimile quid refert Cæſarius lib. 6. cap. 23. p. 477.) D. Ambroſius lib. 2. officiorum cap. 5. lib. 3 cap. 9. in Pſalmum 37. Orat. contra Auxentium & libello vno, ſic & Chryſoſt. Leo Imp. Georg. Alex. Patriarcha &c. Nicephorus lib 14. cap. 43. Baron. tom. 5. agunt.

Nota Benedicendi verbum ver. 10. accipi pro maledicere vel blaſphemare, vti monet D. Hier. ep. 34. ad Julianum.

Comminatur vero ei Elias v. 17. & eius poſteriora v. 21. ait demetenda, id eſt, poſteritatem vniuerſam funditus excidendam.

Pœnituit eum v. 27. veniamque conſecutus eſt, v. 29. ſicque ep. ad Sabin. adhortatur D. Hier. ad pœnitentiam. Sed quia priſtina peccata rurſum egit, pœna etiam illa rediit cap. 22. vide Chryſoſt. hom 22. ad pop. Caluinus autem fictas eius lachrimas putat c. 4. Exodi: idque propterea, quia relapſus ſit. Sed longe aliter is, quem citaui Chryſoſt. h. 5. ad pop. qui etiam ei applicat illud 2. Cor. 7. quæ ſecundum Deum triſtitia eſt &c.

CAPVT XXII.

TRanſierunt igitur tres anni abſque bello inter Syriam & Iſ-
rael. 2. in anno autem tertio, deſcendit Ioſaphat rex Iuda ad
regem Iſrael. (3. Dixitque rex Iſrael ad ſeruos: Ignoratis
quod noſtra ſit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eã de manu re-
gis Syriæ?) 4. Et ait ad Ioſaphat: Venieſne mecũ ad præliandum in Ra-
moth Galaad? 5. Dixitq; Ioſaphat ad regem Iſrael: Sicut ego ſum, ita
& tu: populꝰ meus, & populus tuus vnũ ſunt: & equites mei, equites tui.
Dixitq; Ioſaphat ad regem Iſrael: Quære, oro te, hodie ſermonem Do-
mini. 6. Congregauit ergo rex Iſrael prophetas, quadringẽtos circiter
viros, & ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandũ, an quie-
ſcere? qui reſponderunt: Aſcende, & dabit eam Dñus in manu regis.
7. Dixit aũt Ioſaphat: Non eſt hic propheta Domini quiſpiam, vt in-
terrogemus per eum? 8. Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat: Remãſit vir vnus,
per quem poſſumus interrogare Dominum: ſed ego odi eum, quia
non prophetat mihi bonum, ſed malum, Michæas filius Iemla. Cui Io-
ſaphat ait: Ne loquaris ita rex. 9. Vocauit ergo rex Iſrael eunuchum
quendam, & dixit ei: Feſtina adducere Michæam filium Iemla. 10. Rex

autem Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda ſedebant vnuſquiſque in ſolio ſuo
veſtiti cultu regio, in area iuxta oſtium portæ Samariæ, & vniuer-
ſi prophetæ prophetabant in conſpectu eorum. 11. Fecit quoque
ſibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Do-
minus: His ventilabis Syriam, donec deleas eam. 12. Omneſq; pro-
phetæ ſimiliter prophetabant, dicentes: Aſcende in Ramoth Galaad,
& vade proſpere, & tradet Dominus in manus regis. 13. Nuncius ve-
ro, qui ierat vt vocaret Michæam, locutus eſt ad eum, dicens: Ecce ſer-
mones prophetarũ ore vno regi bona prædicant: ſit ergo ſermo tuus
ſimilis eorum, & loquere bona. 14. Cui Michæas ait: Viuit Dominus,
quia quodcumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. 15. Venit itaq;
ad regem, & ait illi rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad
præliandum, an ceſſare? Cui ille reſpondit: Aſcende, & vade proſpe-
re, & tradet eam Dominus in manus regis. 16. Dixit autem rex ad
eum: Iterum atque iterum adiuro te, vt non loquaris mihi niſi quod
verum eſt, in nomine Domini. 17. Et ille ait: Vidi cunctum Iſrael di-
ſperſum in montibus, quaſi oues nõ habentes paſtorem & ait Domi-
nus: Non habent iſti dominum: reuertatur vnuſquiſque in domum
ſuam in pace. (18. Dixit ergo rex Iſrael ad Ioſaphat: Numquid non di-
xi tibi, quia non prophetat mihi bonum, ſed ſemper malum?) 19. ille
vero addens, ait: propterea audi ſermonem Domini: Vidi Dominum
ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cæli aſsiſten-
tem ei à dextris, & à ſiniſtris: 20. & ait Dominus: Quis decipiet Achab
regem Iſrael, vt aſcendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus
verba huiuſcemodi, & alius aliter. 21. Egreſſus eſt autem ſpiritus, &
ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus eſt Do-
minus: In quo? 22. Et ille ait: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore
omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies, & præua-
lebis: egredere, & fac ita. 23. Nunc igitur ecce dedit Dominus ſpiri-
tum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, qui hic ſunt, &
Dominus locutus eſt contra te malum. 24. Acceſsit autem Sedecias
filius Chanaana, & percuſsit Michæã in maxillam, & dixit: Me ne ergo
dimiſit Spiritus Domini, & locutus eſt tibi? 25. Et ait Michæas: Vi-
ſurus es in die illa, quando ingredieris cubiculum, intra cubiculum vt
abſcondaris. 26. Et ait rex Iſrael Tollite Michæam, & maneat apud
Amon principem ciuitatis, & apud Ioas filium Amelech, 27. & dicite
eis: Hæc dicit rex: Mittite virum iſtum in carcerem, & ſuſtentate eum
pane tribulationis, & aqua anguſtiæ, donec reuertar in pace. 28. Di-
xitque Michæas: Si reuerſus fueris in pace, non eſt locutus in me Do-
minus. Et ait: Audite populi omnes. Aſcendit itaque rex Iſrael, &
Ioſaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. 30. Dixit itaque rex Iſrael ad
Ioſaphat: Sume arma, & ingredere prælium, & iuduere veſtibus
tuis. porro rex Iſrael mutauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum.

31. Rex

31. Rex autem Syriæ præceperat principibus curruum triginta duobus, dicens: Non pugnabitis contra minorem & maiorem quempiã, niſi contra regem Iſrael ſolum. 32. Cum ergo vidiſſent principes curruum Ioſaphat, ſuſpicati ſunt quod ipſe eſſet rex Iſrael, & impetu facto pugnabant contra eum: & exclamauit Ioſaphat. 33. Intellexeruntque principes curruum quod non eſſet rex Iſrael, & ceſſauerunt ab eo. 34. Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſsit regẽ Iſrael inter pulmonem & ſtomachum. At ille dixit aurigæ ſuo: Verte manum tuam, & eiice me de exercitu, quia grauiter vulneratus ſum. 35. Commiſſum eſt ergo prælium in die illa, & rex Iſrael ſtabat in curru ſuo contra Syros, & mortuus eſt veſpere: fluebat autem ſanguis plagæ in ſinum currus, 36. & præco inſonuit in vniuerſo exercitu antequam ſol occumberet, dicens: Vnuſquiſq; reuertatur in ciuitatem, & in terram ſuam. 37. Mortuus eſt autem rex, & perlatus eſt in Samariam: ſepelieruntq; regem in Samaria, 38. & lauerunt currum eius in piſcina Samariæ, & linxerunt canes ſanguinem eius, & habenas lauerunt, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat. 39. Reliqua autem ſermonum Achab, & vniuerſa quæ fecit, & domus eburnea, quam ædificauit, cunctarumq; vrbium, quas extruxit, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regũ Iſrael? 40. Dormiuit ergo Achab cum patribus ſuis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. 41. Ioſaphat vero filius Aſa regnare cœperat ſuper Iudam anno quarto Achab regis Iſrael. 42. Triginta quinque annorum erat cum regnare cœpiſſet, & vigintiquinque annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Azuba filia Salai. 43. Et ambulauit in omni via Aſa patris ſui, & non declinauit ex ea: fecitq; quod rectum erat in conſpectu Domini 44. Verumtamen excelſa nõ abſtulit: adhuc enim populus ſacrificabat, & adolebat incenſum in excelſis. 45. Pacemq; habuit Ioſaphat cum rege Iſrael. 46. Reliqua autem verborum Ioſaphat, & opera eius, quæ geſsit, & prælia, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iuda? 47. Sed & reliquias effeminatorum, qui remanſerant in diebus Aſa patris eius, abſtulit de terra. 48. Nec erat tunc rex conſtitutus in Edom. 49. Rex vero Ioſaphat fecerat claſſes in mari, quæ nauigarent in Ophir propter aurum: & ire non potuerunt, quia confractæ ſunt in Aſiongaber. 50. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Ioſaphat: Vadant ſerui mei cum ſeruis tuis in nauibus. Et noluit Ioſaphat. 51. Dormiuitque Ioſaphat cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate Dauid patris ſui: regnauitque Ioram filius eius pro eo. 52. Ochozias autem filius Achab regnare cœperat ſuper Iſrael in Samaria, anno ſeptimodecimo Ioſaphat regis Iuda, regnauitq; ſuper Iſrael duobus annis. 53. Et fecit malum in conſpectu Domini, & ambulauit in via patris ſui & matris ſuæ, & in via Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. 54. Seruiuit quoque Baal,

& ad

& adorauit eum, & irritauit Dominum Deum Iſrael, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

COMMENTARIVS.

ANno poſt ſuperius bellum Syriacum, tertiũ Galaditicum cõtra Ramoth vrbem, quæ à Joſepho Ramathon, & Aramatha vocatur, ſuſcepit: quæ à Rabba, de qua libri 2. c. 11. verſus auſtrum non longe abeſt, docet vero in Ezechielem c. 25. D. Hier. Rabbath eſſe Philadelphiam, à Ptolemæo Philadelpho ſic vocatam.

Atq; hoc bello infeliciſſime periit Achabus, cui pſeudoprophetæ quadringenti fauſtiſſima quæq; falsò prænunciabant verbis & factis etiam; quemadmodum ille propheta cap. 20. Iſaias 20. Jeremias 22. & 28. Ezechiel. 3.

Sciendum vero antequam verus propheta Michæas vocaretur: vt Actorum 10. vel poſtquam vocatus eſt, & quidem vt Abulenſi quæſt. 12. videtur, dum ante reges ſtaret, ipſiq; Achabo Ironice v. 15. reſpondiſſet: ei diuinitus obiectam viſionem fuiſſe, in qua tanquam in picta tabula, vel hypotypoſi Rhetorica ſeu Proſopopœia monſtratus modus. 1. Iſraelitarum fuga, & Achabi mors ver. 17. 2. Modus quo ad mala iſta rex inuitaretur, ver. 19. Is vero eſt diuina voluntas, volens Regis impietatem punire, ideoque nonnulla, quæ libere tamen fiunt, peccata permittens: vti diligenter monet Procopius, & Theodoretus quæſt. vlt.

Primum peccatum, A rege interrogari Pſeudoprophetas.

Secundum. Ab his diabolum per auguria & gentilium diuinationum vanitatem conſuli.

Tertium: illum mentiri & omnes iſtos fallere.

Quartum. Hoſce iam falſos ſeu deceptos, fallere ipſum regem. Atq; hæc Dei permiſſio exprimitur, v. 22. 1. Rei certo futuræ prænuntiatione: deinde verbis, quæ etſi Imperatiui modi ſint: non tamen vere imperant, ſed permittunt tantum, quemadmodum præter iam citatos, monet S. Auguſt. quæſt. 44. Judicum, idque apud prophanos etiam Authores vſitatum.

Non fuiſſe ſimpliciter eo rem geſtam modo, quo hîc deſcribitur: ſed picturatè tantum oſtenſam, prout Æneidos 10. Metamorphoſ. 2. oſtendit Abulenſis quæſt. 13. ex ipſa Concilij formula. Quis enim Dei conſiliarius? Jſaiæ 41. Romanæ 11. itemq; ex angelorum bonorum diſſenſione & ignorantia, cumq; eorum omnium ſententijs Diaboli conſilium anteponatur, v. 22. Philaſt. vero hæreſi 36. verba nonnulla, quæ in textu non ſunt, legiſſe videtur. dicitur enim dixiſſe dæmon: faciam me quaſi Angelum lucis, & verba ſimilia eloquar, & ducam eum in prælium, & ibi eum deſeram, & ſic morietur. &c. S. Epiphan. Hær. 25. Nicol. ſpiritus, inquit, erroris eſt velut flatus in tibia, diuerſis modis vnumquemque ſtolidum concitans aduerſus veritatem: nam & ipſa tibia imitamentum eſt draconis, per quem locutus eſt diabolus, & decepit Euam &c.

Monet vero Lucifer lib. 1. de Apoſtaticis Regibus, Principes hæreticos ſuis adhærere pſeudoprophetis, ſeu prædicantibus hæreticis, & execrari omnes Domini ſacerdotes. V. 38.

Nota vbi noſter dicit, habenas lotas fuiſſe, alios vertere arma. Sed LXX. & Joſephus, Meretrices, inquiunt, lauerunt, propter ſcilicet Hebræi nominis variam ſignificationem, affertque Procopius & Theodor. l. c. cauſam. Quia iſtæ noctem flumine purgant, dum ſeſe mane lauant.

Ochozias Achabo patri ſucceſſit Anno 17. Joſaphati, vſque ad 18. inchoatum, quo ſucceſſit ei frater Ioramus: de quibus, & de Elia, Domino propitio, libro ſequenti.

LIBER

LIBER QVARTVS REGVM,

De Propheta Elia.

ELias (cuius nomen proprium dicitur in Beraſchith Rabba c.*72*. Jaberſchiiah) propter Hebraicam terminationē dicitur etiam à LXX. Eliu, vt cap.18.lib. Abdiu pro Abdias. Et Chryſoſtomo interprete Hom. de Ælia 3.tom.1.eſt ἥλιος, id eſt, *S*ol; nimirum ad Græcam vocem alludit, ſicut Sedulius V. Beda L. Reg.qu.*28*. Sed vt author eſt D. Hieronymus fortem Domini ſignificat, vel vt idem ait in Michææ 5. interpretatur, Deus Dominus.

Fuit ex oppido Thisbe, quod eſt in terra Galaad, de quo libri *3*. cap.17. de quo, ſub ſui *T*hisbi finem, nugatur R. Elias, dicens eum eſſe Phineen, qui in Jabes habitarit. imo putant eum quidam (ait in Iud. Pet. Matt. f.*195*.) non ex tribu Leui ſed Beniamin fuiſſe.

Erat vt hoc cap.1. libr.*4*. dicitur vir piloſus, id eſt, vel capillo prolixo, vel veſtitu hiſpido, & piloſo, zona pellicea accinctus, id eſt, corio non apparato, ſed adhuc piloſo, & hoc ait R. Eliezer cap.*31*. fuiſſe ex pelle illius arietis, quem pro Iſaac immolauit Abraham: ſcilicet. lege Caſſianum l.1.cap.1.inſt. Bedam c.12. act.*1*. D. Hier. Jerem.1. & Ezech.16.

Virgo permanſit teſte D. Hieronymo libro primo, contra Jouinianum, & ad Euſtochium de cuſt. Virg. D. Chryſoſt. de Virg. S. Ephrem tom.1. fol.4. & tom.3. ſer. de transfig. fol. 158. D. Ambroſius l.1. de Virgin. Philaſt. Hær.61. Gnoſtici apud Epiphanium Hæreſ. 26. fabulam quandam fingunt ineptam: quomodo aſcendenti cœlum Eliæ occurrerit dæmonum vna dicens: quo vadis? habeo à te liberos, & non poteris eos dimittere. ille vero vnde habes à me liberos, cum ego in caſtitate vixerim? illa porro: certe quando ſomnians ſæpe in corporum defluxu euagatus es, ego eram, quæ aſſumpſi à te ſemina, & peperi tibi filios &c. pulchre S. Ephrem paræn. 1. tom. *2*. fol. *90*. ait: donum optimum monachi eſt virginitas, curru ipſum ad cælos cum Elia vehens, & fol. *91*. Elias te ſua pelle caprina cooperiens, in cœlos introducet.

Vt vero calamitatibus duras Iſraelitarum mentes frangeret, & ad ſaniora reuocaret, famem de qua ſupra cap. 13. petiit, vt ait Chryſoſtom. hom. *1*. de Elia. Eius famis tempore, quod triennij, & ſex menſium fuit, Iacobi vltimo, licet cap.18. menſes iſti breuitatis cauſa omittantur; ſuſtentatus fuit dupliciter.

Primo per coruos, qui mane & veſperi, panem & carnes ſimul afferebant, vt recte noſter interpres ex Hebræo & Chaldæo, licet LXX. videantur dicere mane attuliſſe tantum panem, veſperi carnes. Sed intelligendum eſt hoc per tmeſin, & coniungenda vtraque. D. Baſilius h. 8. ait: Carmelus mons ſublimis, ac deſertus Eliam habuit, cui viaticum cibuſque fuit ſpes in Deo. & cum ita viueret fame tamen extinctus non eſt: ſed auium rapaciſſimi ac voraciſſimi corui, cibum ei attulere; & qui alienas ſolebant eſcas inuadere, viro iuſtiſſimo miniſtri fuere: naturæ quoque obliti, in pane carneque ei afferendis, dominico præcepto paruerunt. S. Paulin. natal.5. de muliere quæ S. Felicem paſcebat, ſic canit.

O mulier benedicta Deo, velut vna volucrum,
Quæ quondam mundo abductum pauere prophetam,
Tu quoque ſecreto pauiſti Martyra tecto:
Sicut auis domino parens, & neſcia ſancti
Conſcia ſeruitii, gaudens illo ſub tempore noſces.
Cum Deus ipſe ſuo pro confeſſore coronam
Iuſtitiæ Chriſtus reddet tibi tunc tua Felix.
Ipſe tibi refert ſub Iudice prandia Chriſto, &c.

Secundo per pauperculam gentilem mulierem, viduam, in vnum tamen Deum religioſam & deuotam, vt ait Chryſoſtom. hom. 3. citata, & Abul. quæſt. 24.

Sed non tam ipſe ab illa paſtus eſt, quam ab ipſo ea, vt indicat continens pro contento poſitum, ibidem verſ. de 14. quo Ambroſius libro de viduis. Et filium mortuum reſtituit, cum pro eo precatus eſſet, ſeſeque ſuper eum totum extendiſſet: non tam vt cadaueri calorem imprimeret, quam corporis ſui contactu id ipſum Domino Deo commendaret. Videatur ſanctus Auguſtinus ad Simplicium quæſt 5. 2. Mirabilium ſcript. cap. 17 idem in Joannis cap. 3. t. 5. vt vidua religioſa, ait, benediceretur mittitur ſeruus Dei, &c. D. Chryſ. h. 2. ad pop. quid, dic mihi, Elia pauperius? Sed propterea omnes diuites vincebat, quoniam pauper erat. ipſam vero paupertatem ex mentis opulentia elegit &c. rex pauperis indigebat, & verbis nihil plus quam melotem habentis inhiabat.

Hunc viduæ filium Hebræi apud D. Hieronym. præfat. in Ionam putant eſſe Ionam prophetam: ſed non eſſe docet quæſt. trigeſima prima Abulenſis.

Venit ad Achabum lib. 3. cap. 18. ſed ei ſeſe prius per Abdiam indicauit eius œconomum, quem Hebræi, Lyranus, Rupertus putant eſſe Prophetam minorem. Epiphanius vero lib. de prophetis eſſe quinquagenarium qui cap. 1. lib. 4. mortem effugit. Sed Ribera præludio 2. in prophetas eſſe tertium quendam oſtendit.

Hortatur deinde Iſraelitas ad vnam religionem ver. 21. de quo in Symbolo Athanaſiano egi, & miraculo perſuadet.

Nota ver. 27. eum ſubſannare gentilium Deos; quemadmodum ſub finem lib. 1. Iliados Jouem dum apud Ægyptios & Æthiopas eum epulantem, facit Homerus cum aliis diis. ſunt autem ait Philaſt. Hær. 16. Baalitæ, qui Baal regis Tyriorum tenentes memoriam, atque ipſius idolum adorantes, eidem ſacrificabant &c. in quo zelo ductus diuino B. Elias &c.

Nota ver. 28. gentilium ſacrificulorum ritum ſeſe cultris, & lanceolis ad ſanguinem vſque concidentium; de quibus Propertius lib. 2. Seneca in Oedipo, Apuleius libr. 8. Lucianus de Syria Dea, & de ſacrificiis, Plutarchus libro de ſuperſtitione & contra Coletem, vbi ſcuticas ait fuiſſe ἀστραγάλωτα ſiquid in ſacris peccaſſent: talaria flagella vertit P. Grerſerus l. 1. de cruce, D. Hieron. in Jer. c. 16. ait: mos fuit apud veteres, & vſque hodie permanet Judæorum; vt in luctibus incidant lacertos, & caluitium faciant, quod etiam Job feciſſe legimus cap. 1 & 22. conſule Ouidium lib. 4. Faſtorum.

Huic ritui, flagellationem, quæ pœnitentiæ pietatiſque cauſa ſuſcipitur interdum, ſimilem eſſe ait Chriſtianus Franco, Dialogo contra Ieſuitas, & Haſenmüllerus lib. de Jeiunio Jeſuitico, c. 4. & Chriſtianus Simon Lithus in adulterina Ignatij vita l. 1. c. 2. & 3. f. 23 & 24. Demonactem citat, cum à Spartano hero ſeruum flagris cædi conſpicaretur, dicentem: παῦσαι ὁμότιμον σαυτῷ τὸν δοῦλον ἀποφαίνων; & Plutarchum adducit.

Sed multa pœnitentiæ opera apud Gentiles vſitata, vt lachrymæ,

ieiunia, cinis, &c. quæ ideo mala erant, quia ad finem malum, Deorumque falſorum honorem fiebant. Sed cum ex ſe adiaphora ſint, fine bono conſtituto, bona ſunt.

Deinde aliæ corporis moleſtiæ, vt fames, humicubatio, cilicia, &c. recte ad pœnitentiam & religionem ſuſcipiuntur: quid ni & hoc genus?

Tertio. Vetera ſanctorum multa id genus voluntaria ſupplicia & acerbitates inueniuntur. Speciatim vero de flagris & funiculis, in hiſtoria S. Dominici Loricati apud S. Petrum Damianum, S. Eliſabeth, alterius S. Dominici. & ſancti Thomæ Cantuarienſis.

Quarto. S. Paulus 1. Corinth. 9. Caſtigo, ait, corpus, vbi Græcum ὑπωπιάζω. ſignificat etiam interprete Heinrico Stephano hæretico validis ictibus contundo, diuerbero. Jrenæi interpres l. 4. D. Paulinus ſæpe vt ep. 2. ad Amandum, & ad D. Auguſt. cum dubia proponit. Chryſoſt. liuidum facio, Cypr. affligo, Hier. macero, alij ſuggillo; quod Athletarum & pugilum proprium eſſe docet l. 3. Agon. c. 14. Pe. Faber.

Sed quod dixi de fine & modo in Gentilibus illis, obſeruandum etiam in inſanis Turcarum ſacrificis, & Hæreticis flagellantibus, de quibus Gerſon lib. cōtra flagellantes, Paralipomena Abbatis Vrſperg. f. 381. Prateolus libro de hæreticis, littera F. cap. 5. Vide & epiſtolam Gerſonis ad S. Vincentium, in cuius hiſtoriæ lib. 2. pia etiam flagrorum exempla inuenies.

Jidem v. 26. videntur altare quod Deo ſuo erexerat Elias diruiſſe, in illud quaſi ſibi aduerſarium inſiliendo. nam & Elias, & ipſi propria altaria excitaſſe ibi videntur: & cum non exaudirentur, iratos, in Eliæ aram vicinam, & ſuper eam exiliiſſe, ſicque deſtruxiſſe. nam vbi Græc. & Lat. eſt: tranſiliebant altare quod fecerant, Heb. legitur: quod fecerat. vti videatur latine ſic legendum, & græce pro οὗ ἐποίησαν reponendū ἐποίησεν. præſertim cum clare ſequatur v. 30. curauit altare (non quodlibet, ſed) domini (Jehouæ) quod deſtructum fuerat.

Duplicis porro generis in Carmeli monte Pſeudoprophetæ adfuerunt. Baalis quidem 450. Lucorum, ſeu aliorum Deorum 400. cap. 18. v. 19. Sed omnes partim per ſe, partim per populum interfecit Elias, licet ſoli Baalis interdum tanquam præcipui nominentur, omnes tamen occiſi referuntur cap. 19. v. 1.

Notat in Jtiner. Beniaminus in Carmelo antrum Eliæ adhuc viſi, altariſque diruti veſtigia, cuius locus circularis fuerit diametro fere cubitorum 4. videatur & D. Hier. in ep. Paulæ.

Tunc in Auſtrale Iudææ deſertum fugit Elias, vbi primo mortem precatur, quia Deo frui optabat, ſeque iam Eccleſiæ nihil vtilem putabat. vide Philip. primo, & D. Martini hiſtoriam.

Bis per angelum paſcitur pane, qui eo modo cœleſtis & angelicus ab A. T. vocatur, quo de manna dixi, ſic & virtutem Eliam impaſtum tamdiu conſeruandi habuit, quoad iter ſuum confeciſſet. Fuit autem ſpatium hoc certo quidem 40. dierum, fortaſſis etiam plurium, vt Abulenſi quæſt. 5. videtur, ſi nimirum totos 40. dies eundo ad montem Sinai ſeu Oreb conſumpſit. Potuit enim tantum temporis conſumere, ſi quemadmodum qui fugiunt, latebramque tutam quærunt, facere ſolent; rectum iter, & ad montem illum non tenebat: ſed hac illac vagabatur, donec tandem ad montem illum peruenit, recto alioquin itinere 4. vel 5. diebus eo peruenire potuiſſet. vt ex dictis de manſionibus, & ex Gal. 4. patet: præſertim cum interdiu & noctu ambulaſſe dicatur, eique timor adderet alas.

Hic vero quemadmodum olim Moyſi, Exodi 3. ſeſe Dominus ei monſtrauit. Sed eius maieſtas vt cognoſceretur, quemadmodum Exodi 19. tria horrenda ſigna præceſſerant, ventus validiſſimus: Terræ motus maximus: Jgnis vaſtiſſi-

mus. Quarto tandem loco Dominus, per angelum ſcilicet, affuit in auræ tenuis ſibilo, id eſt, vocula quadam, veluti tacita & auditu ſuauiſſima; partim vt Eliæ quædam conſolatio daretur; partim vt oſtenderetur, Deum magis oblectari miſericordia, & lenitate in homines, quam pœnarum fragoribus.

Dum vero Elias altaria deſtructa deplorat, non de ijs, quæ in Jeroſolymitano templo eſſent, loquitur; ſed quæ Deo vero varijs in locis erecta erant: & ſi enim ea non eſſe Deus maluiſſet, eo tamen hæretico, & impio modo, quo ab Iſraelitis euerſa erant, euerti nolebat, vti monet Abulenſis.

Tandem præceptum trium vngendorum accepit. Sed quos partim per alios vngi curaret, vt duos priores, de quibus poſtea Domino propitio; partim per ſe, vt Eliſæum, quem iam vocauit.

*Notantur hic v. 19. duo modi adorationis Baal. Prior genuflexio: dein oſculũ: vel ipſius ſimulacri, vt accipi poſſunt Hebræa & Græca: vel manus, vt noſter interpres exponit, veterem morem indicando, de quo Job 31. Lucianus de ſacrificijs, Plinius lib. 28. cap. 2. lib. 2. cap. 7. Apuleius Apologia prima. Minutius Felix in Octauio. Hieronym. Oſeæ 13. Ab iſta conſuetudine profectum autumat Druſus lib. 2. obſeruationum, cap. 15. ritum Chriſti ſanctorumque imagines oſculandi. Sed pari ratione dicere potuiſſet, etiam ritum genu flectendi, de quo in ſcripturis ſæpe: vel etiam ciuiliter amicum oſculandi, prout Chriſtus Dominus, Paulus, & primi Chriſtiani oſculabantur.

CAPVT I.

1. PRæuaricatus eſt autem Moab in Iſrael, poſtquam mor-
tuus eſt Achab. 2. Ceciditque Ochozias per cancellos
cœnaculi ſui, quod habebat in Samaria, & ægrotauit:
miſitque nuncios, dicens ad eos: Ite, conſulite Beelze-
bub deum Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate mea hac. 3.
Angelus autem Domini locutus eſt ad Eliam Thesbiten, dicens:
Surge, & aſcende in occurſum nunciorum regis Samariæ, & dices
ad eos: Numquid non eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendum
Beelzebub deum Accaron? 4. Quam ob rem hæc dicit Dominus:
De lectulo, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morie-
ris. Et abiit Elias. 5. Reuerſique ſunt nuncij ad Ochoziam. Qui di-
xit eis: Quare reuerſi eſtis? 6. At illi reſponderunt ei: Vir occurrit no-
bis, & dixit ad nos: Ite, & reuertimini ad regem, qui miſit vos & di-
cetis ei: Hæc dicit Dominus: Numquid, quia non erat Deus in Iſ-
rael, mittis vt conſulatur Beelzebub Deus Accaron? Idcirco de le-
ctulo ſuper quẽ aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. 7. Qui
dixit eis: Cuius figuræ & habitus eſt vir ille, qui occurrit vobis, & lo-
cutus eſt verba hæc? 8. At illi dixerunt: Vir piloſus, & zona pellicea
accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbites eſt. 9. Miſitque ad eum
quinquagenarium principẽ, & quinquaginta qui erant ſub eo. Qui
aſcendit ad eum: ſedentiq; in vertice montis, ait: Homo Dei, rex præ-
cepit vt deſcendas. 10. Reſpondensq; Elias, dixit quinquagenario: Si
homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quin-

quaginta

quaginta tuos. Deſcendit itaque ignis de cælo, & deuorauit eum, &
quinquaginta qui erant cum eo. 11. Rurſumq; miſit ad eum principē
quinquagenarium alterum, & quinquaginta cū eo. Qui locutus eſt
illi: Homo Dei, hæc dicit Rex: Feſtina, deſcende. 12. Reſpondens E-
lias ait: Si homo Dei ego ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te,
& quinquaginta tuos. Deſcendit ergo ignis de cælo, & deuorauit il-
lum, & quinquaginta eius. 13. Iterum miſit principem quinquagena-
rium tertium, & quinquaginta, qui erant cum eo. Qui cum veniſſet,
curuauit genua contra Eliam, & precatus eſt eum, & ait: Homo Dei,
noli deſpicere animam meam, & animas ſeruorum tuorum qui me-
cum ſunt. 14. Ecce deſcendit ignis de cælo, & deuorauit duos princi-
pes quinquagenarios primos, & quinquagenos, qui cum eis erant:
ſed nunc obſecro vt miſerearis animæ meæ. 15. Locutus eſt autem
Angelus Domini ad Eliam, dicens: Deſcēde cum eo, ne timeas. Sur-
rexit igitur, & deſcendit cum eo ad regem, 16. & locutus eſt ei: Hæc
dicit Dominus: Quia miſiſti nuncios ad conſulendum Beelzebub
deum Accaron, quaſi nō eſſet Deus in Iſrael, à quo poſſes interroga-
re ſermonem, ideo de lectulo, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes,
ſed morte morieris. 17. Mortuus eſt ergo iuxta ſermonem Domini,
quem locutus eſt Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno ſe-
cundo Ioram filij Ioſaphat regis Iudæ: non enim habebat filium. 18.
Reliqua autem verborum Ochoziæ, quæ operatus eſt, nonne hæc
ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael?

COMMENTARIVS.

Regi Ochoziæ, qui è cancellis cœnaculi ceciderat (quos Hebræi ad lucem inferius admittendam reticulatos fuiſſe aiunt) mortem denuntiat; quia Beelzebubi oraculum conſulebat. Et de Baal quidem dixi Iudicum libro. Zebub verò muſcam ſignificat. Vnde Beelzebub dupliciter ſumitur. Primo. vt ſit Deus muſca, prout hic eum LXX. & Joſephus lib. 9. c. 1. vocant, videturque ob impudentiam & libidinem quæ in muſcis notatur, eſſe libidinis Deus, aut Dea quæpiam: præſertim cum tradat in muſcæ encomio Lucianus, fuiſſe olim meretrices, quæ muſcæ vocarentur. Huius ſimulacrum muſcæ inſtar efformatum fuiſſe ſcribit Theodoretus quæſt. 3. & Nazianz. l. 2. contra Iul.

Secundo. Vt ſit Deus muſcæ aut muſcarum. Quia videlicet ne moleſtæ eſſent muſcæ, ipſe vt eas abigeret rogaretur: iſque traditur Jupiter ἀπόμυιος apud Pauſaniam lib. 5. dicitur à Plinio lib. 29 cap. 6. Myodes lib. 10. cap 28. I. T. Achor, quadam ſcilicet ad Accaron alluſione. Imo potius errore, vt quidam oſtendunt.

Dij tamen omnes propter multitudinem muſcæ vocari poſſent; vel vt ait Libro de ſacrificijs Lucianus, quia victimarum ſanguini, muſcarū inſtar, inhiarent. Adde in Gentilium vates muſcæ inſtar Dæmonas quandoque inuolaſſe, vt oracula ederent, quemadmodum ſacerdotale Romanum tradit, cum interdum ad Energumenos obſidēdum accedere. Hinc igitur apud Judæos, qui contēptus & deteſtabilis erat, vocatur Beelzebub. Matth. 10. Ipſeq; Dæmonum princeps Matth. 12: tanquam omniū ſalaciſſimus, impudētiſſimus, contēptiſſimus. For-

taſſis etiam dictus eſt Iupiter quaſi Ζεὺς quaſi ζὲ3 à fluxu ſeminis impuro. numerat Hæreſi 13. Philaſt. Myolatras ſiue Muſcaccaronitas. Gregorius vero Turonenſis de miraculis; quæ S. Jul. reliquiæ magna ederent cum agit, apposite his verbis, v 3. nunquid non eſt *D*eus in Iſrael, vtitur, vt oſtendat, non veneficorum aut veneficarum, ad curandos morbos opem requiri.

Duos porro Pentacontarchos vna cum ſubditis militibus igne cœleſti perdidit Elias, ob peccata ſcilicet præterita, inquit *A*bulenſis quæſt. 19. vt idololatriam, &c. & præſentia, conſenſum videlicet in Regis impietatem, qui quaſi vi Eliam ad ſe duci volebat. Vnde & ſuperbe inquiunt. Rex præcepit vt deſcendas, virum Dei quaſi per ironiam vocant, ac ſi dicerent. Tu qui te virum Dei iactas. Hanc igitur iniuriam, quæ in Deum redundabat, vlciſcitur Elias, ſpiritu ſcilicet vehementi; & ab eo quem in nouo Teſtamento Chriſtus *D*. mitem ac leuem eſſe voluit. Lucæ 9. diuerſo. Sic *A*pocalyp. 11. ex ipſius ore dicitur ignis erupturus, id eſt, ad ipſius & Enochi precem ac imperium, Eccleſiaſtici 48. Vide S. Th. 2. 2. q. 108. a. 1. ad 4.

D. *A*mbroſius cap. 9. de ijs qui myſt. initiantur, cum iſta cœleſtis ignis deuoratione, confert eorum verborum efficaciam & vim, quibus ſacroſancta Euchariſtiæ conſecratio perficitur. Lanfrancus contra Bereng. ſi tantum valuit, ait, ſermo Eliæ, vt ignem de cœlo deponeret; non valebit Chriſti ſermo, vt ſpecies mutet elementorum?

CAPVT II.

1. FActum eſt autem, cum leuare vellet Dominus Eliam
per turbinem in cælum, ibant Elias & Eliſeus de Gal-
galis. 2. Dixitque Elias ad Eliſeum: Sede hic, quia
Dominus miſit me vſque in Bethel. Cui ait Eliſeus:
Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te.
Cumque deſcendiſſent Bethel, 3. egreſſi ſunt filij prophetarum,
qui erant in Bethel, ad Eliſeum, & dixerunt ei: Numquid noſti,
quia hodie Dominus tollet Dominum tuum ad te? Qui reſpon-
dit: Et ego noui: ſilete. 4. Dixit autem Elias ad Eliſeum: Sede
hic, quia Dominus miſit me in Iericho. Et ille ait: Viuit Do-
minus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque
veniſſent Iericho, 5. acceſſerunt filij prophetarum, qui erant in Ie-
richo, ad Eliſeum, & dixerunt ei: Numquid noſti quia Dominus
hodie tollet dominum tuum à te? Et ait: Et ego noui: ſilete. 6.
Dixit autem ei Elias: Sede hic, quia Dominus miſit me vſque ad
Iordanem. Qui ait: Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia
non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter, & quinquagin-
ta viri de filiis prophetarum ſecuti ſunt eos, qui & ſteterunt econ-
tra, longè: illi autem ambo ſtabant ſuper Iordanem. 8. Tulit-
que Elias pallium ſuum, & inuoluit illud, & percuſſit aquas, quæ
diuiſæ ſunt in vtramque partem, & tranſierunt ambo per ſic-
cum. 9. Cumque tranſiſſent, Elias dixit ad Eliſeum: Poſtula quod
vis vt faciam tibi, antequam tollar à te. Dixitque Eliſeus: Obſe-
cro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. 10. Qui reſpondit: Rem

diffi-

difficilem poſtulaſti: attamen ſi videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petiſti: ſi autem non videris, non erit. 11. Cumque pergerent, & incedentes ſermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque: & aſcendit Elias per turbinem in cælum. 12. Eliſeus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Iſrael, & auriga eius. Et non vidit eum amplius: apprehenditque veſtimenta ſua, & ſcidit illa in duas partes. 13. Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei: reuerſusque ſtetit ſuper ripam Iordanis, & pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percuſſit aquas, & non ſunt diuiſę, & dixit. Vbi eſt Deus Eliæ etiam nunc? Percuſſitque aquas, & diuiſæ ſunt huc, atque illuc, & tranſiit Eliſeus. 15. Videntes autem filij prophetarum, qui erant in Iericho econtra, dixerunt: Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum. Et venientes in occurſum eius, adorauerunt eum proni in terram, 16. dixeruntque illi: Ecce, cum ſeruis tuis ſunt quinquaginta viri fortes, qui poſſunt ire, & quærere dominum tuum, ne forte tulerit eum Spiritus Domini, & proiecerit eum in vnum montium, aut in vnam vallium. Qui ait: Nolite mittere. 17. Coegeruntque eum, donec acquieſceret, & diceret: Mittite. Et miſerunt quinquaginta viros: qui cum quæſiſſent tribus diebus, non inuenerunt. 18. Et reuerſi ſunt ad eum: at ille habitabat in Iericho, & dixit eis: Nunquid non dixi vobis: Nolite mittere? 19. Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Eliſeum: Ecce habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſicut tu ipſe domine perſpicis: ſed aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis. 20. At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud ſal. Quod cum attuliſſent, 21. egreſſus ad fontem aquarum, miſit in illum ſal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sanaui aquas has, & non erit vltra in eis mors, neque ſterilitas. 22. Sanatæ ſunt ergo aquæ vſque in diem hanc, iuxta verbum Eliſei, quod locutus eſt. 23. Aſcendit autem inde in Bethel: cumque aſcenderet per viam, pueri parui egreſſi ſunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes: Aſcende calue, aſcende calue. 24. Qui cum reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egreſſique ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. 25. Abiit autem inde in montem Carmeli, & inde reuerſus eſt in Samariam.

COMMENTARIVS.

IN cœlum transfertur, ſed Nota. Primò. Quomodo. Volebat modeſtiæ cauſa Eliſæum abeſſe: idque non tam iubebat, quam hortabatur, quaſi diceret: neceſſe non eſt, vt me comiteris. Sed ab eius latere prudenter ille nunquam diſceſſit, cum & ipſi, & prophetis alijs Eliæ raptum Dominus reuelaſſet,

Hi vocantur filij Prophetarũ i. Prophetę, inquit Theodor. quæſt 6. ſeu Diſcipuli, quorum multa & frequentia collegia iam erant, præſertim in Beniaminiā Tribu, & etiam in Jſrael cap. *2.3.*4.*6.* legatur hac de re *A*uctor Mirab. c. 22. Ambroſ. de Naba. c. 15.

Currus & equi videntur Abul. quæſt. *17.* ex aere craſſiore & ſplendidiore; corpora quædam ea ſpecie conformata extitiſſe.

Pallium quod Eliæ aſcendenti excidit, dicitur à LXX. hic & ſupra cap. 19. Melote. i. ex pilis ouium confectum. Elias ait D Hier. epi. 34. ad Iulian. ad cœlorum regna feſtinans, non poteſt ire cum pallio, ſed mundi in mundo veſtimẽta dimittit. Chryſoſt. ad pop. h. 8. Heliæ melote Jordanem diuiſit, Eliſæum duplicem Eliam fecit, &c. ô quanta ſanctorum virtus? non tantum ipſorum verba, & corpora; ſed & ipſa indumenta, creaturę omni vndique ſunt venerabilia, vt vmbra Petri, calceamenta trium puerorum, Eliſęi lignum, Pauli veſtimenta, Moyſis virga, & ſanctorum fauilla Martyrum, malignos expellit dæmones.

Ex iſto facto putat V. Beda. q. *37.* de ſolis quadriga Poetarum fabulas extitiſſe.

II. Quando. Ante 18. annum regni Joſaphat, ſeu ante Jorami regis Jſraelis principium, vt ait Genebrardus. & patet ex textus ſerie, præſertim cum ſequenti cap. Joramus iſte bellum gerat, & iam abſit Elias v. *11.* vel certe eo ipſo anno ſub Jorami huius principium, vt inſinuat Joſephus. Jdeoque falſo Clemens Schubertus ſub Jorami finem id factum tradit.

Vide ſer. de aſ. in bibl. *SS.* PP. vbi Epiphanius notat eum non aſcendiſſe in cœlum ſimpliciter: ſed quaſi in cœlum. quando longam & beatam alicui vitam precari volunt Syri, ei optant Eliæ vitam. vnde Joan. filius Job monachus; qui Syriacam apocalypſin quæ apud me eſt ſcripſit; cum ſcriptionis tempus poneret ait. in diebus S. patris fundamenti ſeu Antiſtitis eccleſiarum domini Gregorij *XIII.* Papæ Romæ, quæ eccleſiarum mater: det illi dominus vitam ſicut Eliæ prophetæ.

III. Quo ierit, & vbi ſit. Jn cœlum aſcendiſſe clare ait textus. Sed per hoc aerem quidam intelligunt; vt per eum alia in loca tranſierit, idque aiunt nonnulli eſſe Paradiſum terreſtrem, Irenæus lib. 5. cap. 5. Juſtinus quæſt. 85. Iſidorus de obitu ſanctorum cap. 3. D. Thomas *1.* p. quæſt. *102.* art. *2.3.* p. quæſt. *49.* art. *5.* & confirmatur ex Eccli. 48. Sed Græce non habetur Paradiſus. & per Paradiſum locus quilibet amœnus intelligi poteſt, vt in Geneſi dictum eſt. Alij ſecretam aliquam terræ regionem, vt Gregorius hom. *29.* Rupertus 3. Trinit. cap. 33. Alij cœleſtem locum, prout cœlum ab aerę diſtinguitur, Dorotheus in Synopſi, Hieronymus Amos *9.* Ambroſius de Paradiſo cap. 3. Alcimus lib. 4. Alij denique locum eſſe incertum Chryſoſt. hom. *21.* in Geneſin *22.* in Hebræam; & cum eo Theophylactus & Oecumenius. Auguſt. 1. de gratia Chriſti cap. 2. & 3. Theodoretus quæſt. 45. in Geneſin, Cyprianus de montibus Sinai.

Dico primo. Jſtam quæſtionem ad fidem non ſpectare vbi iam ſit, teſte *A*uguſtino *2.* de gratia cap. *23.* contra Sixtum lib. 1. Annotatione 36. adeo vt idcirco D. Chryſoſt. hom. 21. in Heb. vocet quæſtionem ſuperuacuam.

Dico ſecundo, vel incertum eſſe locum, vel in ſuperiore mundo, de quo Geneſeos primo dixi, eſſe collocandum. Primo. Quia vere in inferiore mundo locum nullum aſſignare poſſumus. Secundo. Quia ſcriptura aſcendiſſe refert cœlum verſus, & non iterum deſcendiſſe. Tertio. Quia Patres tertio loco citati cœlum proprium accipiunt, vt ſcilicet ab aereo diſtinguitur.

Quarto. Quid faciat ibi. Nondum Dei eſſentiam intuetur: ſed vti de Enoch. cap. *5.* Gen. dixi, fidem adhuc habet, & diuinis contemplationibus

bus occupatur & orationibus. Fortaſſis etiam diuinis de rebus cum Enoch interdum agit, vti ſentit Soarezius tomo 2. Diſp. 55. Ab omni tentatione liberatus eſt, & nullo fortaſſe corporario cibo vtitur, vt ait *A*uguſtin. de Peccat. Meritis lib. 1. cap. *3*. lib. 1. contra aduerſarium legis cap *15*.

Illinc verò literas ad *I*oramum Regem *I*udæ miſit 2. Paral. cap. 21. & affirmat Joſephus lib. *9*. cap. 2. *S*eder cap. *17*. longe aliter quam impoſtores Hæretici in vita *S*. Bonifacij. *I*llinc etiam propria in perſona Matth. *17*. in Chriſti Domini transfiguratione apparuit, vt probaui 3. p. *D*. Thomæ.

*E*ſt gloſſa quædam in caput 9. Lucæ, quæ id negat, ſicut & Hugo ibidem, dicitque angelos horum loco adfuiſſe, ipſorumque perſonam geſſiſſe in corporibus aſſumptis. *I*ta etiam liber de prodigioſis apparitionibus, num. *101*. & *163*. & ante eum, liber de ſpirituum apparitione, num, 244. & *445*. vſque ad *448*. Sed hanc ſententiam dicit Soarezius tomo 2. diſp. *32*. ſect. 2. erroneam eſſe. Ego dico minimùm eſſe valde periculoſam.

Prob. 1. *E*x regula ſcripturæ interpretandæ, quam tradit *S*. Auguſtin. lib. 3. de Doctrina Chriſtian. cap. 10. & 11. quamque ſerio probat Bellarm. lib. *1*. de *SS*. Euchariſtia cap. *11*. Ribera in Aggæi 1. *S*oarez tomo 1. quæſt. de Chriſti ſatisfactione: Quando nihil fidei vel principiis aliis abſurdi ſequitur, ſcripturam non figurate, ſed proprie intelligendam eſſe. At verò ſcriptura expreſſè dicit affuiſſe Moyſen & Eliam. Ergo. Nam *D*. Matthæus: apparuerunt, inquit, Moyſes & Elias cũ eo loquentes cap. 17. D. Marcus: apparuit illis Elias cum Moyſe, & erant loquentes cum Ieſu, cap. 9. *D*. Lucas duo viri loquebantur cum illo; & ne dubites quinam iſti viri fuerint, explicat: erant autem Moyſes & Elias. non eorum imagines aut ſpectra, & addit eos in maieſtate viſos eſſe, non in aliena perſona vel vmbra.

Dices: Deus interdum apparet, & tamen per angelos. Reſpon. idipſum etiam ſcripturam apertè ſignificare, ideoque idipſum non tam hominum interpretatio, quam ipſius ſcripturæ teſtimonium eſt.

Secundò, D. Petrus ipſos præſentes dicit eſſe Moyſen & Eliam. Reſpond. Petrum neſciuiſſe quid diceret, ex Marci, & Lucæ *9*. Sed contra *1*. ipſimet Euãgeliſtæ & maximè D. Lucas neſciuiſſent quid ſcriberent, quia antequam Petri verba recitent, ex ſua ipſi ſententia diſerte narrant Moyſen & Eliam adfuiſſe. Neque poteſt dici eos ex falſa Petri opinione loquutos; quia eodem modo antequam Iudæorum in Chriſtum contumelias narrarent, potuiſſent dicere, erat autem Ieſus impoſtor, vorax, potator. *S*ecũdò, Hæc D. Petri ignoratio clare ad proximam ſententiam refertur, qua illis & Chriſto tabernacula extrui volebat, cum neque tempus, neque locus idipſum faciendi iam eſſet: prout cum Patribus recte interpretatur *I*anſenius ex Græco textu.

Tertiò, *I*pſemet Chriſtus Dominus eos eſſe dixit Eliam & Moyſen. Prob. Quia inde habuit D. Petrus, vt eos ita nominaret. Cum enim eos hac in vita nunquam viderit, vel ipſos ex diuina reuelatione norat, vel ex eorum imaginibus, vel ex alicuius indicio & oratione. At primũ nullo argumẽto probatur, & tamen ſi probaretur, certiſſimum adeoque diuinum contra iſtam opinionem teſtimonium haberetur. Nõ ſecundum, quia vel imaginum vſus tunc non erat, vti putat Tertullianus contra Marcionem cap. *22*. vel certe non ita vulgaris, vt à piſcatoribus, quæ fortaſſis apud honoratiores erant, vti hodie illuſtrium virorum veteres picturæ, videri potuerint. Ergo tertium; at alius nullus qui indicaret, præter Chriſtum adfuit, ex cuius ſermone illos nominatim appellantis intellexerunt apoſtoli eos eſſe Moyſen & Eliam.

Quartò, *S*i vere & *αὐτοπροσώπως* ſcriptura ſignificare debuiſſet aliquem adfuiſſe, non clarius deſcripſiſſet. alioquin poſſemus etiam fingere *S*imeonem & Annam, Lucæ *1*. Mariam in nuptiis, *I*oan. *2*. Nicodemum, cap. *3*. & alios ſimi-

les non vere adfuiſſe, ſed per alienas perſonas, imo ipſummet Chriſtum, & Apoſtolos in hac transformatione.

Quintò, *S*i illud Lucæ; erant Moyſes & Elias, interpretari liceret, vt vere non fuerint, ſed tropice tantum: daretur noſtri temporis Sacramentariis argumentum, vt in illis verbis: Hoc eſt corpus meum, Illud Eſt, tropice acciperetur, pro, ſignificat, quod ſe diu quæſiuiſſe fatetur Zvvinglius, libro, ſubſidium Euchariſtiæ.

Sextò, In iudicio aliquo nullius ficti teſtis & alieno nomine appellati teſtimonium valeret: imo eſſet quædam veluti ficta comœdia, ſi vere Apoſtoli affuiſſent, alij vero non vere.

Septimò, Ex viſo Elia dixerunt Apoſtoli, quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam oportet primum venire. Ergo adhuc poſtea dum è monte deſcenderent ſe verum Eliam vidiſſe ſenſerunt; neque id *D*ominus reprehendit.

Octauo, Authoritate D. Chryſoſt. in Matth. 17. *D*. Hieron. ibid. Tertullian. lib. *4*. contra Marcionem. libro de Reſ. Moyſen in imagine nondum receptæ carnis, Eliam in veritate nondũ defunctæ. & libro aduerſus Pſychicos. Orige. hom. 12. in Exod & lib. 2. contra Celſum. fol. 442. G. Damaſc. oratione de transfig. D. Epiphanius Hæreſi *42*. & *64*. vbi ex Proclo & Methodio ait: nihil Dominus mentitus eſt, ideoque non ſpectrum aut viſum oſtendit diſcipulis in monte Eliam & Moyſen, quos ipſos deciperet; ſed id quod erat extra falſitatem.

Forte liceat etiam argumentari, prout argumentatus eſt de vero Lazaro. S. Chryſoſt. t. 2. h. de diuite epulone. vbi dicitur: Abraham, & propheta, & Lazarus & Moyſes, &c ſi verus eſt Abraham, verus eſt Lazarus, &c. ſic: ſi verus Chriſtus, ſi verus Petrus, verus & Elias, &c.

Adde D Thomam 3. p. q. *49*. art. 3. ad 2. Abulenſem quæſt. *52*. in 17. Matthæi. Caſſian. coll. 10. c. *6*. Abbatem Joachim. l. introd. in *Apoc*. c. *13*. & in c. *9*. p. *5*. f. *137*. & in c. 12. f. *146*. Antonium de Gislandis in dubiis euang. *S*. Ephrem ſer. de tranſfig. t. *3*. f. *18*s. Rupertum in Deut. l. *2*. c. *22*. Origenem h. *6*. in Leu. Metaphraſt die vigeſimo Iulij, Auguſt. *16*. contra Fauſtum c. 16. S. Bernardum ſerm. *76*. in cant. Sixtum *S*enenſem lib *6*. Anno 74. Et 145. *I*anſenium cap. *07*. Soarez & Medinam *3*. parte. Et Eccleſiam in officio Transfigurationis die *6*. Aug.

Nono, Contraria opinio falſo citat duos veteres. *H*ugo quidẽ Ambroſium vt patet ex Ambroſij lib. 7. in Lucam cap. 2. Gloſſa verò illa Aug. lib. 3. de Mirabilibus ſcripturæ. Nam vt ait S. Thomas, liber ille authenticus non eſt, ſed pſeudepigraphus. *A*dde verò. etiamſi eſſet authenticus, prorſus tamen contrarium docet cap. 10.

Deniq; dici poſſet transfiguratio tota phantaſtica, prout illa opinio de trãſfigurationis modo aiebat. & angeli teſtes illius gloriæ facti fuiſſent, cuius participes non ſunt, vt ait *D*. Thomas.

Poſtremo hinc etiam, tempore Antichriſti, cum Enoch eſt rediturus, vti contra Hæreticos probat Bellarminus de *A*ntichriſto cap. 6. Schererus conc. de Antichriſto, Soarezius l. cit. & patet ex Auguſtino lib. 1. de Peccatorum meritis cap. 3. lib. 9. ad Geneſin cap 6. Ambroſio 4. de Fide lib. *2*. in Lucam, Gregorio 9. & *20*. Moralium, Hieronymo epiſtola *61*. Epiphanio Hæreſi 64. & in Ancorato, Bernardo ſermone *6*. de Aſcenſione, Tertulliano de anima cap. 35. & 50. contra Judæos cap. *2*. Clemente lib. 5. cap. 80. Iſidoro lib. de vita. ſ. c. 35.

Hinc patet primo, contra Iudæos, quam inepte dicat R. Kimhi, in ſphæra ignea eum conſumptum.

Secundò. Quam inepte Iudæi diebus Sabbati ei menſam ſtratam relinquere ſe dicant, vti refert Antonius Margarita, olim Judæus. rurſum eum venturũ, & glorioſum Meſſiam futurum, leges apud Jo. Pfefferkorn, olim item Judæum.

Tertio, *I*nepte ab ijſdem dici patet, Eliam dixiſſe, Deum ſingulis diebus pro Iudæo-

Iudæorum miſeriis plorare, vt in Thalmud eſt.

Quarto, inepte Pocquium Libertinum apud Caluinum *Inſtruct.* aduerſus Libert. fol 271. & 285. Eliæ curru ad duplicem illum ſuum ſpiritum, quo extra terreſtrem hunc mundum, ad fictas inſanaſque reuelationes euehitur; abuti. ſicut & Naſas *Iudæus* ſceleratiſſimus ſub nomine B. Heliæ altare conſtruxerat, & multos ad adorandum ſeduxerat teſte Greg. ep. *76*.

Denique, quam inepte iactet Lutherus Tomo *6.* ad Archiepiſcopum Moguntinum, ſe vocari & eſſe velle Eliam, vti eum etiam eſſe ſcribit Bibliander Chronici Tabula *14.* Melanchthon apud Matheſium conc. 14. & lib. qui contra Staphyli *vortrab* inſcribitur, & Bullinger ad Coclæi libellum f. *6.* quid (ait) peccaui, quod Lutherum dixi Eliæ indutum ſpiritu, in reparanda religione magnanimum ſeſe & excellentem præſtitiſſe? verum Elias eſſe quia vult, eſto. ſed talis, qualis ille apud Sulpitium in hiſtoria *S.* Martini. certe ille qui *S.* Hor volebat Eliam facere l. *1.* vit. Pat. c. *20.* Lutherum fecit Eliam. vide in concionibus P. Schereri pulchram comparationem Lutheri cum Elia.

DE ELISÆO.

DEi ſalus, aut Deus ſaluans Eliſæi nomen eſt. *Ad* propheticæ vitæ inſtitutum diues, & iuuenis vocatus, & vnctus ab Elia eſt, cap. *19.* lib. *3.* Regum.

*S*piritum eius petijt & impetrauit duplicem. Pet. Damian. ſerm. 2. de natiuit. B. Ioan. Bapt. t. 2. pag. *70.* dicit Eliſæum obiurgatum: addit deinde eum impetraſſe. *I.* generatim ſpiritum, non tamen duplicem. *II.* duplicem, non in meritorum cumulo, ſed exhibitione miraculorum: quia vigintiquatuor miracula fecit; Elias tantum duodecim. Aliqui volunt æqualem fuiſſe, quia duplex in Elia ſpiritus erat, Prophetiæ & Miraculorum. Alij maiorem, duplum ſcilicet vt Theodor. quæſt. 7. & 4. & Græci. Alij minorem, vt ſi videlicet tres in partes *E*liæ ſpiritus diuideretur, *E*liſæus duas tantum haberet, tanquam primogenitus & primarius diſcipulus, idque phraſis Hebræa hoc loco importat, vt Deut. *21.* Zachariæ 13. & ſic dici poteſt iſte ſpiritus duplus, reſpectu ſcil. tertiæ partis reſiduæ, non autem reſpectu ſpiritus totius, qui in *E*lia erat. ita Viretus l. de commun. pag *120.* vbi Libertini dicebant ſe duplices, & *E*liæ ſpiritum duplicem habere.

Miraculo *I*ordanem diuiſit v. 14. huius cap. 2. vbi pro *E*tiam Nunc, retinent Græci Hebræam vocem, quæ Theodoreto ſignificat Deum occultum. aliis eſt, *E*tiam ipſe, ſcilicet *E*lias, quaſi diceret, cur non adiuuat? vbi eius iam auxilium? Apud Vatablum, etiam ipſi, i. in ipſius gratiam.

Aquas deinde v. *19.* ſanauit ſale, vt Exodi 15. ligno. Videntur enim aquæ iſtæ, ſi non ſalſæ, certe putres & olidæ fuiſſe, ideoque conuenienter ſalem adhibuit, licet miraculo, aquarum tantum perpurgarit, & perpurgatas tam diu conſeruarit, vt ait cap. 34. Valleſius. Imitatur hoc Eccleſia in aquarum benedictione, de qua in Hydrologio ſuo Marſilius Epiſcopus, & hoc loco Abulenſis. legendus hoc loco Ioſephus l. 4. belli c. *27.* apud Hierichunta (inquit) eſt fons abundans, & ad irrigationes vberrimus, iuxta veterem illam vrbem ſcaturiens &c. hunc fontem fama eſt olim non terræ modo, & arborum fructus obtundere; ſed & mulierum partus: vniuersè vero fuiſſe omnibus peſtilentem & exitialē: poſtea vero ab Eliſæo propheta manſuefactum eſſe. redditumque è contrario ſaluberrimum, & fœcundiſſimum. notus vero erat hic Eliæ &c. ad longum.

Imprecatur tādem ſub finem capitis huius *2.* pueris. Primo, Quia dum ſerui Dei deſpiciuntur, Deus etiam ipſe deſpicitur. D. Thomas 2. 2. q. *108.* a. *1.* ad 4. Secundo, vlciſcitur parentum impietatem, & in filiorum educatione indulgētiam. Tertio, Ne impunitate deteriores euadant, efficit, inquit quæſt. 13. Theodoretus. forte & iſti pueri Idolis conſecrati erant, inquit lib. 2. c. *22.* Auctor Mirab. Pe

rab. Per hos Iudæi crucifixo Domino illudentes ſignificantur, in quos Veſpa-
ſianus & Titus tanquam Vrſi duo immiſſi ſunt, inquit Angelomus. Videatur
ſerm. 204. Auguſt. & D. Hier. in pſal. 46. tit. Eliſæus (ait) figuram Chriſti tenet:
pueri Judæorum, qui dixerunt aue Rex Iudæorum: vrſi proprie dæmones in-
telliguntur: quia deuorauerunt corda illorum. ideoq́; pſal. ille inſcribitur pro
filiis Core, qui ſunt filij Calui. porro caluitiem quaſi probrum haberi ſolitam
ex Æliano, ex Ouidio, Suetonio, Dione, & Iunij commentario de coma diſ-
ces. Origenes h. 4. in Ezechielem vult, per vrſos iſtos ſignificari beſtias, quæ in
animam peccatricem immittuntur.

CAPVT III.

1. IOram vero filius Achab regnauit ſuper Iſrael in Samaria
anno decimooctauo Ioſaphat regis Iudæ. Regnauitque
duodecim annis. 2. Et fecit malum coram Domino, ſed
non ſicut pater ſuus & mater: tulit enim ſtatuas Baal, quas
fecerat pater eius. 3. Verumtamen in peccatis Ieroboam filij Nabat,
qui peccare fecit Iſrael, adhæſit, nec receſsit ab eis. 4. Porro Meſa rex
Moab, nutriebat pecora multa, & ſoluebat regi Iſrael centum millia
agnorum, & centum millia arietum cum velleribus ſuis. 5. Cumque
mortuus fuiſſet Achab, præuaricatus eſt fœdus, quod habebat cum
rege Iſrael. 6. Egreſſus eſt igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & re-
cenſuit vniuerſum Iſrael. 7. Miſitq; ad Ioſaphat regem Iuda, dicens:
Rex Moab receſsit à me, veni mecum contra eum ad prælium. Qui
reſpondit: Aſcendam: qui meus eſt, tuus eſt: populus meus, populus
tuus: & equi mei, equi tui. 8. Dixitque: Per quam viam aſcendemus?
At ille reſpondit: Per deſertum Idumææ. 9. Perrexerunt igitur rex Iſ-
rael, & rex Iuda, & rex Edom, & circuierunt per viam ſeptem dierum,
nec erat aqua exercitui, & iumentis, quæ ſequebantur eos. 10. Dixitq;
rex Iſrael: Heu heu heu, congregauit nos Dominus tres reges, vt tra-
deret in manus Moab. 11. Et ait Ioſaphat: Eſt ne hîc propheta Domi-
ni, vt deprecemur Dominum per eum? Et reſpondit vnus de ſeruis
regis Iſrael: Eſt hîc Eliſeus filius Saphat, qui fundebat aquã ſuper ma-
nus Eliæ. 12. Et ait Ioſaphat: Eſt apud eum ſermo Domini. Deſcendit-
que ad eum rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda, & rex Edom. 13. Dixit autẽ
Eliſæus ad regem Iſrael: Quid mihi & tibi eſt? vade ad prophetas pa-
tris tui, & matris tuæ. Et ait illi rex Iſrael: Quare congregauit Domi-
nus tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab? 14. Dixitq; ad eũ
Eliſæus: Viuit Dominus exercituum, in cuius conſpectu ſto, quod ſi
non vultum Ioſaphat regis Iudæ erubeſcerem, non attendiſſem quidẽ
te, nec reſpexiſſem. 15. Nunc autem adducite mihi pſaltem. Cumque
caneret pſaltes, facta eſt ſuper eũ manus Domini, & ait: 16. Hæc dicit
Dominus: Facite alueũ torrentis huius foſſas, & foſſas. 17. Hæc enim
dicit Dominus: Non videbitis ventum, neq; pluuiam: & alueus iſte
replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ veſtræ, & iumenta veſtra.
18. Parumq; eſt hoc in cõſpectu Domini: inſuper tradet etiam Moab

in ma-

in manus veſtras. 19. Et percutietis omnem ciuitatem munitam, &
omnem vrbem electam, & vniuerſum lignum fructiferum ſuccidetis,
cunctoſq; fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium
operietis lapidibus. 20. Factum eſt igitur manè, quando ſacrificium
offerri ſolet, & ecce, aquę veniebant per viam Edom, & repleta eſt ter-
ra aquis. 21. Vniuerſi autem Moabitę audientes quod aſcendiſſent re-
gęs vt pugnarent aduerſum eos, conuocauerunt omnes qui accincti
erant balteo deſuper, & ſteterunt in terminis. 22. Primoq; manè ſur-
gentes, & orto iam ſole ex aduerſo aquarum, viderunt Moabitæ ecō-
trà aquas rubras quaſi ſanguinem, 23. dixeruntq;: Sanguis gladij eſt:
pugnauerunt reges contra ſe, & cæſi ſunt mutuò: nunc perge ad præ-
dā Moab. 24. Perrexeruntq; in caſtra Iſrael: porro conſurgens Iſrael,
percuſsit Moab: at illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui vice-
rant, & percuſſerunt Moab, 25. & ciuitates deſtruxerunt: & omnem
agrum optimum, mittentes ſinguli lapides, repleuerunt: & vniuerſos
fontes aquarum obturauerunt: & omnia ligna fructifera ſucciderūt,
ita vt muri tantum fictiles remanerent: & circūdata eſt ciuitas à fun-
dibularijs, & magna ex parte percuſſa. 26. Quod cùm vidiſſet rex Mo-
ab, præualuiſſe ſcil. hoſtes, tulit ſecū ſeptingentos viros educentes gla-
dium, vt irrumperent ad regem Edom: & non potuerunt. 27. Arri-
pienſq; filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, ob-
tulit holocauſtum ſuper murum: & facta eſt indignatio magna in Iſ-
rael, ſtatimq; receſſerunt ab eo, & reuerſi ſunt in terram ſuam.

COMMENTARIVS.

HÆreticum regem reſponſo non dignatur. Vt vero ad prophetiei ſpiritus acceptionem, mentem exſuſcitet præparetque, pſalmicinem euocari iubet, qui Theodoreto quæſt. 11. teſte, è pſallentium Leuitarum numero erat. D. Gregorius hom. 1. in Ezech. ſcribit: *Pſalten fecit applicari, vt prophetiæ ad hunc ſpiritus per laudem pſalmodiæ deſcenderet &c. vox enim pſalmodiæ cum per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotenti Domino ad cor iter paratur.* Sic S. Franciſcus lyricine audito, in Deum excitabatur.

Tunc victoriam enuntiat; ſed præ facinoris indignitate doluerunt & abierunt Iſraelitæ, cum Rex Moab non filium regis Edom, ſed ſuum immolaret, vt aiunt Ioſephus, Theodoretus, Procopius. In fine capitis 4. tract. Sanhedrin duæ ſunt Rabinorum opiniones. alij putant regem immolaſſe ſuum proprium filium, ad Dei veri gloriam: alij ad vanorum deorum: illi ex ira quæ ſecuta eſt: hi ex eo quod vetitum id ei facere &c. ſane Porphyrius è veteribus Phœnicum archiuis refert, moris fuiſſe, vt in magnis calamitatibus filiorum cariſſimum immolarent: quidam tamen putant, filium regis Idumæi captum à Moabitarum rege erumpente, neque perrumpente; ſicq; indignatum Idumæum diſceſſiſſe à Ioſaphat, ſolutaque obſidione filium illum captum eſſe immolatum, & tandem idcirco defeciſſe Idumæam à Iuda.

Hic quærit Abulenſis quæſt. 21. deceatne Religioſos in aulis verſari? & concludit eò fere modo, quo Plutarchus in opuſculo docet Philoſophis cum principibus agendum eſſe.

CAPVT

CAPVT IV.

1. MVlier autem quędam de vxoribus prophetarum clama-
bat ad Eliſeum, dicens: Seruus tuus vir meus mortuus
eſt, & tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens Dominum: &
ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad ſeruien-
dum ſibi. 2. Cui dixit Eliſeus: Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid
habes in domo tua? At illa reſpondit: Non habeo ancilla tua quidq̃
in domo mea, niſi parũ olei, quo vngar. 3. Cui ait: Vade, pete mutuo
ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua nõ pauca. 4. Et ingredere, & clau-
de oſtium tuum, cùm intrinſecus fueris tu, & filij tui: & mitte inde in
omnia vaſa hæc: & cũ plena fuerint, tolles. 5. Iuit itaq; mulier, & clau-
ſit oſtium ſuper ſe, & ſuper filios ſuos: illi offerebant vaſa, & illa infun-
debat. 6. Cumq; plena fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuum: Affer mihi
adhuc vas. Et ille reſpondit: Non habeo. Stetitq; oleum. 7. Venit au-
tem illa, & indicauit homini Dei. Et ille, Vade, inquit, vende oleum;
& redde creditori tuo: tu autem, & filij tui viuite de reliquo. 8. Facta
eſt autem quædam dies, & tranſibat Eliſeus per Sunam: erat autẽ ibi
mulier magna, quæ tenuit eum vt comederet panem: cumque fre-
quenter inde tranſiret, diuertebat ad eam vt comederet panem. 9.
Quæ dixit ad virum ſuum: Animaduerto quod vir Dei ſanctus eſt i-
ſte, qui tranſit per nos frequenter. 10. Faciamus ergo ei cœnaculum
paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & menſam, & ſellam, & can-
delabrum, vt cùm venerit ad nos, maneat ibi. 11. Facta eſt ergo dies
quædam, & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi. 12. Di-
xitque ad Giezi puerum ſuum: Voca Sunamitidem iſtam. Qui cùm
vocaſſet eam, & illa ſtetiſſet coram eo, 13. dixit ad puerum ſuum: Lo-
quere ad eam: Ecce, ſedulè in omnibus miniſtraſti nobis, quid vis vt
faciam tibi? numquid habes negotium, & vis vt loquar regi, ſiue
principi militiæ? Quæ reſpondit: In medio populi mei habito. 14. Et
ait: Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitq; Giezi: Ne quæras: filium e-
nim non habet, & vir eius ſenex eſt. 15. Præcepit itaq; vt vocaret eam:
quæ cùm vocata fuiſſet, & ſtetiſſet ante oſtium, 16. dixit ad eam: In
tempore iſto, & in hac eadem hora, ſi vita comes fuerit, habebis in v-
tero filium. At illa reſpondit: Noli quæſo domine mi, vir Dei, noli
mentiri ancillæ tuæ. 17. Et concepit mulier, & peperit filium in tem-
pore, & in hora eadem, qua dixerat Eliſeus. 18. Creuit autem puer. Et
cùm eſſet quædam dies, & egreſſus iſſet ad patrem ſuum, ad meſſores,
19. ait patri ſuo: Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit
puero: Tolle, & duc eum ad matrem ſuam. 20. Qui cùm tuliſſet, &
duxiſſet eum ad matrem ſuam, poſuit eum illa ſuper genua ſua vſque
ad meridiem, & mortuus eſt. 21. Aſcẽdit autem, & collocauit eum ſu-
per lectulum hominis Dei, & clauſit oſtium: & egreſſa, 22. vocauit

virum ſuum, & ait: Mitte mecum, obſecro, vnũ de pueris, & aſinam,
vt excurram vſq; ad hominem Dei, & reuertar. 23. Qui ait illi: Quam
ob cauſam vadis ad eum? hodie non ſunt Calendæ, neq; Sabbathum.
Quæ reſpondit: Vadam: 24. Strauitque aſinam, & præcepit puero:
Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod
præcipio tibi. 25. Profecta eſt igitur, & venit ad virum Dei in montem
Carmeli: cumq; vidiſſet eam vir Dei econtra, ait ad Giezi puerum ſu-
um: Ecce Sunamitis illa. 26. Vade ergo in occurſum eius, & dic ei:
Rectene agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum?
Quæ reſpondit: Recte. 27. Cumq; veniſſet ad virum Dei in montem
apprehendit pedes eius: & acceſsit Giezi vt amoueret eam. Et ait ho-
mo Dei: Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine eſt, & Do-
minus celauit à me, & non indicauit mihi. 28. Quæ dixit illi: Nũquid
petiui filium à Domino meo? numquid non dixi tibi: Ne illudas me?
29. Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum
in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum: & ſi ſa-
lutauerit te quiſpiam, non reſpondeas illi: & pones baculum meum
ſuper faciem pueri. 30. Porro mater pueri ait: Viuit Dominus, & vi-
uit anima tua, nõ dimittã te. Surrexit ergo, & ſecutus eſt eam. 31. Gie-
zi autem præceſſerat ante eos, & poſuerat baculum ſuper faciem pue-
ri, & non erat vox, neq; ſenſus: reuerſuſq; eſt in occurſum eius, & nun-
ciauit ei, dicens: Non ſurrexit puer. 32. Ingreſſus eſt ergo Eliſeus do-
mum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: 33. ingreſſuſque
clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum: & orauit ad Dominum. 34.
Et aſcendit, & incubuit ſuper puerum: poſuitq; os ſuum ſuper os eius,
& oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius: & in-
curuauit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri. 35. At ille reuerſus,
deambulauit in domo, ſemel huc atq; illuc: & aſcendit, & incubuit ſu-
per eum: & oſcitauit puer ſepties, aperuitq; oculos. 36. At ille vocauit
Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata, ingreſſa eſt
ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum. 37. Venit illa, & corruit ad pedes
eius, & adorauit ſuper terram: tulitq; filium ſuum, & egreſſa eſt, 38. &
Eliſeus reuerſus eſt in Galgala. Erat autem fames in terra, & filij pro-
phetarum habitabant coram eo. dixitque vni de pueris ſuis: Pone ol-
lam grandem, & coque pulmentum filiis prophetarum 39. Et egreſ-
ſus eſt vnus in agrum vt colligeret herbas agreſtes: inuenitque quaſi
vitem ſilueſtrem, & collegit ex ea colocynthidas agri, & impleuit pal-
lium ſuum, & reuerſus concidit in ollam pulmenti: neſciebat enim
quid eſſet. 40. Infuderunt ergo ſociis, vt comederent: cumq; guſtaſ-
ſent de coctione, clamauerunt, dicentes: Mors in olla vir Dei. Et non
potuerunt comedere. 41. At ille, Afferte, inquit, farinam. Cumque
tuliſſent, miſit in ollam, & ait: Infunde turbæ, vt comedant. Et non
fuit amplius quidquam amaritudinis in olla. 42. Vir autem quidam

venit de Baalſaliſa deferens viro Dei panes primitiarum, viginti panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera ſua. At ille dixit: Da populo, vt comedat. 43. Reſponditq; ei miniſter eius: Quantum eſt hoc, vt apponam centum viris? Rurſum ille ait: Da populo, vt comedat: hæc enim dicit Dominus: Comedent, & ſupererit. 44. Poſuit itaq; coram eis: qui comederunt, & ſuperfuit iuxta verbum Domini.

COMMENTARIVS.

VXori Prophetæ, quem Joſephus & Hebræi Abdiam, de quo cap. 18. lib. 3. eſſe volunt, olei copiam, vt æs alienum diſſoluat, cōcedit, ſimillimā de oleo hiſtoriā narrat Eugippius c. 28. dein Sunamitidi fœminæ piæ, diuiti, & munificæ, ſed ſterili filium impetrat, eumque mortuum ad vitam reuocauit; non Syncope tantum aliqua laborantem, vti cap. 35. ſuſpicatur Valleſius.

Nota 1. ex Vatablo & Abulenſi quæſt. 30. ſolitos Iſraelitas feſtis diebus ſanctos prophetas inuiſere, ab iis benedictionem, orationem, inſtructionem petere, vt patet hic v. 23. Cum vero mors in olla, i. res mortifera eſſe videretur, v. 40. propter colocynthidas agreſtes, quæ ob amaritudinem ſolent terræ fel appellari; iuſſit farinam adhiberi. Hæc enim ſicuti & amylum triticeum, vim habet ad leniendum & conglutinandum; non tamen tantam, vt abſq; miraculo amaritudinem tantam auferre potuerit. Demū paucis panibus 100. homines ſaturauit.

Notat Theodoret. quæſt. 17. voluiſſe Eliſæum, vt ne Giezi quenquam obuium ſalutaret; ne ob inanem gloriam quod ipſi faciendum erat, patefaceret, ſicque in miraculo impediretur. Alij tamen ſignificari volunt attentionem, & feſtinationem ad propoſitum opus, vt Matth. 10. Notat idem Theodor. quæſt. 19. propriarum poſſeſſionum nihil prophetarum iſtorum Collegia poſſediſſe. Addit S. Hieronymus, Eliſæum vxorem nunquam duxiſſe, lib. 1. contra Iouinianū. Caſſian. prudenter monet nos his verbis: *baculum manu circumferre, ſolitus erat S. Eliſæus: quo monemur, nunquam debere nos inter tot oblatrantes vitiorum canes inermes incedere; ſed irruentes retūdere crucis ſignaculo.* Rabi Eliezer c. 33. etiam hoc dicit: *ridebat Giezi dicendo obuiis, crediſne baculum iſtum vitam reſtituere?*

CAPVT V.

1. NAaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum ſuum, & honoratus: per illum enim dedit Dominus ſalutem Syriæ: erat aūt vir fortis & diues, ſed leproſus. 2. Porro de Syria egreſsi fuerant latrunculi, & captiuam duxerant de terra Iſrael puellam paruulam, quæ erat in obſequio vxoris Naaman, 3. quæ ait ad dominam ſuam: Vtinā iuiſſet dominus meus ad prophetam, qui eſt in Samaria: profecto curaſſet eum à lepra, quam habet. 4. Ingreſſus eſt itaq; Naaman ad dominum ſuum, & nunciauit ei, dicens: Sic & ſic locuta eſt puella de Terra Iſrael. 5. Dixitq; ei rex Syriæ: Vade. & mittam literas ad regem Iſrael: Qui cùm profectus eſſet, & tuliſſet ſecum decem talenta argenti, & ſex millia aureos, & decem mutatoria veſtimentorum, 6. detulit literas ad regem Iſrael, in hæc verba: Cùm acceperis epiſtolam hanc, ſcito quòd miſerim ad te Naaman ſeruum meum, vt cures eum à lepra ſua.

ſua. 7. Cumque legiſſet rex Iſrael literas, ſcidit veſtimenta ſua, & ait: Numquid Deus ego ſum, vt occidere poſsim, & viuificare, quia iſte miſit ad me, vt curem hominem à lepra ſua? animaduertite, & videte quod occaſiones quærat aduerſum me. 8. Quod cùm audiſſet Eliſeus vir Dei, ſcidiſſe videlicet regem Iſrael veſtimenta ſua, miſit ad eum, dicens: Quare ſcidiſti veſtimenta tua? veniat ad me, & ſciat eſſe prophetam in Iſrael. 9. Venit ergo Naaman cum equis, & curribus, & ſtetit ad oſtium domus Eliſei: 10. miſitque ad eum Eliſeus nuncium, dicens: Vade, & lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua, atq; mundaberis. 11. Iratus Naaman recedebat, dicens: Putabam quod egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Domini Dei ſui, & tangeret manu ſua locum lepræ, & curaret me. 12. Numquid non meliores ſunt Abana, & Pharphar fluuij Damaſci omnibus aquis Iſrael, vt lauer in eis, & munder? Cùm ergo vertiſſet ſe, & abiret indignans, 13. acceſſerunt ad eum ſerui ſui, & locuti ſunt ei: Pater, & ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta, certè facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi: Lauare, & mundaberis? 14. Deſcendit, & lauit in Iordane ſepties iuxta ſermonem viri Dei, & reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli, & mundatus eſt. 15. Reuerſusque ad virum Dei cum vniuerſo comitatu ſuo, venit, & ſtetit coram eo, & ait: Vere ſcio quod non ſit alius Deus in vniuerſa terra, niſi tantum in Iſrael. Obſecro itaque vt accipias benedictionem à ſeruo tuo. 16. At ille reſpondit: Viuit Dominus, ante quem ſto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitùs non acquieuit. 17. Dixitque Naaman: Vt vis: ſed, obſecro, concede mihi ſeruo tuo vt tollam onus duorum burdonum de terra: non enim faciet vltrà ſeruus tuus holocauſtum, aut victimam dijs alienis, niſi domino. 18. Hoc autem ſolùm eſt, de quo depreceris Dominum pro ſeruo tuo, quando ingredietur dominus meus templum Remmon, vt adoret: & illo innitente ſuper manum meam, ſi adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoſcat mihi Dominus ſeruo tuo pro hac re. 19. Qui dixit ei: Vade in pace. Abijt ergo ab eo electo terræ tempore. 20. Dixitq; Giezi puer viri Dei: Pepercit dominus meus Naaman Syro iſti, vt non acciperet ab eo quæ attulit: viuit Dominus, quia curram poſt eum, & accipiam ab eo aliquid. 21. Et ſecutus eſt Giezi poſt tergum Naaman: quem cùm vidiſſet ille currentem ad ſe, deſiluit de curru in occurſum eius, & ait: Recte ne ſunt omnia? 22. Et ille ait: Recte. dominus meus miſit me ad te, dicens: Modo venerunt ad me duo adoleſcentes de monte Ephraim, ex filiis prophetarum; da eis talentum argenti, & veſtes mutatorias duplices. 23. Dixitque Naaman; Meliùs eſt vt accipias duo talenta. Et coëgit eum, ligauitque duo talenta argenti in duobus ſaccis, & duplicia veſtimenta, & impoſuit duobus pueris ſuis, qui & portauerunt coram eo. 24. Cumque veniſſet iam veſperi, tulit

de manu eorum, & repoſuít in domo, dimiſitque viros, & abierunt.
25. ipſe autem ingreſſus, ſtetit coram domino ſuo. Et dixit Eliſeus:
Vnde venis Giezi? Qui reſpondit: Non iuit ſeruus tuus quoquam.
27. At ille ait: Nonne cor meum in præſenti erat, quando reuerſus eſt
homo de curru ſuo in occurſum tui? Nunc igitur accepiſti argentum,
& accepiſti veſtes, vt emas olíueta, & vineas, & oues, & boues, & ſer-
uos, & ancillas. 27. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo,
vſq; in ſempiternum. Et egreſſus eſt ab eo leproſus quaſi nix.

COMMENTARIVS.

NAhamanem leproſum ſanauit: Cui ſimilis extitit Princeps ille, qui apud Nicephorum l.18.cap.23 Chriſtianus eſt factus. Hic vero noſter à lepra liberatus eſt, puellæ captiuæ Prophetam indicantis opera. D. Ambr. per puellam iſtam ſignificari ait lib. de ijs qui myſt. initiantur, c.3. Juniorem ex Gentibus congregationem, i. Eccleſiam, quæ peccati captiuitate, cum gratiæ libertatem nondum haberet; depreſſa olim erat, & conſilio ſuaſuque ſuo effecit, vt Gentilium populus propheticum verbum audiret, audiensq; ab omni vitiorũ contagio ablueretur. Sane Conſtantino M. imperante, Iberos captiua mulier ad Chriſtianam fidem traduxit, quæ vt ait Niceph. l.8.c.34. diu noctuq; pietatis exercitia exhibebat, ieiunio plurimum vacabat, cõtinueq; precibus inſiſtebat.

Itineri ergo ſeſe ad prophetam accingit Naaman: ſed ad eum ille domo egreſſus non eſt. Cauſam cẽſent Procop. & Theod. q.19. quod legis adeò ſtudioſus eſſet Eliſæus, vt ne immundi quidem hominis aſpectum, multo minus contactum ferre vellet: vt ſcil. intelligeremus, quam eorum mores & conſuetudinem defugere oporteat, quos grauiorum ſcelerum, infidelitatis ac hęreſeos lepra inquinat. Abulenſi tamen q.7. potius aſſentior, voluiſſe vatem miraculi futuri magnitudinem augere, dum per internuntium puerum id agit, lib.2.c.28. autor Mirab. ait, ſolo verbo rem agit: ſimulque oſtendit paruo apud ſapientes diuinosq; homines in pretio eſſe, quę tantopere mundus iſte admiratur, honoratiſſimorum hominum præſentiam, famulorum phalanges, auri argentiq; aceruos maximos, prout D. Jacob. c.2. & D. Greg. l.7. Moral. c.22. monent.

Iratus Naaman recedebat dicens: Putabam &c. Vnum videl. ſupernaturalis curationis ſibi modum animo finxerat: Alium præſcribi dum videt, iraſcitur, & contra eum minus bene intellectum argumentatur. Is fere in SS. fidei myſteriis infidelium mos. Nunquid (aiunt) Baptiſmi aqua, Euchariſtiæ panis, Confirmationis balſamum, Vnctionis oleum, cetera quæ Pontificij conſecrant, & benedicunt, aliis excellentiora? Nunquid ad fidei controuerſias diiudicandas non meliores Laici aliqui docti, omnibus Pontificibus, Conciliis, & Patribus: vt iis obſequamur & adhæreſcamus?

Abana vero, inquit Beniaminius Itin, Damaſcum influit, cuius aquæ per trabes in omnes magnatum domos, atque etiam in fora & plateas diducuntur. Pharphar vrbem ipſam præterfluit, & hortos Paradiſoſque omnes irrigat.

Sed cur eum lauari, & in Iordane, & ſepties voluit Eliſæus? habent fateor, crebræ in fluuialibus aquis lotiones ad ſcabiei immunditiam auertendam momenti aliquid, vt oſtendit cap. 38. Sacr. Valleſius: non in eo tamen, in quo pſora iam, & elephãtiaſis inueterauit, qui medicorum vim iam omnem expertus ſit, pharmacis omnibus pertinaciſſime obſtiterit. Quam facile in Judæa elephantiaci oẽs ſanuiſſent, ſi ea in Iordaninis vndis, ſeptenarioq; numero efficacitas?.

Miraculi ergo huius vix alia mihi p̃ter myſticã ſignificationẽ cauſa occurrit. Lotio ſacrũ baptiſmũ D. Amb. teſte l. cit. c.3. & 4. ſignificat; non tñ qualécunq; ſed

ſed eum qui in Iordane, id eſt, in Eccleſiæ Catholicæ aquis fit, non in Abana & Pharphar, i. in ijs baptiſmatibus quæ Gentilium, Iudæorum, & Hæreticorum propria ſunt. A ſeptenario numero Theod. l. cit. & Procop. ſignificari putant corporis animiq; ſimul ablutionem: nam conſtat illis elementis quatuor, quorum bona temperatio valetudinẽ efficit; hic vero in SS. Trinitatis nomine perpurgatur. Tertul. l. 4. contra Marcionem ſignificari ęmulationem nationum in Chriſto lumine, quæ ſeptem maculis capitalium delictorum inhærerent, idololatria, blaſphemia, homicidio, adulterio, ſtupro, falſo teſtimonio, fraude. Addere liceat 7. nouæ legis Sacramenta ſignificata, in quibus omnib. recte ſi ſuſcipiantur, eſt diuinæ gratiæ latex limpidiſſimus, eſtq; myſtica quædã ſacri baptiſmatis iteratio, & ſpiritualis lepræ abſterſio. Fuit ante annos aliquot Herbipoli Iuris Doctor hæreticus Albada, ex eo ſe nõnulli, ẽt Lutherani, audijſſe referũt, cum in pacificatione Colonienſi diceret: Poſſe non minus ſæpe baptiſmũ, quã Euchariſtiam accipi: ſed faceſſat inſania, cuius in Bellarm. Tomo 2. helleborũ.

Myſtica tamen iſta, cum Naamano ignota eſſent, meram ab eo ſimplicemq; obedientiam flagitabant, ad quam optimi eum famuli cohortati ſunt. Pater aiunt ſi &c. Magnæ humanitatis homo iſte fuit, qui ſeruis, non tam dominus, quã Pater. Et ſerui illi vere filij, qui de heri ſalute tam ſoliciti, tamq; in monendo ſapientes & obſequioſi. Audijt eos Naaman. & cur ſanctos Patres Eccleſiamq; ipſam matrem non audimus? Deſcendit ille, & lauit, & mundatus eſt. En obedientiæ in abditis retruſisq; fidei myſteriis vim admirabilem! En inſigne ad veram Dei gloriam & poteſtatem celebrandam miraculum! De Conſtantino M. cum baptiſmo luſtraretur, idem accepimus. Non hæc tamen in aquis illis præciſe ſpectatis efficientia: ſed quia diuinæ voluntatis & propheticæ iuſſionis inſtrumentum fuerunt, vti loc. cit. docent. Ambroſ. & Autor Mirab. lib. 2. cap. 24.

Sic igitur à corporis lepra curatus ille: nec multo poſt à multo tetriore animi lepra. Corpus enim tanto miraculo ſanatum cum videret, illico verum eum eſſe Deum, quem Propheta coleret, cuius authoritate abſens abſentem curaſſet, cogitauit, & aſſenſit: cogitanti, & aſſentienti ſacra diuinitus fides immiſſa eſt: fidei vero bona hæc opera ſtatim adiunxit.

Primò, cum Samaritano Euangelico, ad medicum redijt, eique gratias egit, Luc. 17. Deinde fidei profeſſionem, coram Eliſæo, edidit. Tertiò, munera Eliſæo ampliſſima obtulit, &, vt acciperet, valde rogauit, ac inſtitit. Quartò, duo ab ea contra petijt; vnum, ſibi vt liceret è terra illa burdonum duorum onus tollere; alterum, vt ignoſceret Deus, ſi quandoque idolorum templa intraret, in eiſque deinceps adoraret.

Quem vero ne aſpectu quidem dignatus antea Eliſæus fuerat, iam humaniſſime affatur, eiuſque petitionibus annuens, & bono animo, quòd peccati nihil videretur; eſſe iubens, vade, inquit, in pace.

Fidei eius profeſſio eſt: Vere ſcio quod non ſit Deus in terra, niſi tantum ſit in Iſrael. Non ſunt Dij Remmon, Dagon, Beelzebub, Aſtaroth, Baaleſue alii. Solus Deus eſt, qui in Iſrael colitur. ideoque mera vanitudo & ſuperſtitio illorum omnium cultus, in huius vnius religione acquieſcendum, idq; corde credo, & ore iam confiteor. Nam ſciendi verbum non raro pro fide ponitur, quatenus veriſſimam certiſſimamq;, licet claram minus & perſpicuam, cognitionem habet. Iſtiuſmodi vero profeſſio, ſed pro ratione temporum explicatior, per ſe, vel per alios, veteri Eccleſię more, ante baptiſmum edenda, idemq; optimâ Tridentinæ Synodi ſanctione, ante beneficia & dignitates eccleſiaſticas: Imo & in bene moratis rebuſpublicis, ante politicas & Academicas. Eiicienda vero illa Truchſeſiani Patroni temeritas, affirmantis, iſto profeſſionis vinculo neminem, niſi dum profitetur, meliuſq; nihil occurrit; teneri. Cum enim vera fide melius occurrere nihil vnquam poſſit, an in re omnium grauiſſima & reli-

gioſiſſima nugas agere & ludificari fas? Et ſi Tyranni Polycratis, veteratoriſq; Lyſandri aſtragalos adeo gentilitas ipſa improbauit, iniuratamque Euripidis mentem damnauit, quid Ecebolio iſto faceret?

Terræ illius maſſam aliquam cur petat, cauſam ipſemet ſubdidit: Non enim faciet vltra ſeruus tuus holocauſtum aut victimam Diis alienis, niſi Domino, quaſi diceret: Ego iis qui Dij non ſunt, holocauſta & victimas, ipſorum in aris & fanis, vſq; obtuli; nunquam id deinceps facturus ſum, ſed ei tantum, qui vnus & ſolus Deus: Eius tamen cum apud nos in Syria templum & altare nullũ ſit, volo ipſe vnum aliquod erigere, eamq; ad rẽ de Iſraelitica terra iſta peto aliq̃d, vt ſit illius aut fundamentum, aut pars certe nobiliſſima. Forte ob viciniam cognorat, ex terra, Domini altare fieri. Et potuiſſet quidem ad hoc habilis & apta Syriæ terra eſſe: Jſraeliticam tamen optauit, quod eam, vti monet Theodoret. quæſt. 19. Abul. q. 22. ſanctam crederet, quam præ ceteris Deus elegiſſet, in qua populum templumque ſuum collocaſſet, quæ tot ſanctiſſimorum virorum domiciliis & virtutibus celebraretur.

Iſtam viri tanti pietatem, & religionem imitantur Catholici, dum ſacroſanctam Domini crucem, ſanctorumque reliquias tantifaciunt, longinquis è terris aduehunt, ſuis in templis & altaribus condunt & obſeruant. Longe alia nouatoribus hodiernis mens: ſuperſtitionem dixiſſent, errorem, delirationem. quæ ꝓfecto ſi aliqua fuiſſet, vt in Epidauriis Athenienſ. oleam poſcentibus, Herod. l. 5. eam in homine optimo, & ad Prophetica imperia obſequentiſſimo hærere nequaq̃ ſiuiſſet Eliſæus. Quin vero, cum tota ei regio pateret, cur non ſponte, quantũ & vbi libuiſſet, accipiebat? Quid rẽ à Propheta tantulam petere opus?

Videtur & pietatis ſuæ approbatorem habere illum voluiſſe, & aliquam terræ huius benedictionem impetrare.

Burdones vero aut Burdi, ſunt iumenta & muli, qui & manni vocantur: Vſus voce minus vſitata videtur Interpres, propter ipſam, cum Hebræo nomine, cui & Germanicum vetus congruit, ſimilitudinẽ. Vide Lamb. l. 3. Hor. Oda 27.

Si dicas; potuiſſet è vicina Syria, & quidem multo quã Candaces eunuchus, aliiue Gentiles, facilius, ad Hieroſolymitanum templum venire, neq; nouam in ſua patria ædem conſtruere. Act. 8. 10. 12. Rom. 8.

Potuiſſet ſane: neq; non interdum veniſſe auſim affirmare; ſed ea eximia in Deum religionis vis, vt nõ ad exiles adeo calculos, quid faciendum ſit reuocet. multa, etſi ea præcepta non ſunt, molitur; quod ad maiorem Dei gloriam, maioremq; animorum vtilitatem magis faciant, vt ſunt quæ ſupererogationis opera dicuntur. Anguſta, inquit Sen. l. 2. de ira. c. 27. innocentia, ad legẽ bonũ eſſe.

Sed Judæus omnino fieret, circumcideretur, proſelytum ageret. Non tenebantur iis legibus gentes: poterant ceremoniis aliis verum Dei numen venerari: neq; neceſſe, ſi quis boni quippiam ad ꝙ præcepto nullo vrgetur; ſuſcipit, vt quidlibet ſuſcipiat. Sed cũ Naamanem iſtũ, contra fidei & baptiſmi neceſſitatẽ, obijceret Puccius Filidin⁹, hoc ipsũ explicatũ. Ioſ. 20. c. 2. l. 2. cõt. Filid. c. 5. l. 1. c. 10.

In poſteriore Naamanis illa petitione, q̃ſtio exiſtit ſubdifficilis; liceatne interdum fidem ipſam diſsimulare, infideliumq; delubra, & ritus quoſdam obire. Hoc n. Naamani exemplum ſuis, ait Caluinus, Pſeudonicodemis perfamiliare: fuitq; apud S. Auguſtin. ep. de vit. ſuper. hær. 70. vetus Priſcillianiſtarum verſus

Iura, periura, ſecretum pandere noli.

Leouildi Regis legatus hæreticus blaſphemũ hoc diuerbium apud Tur. l. 5. c. 43. blatterabat. Non eſſe noxium, ſi inter gentilium aras, & Dei Eccleſias quis trãſiens, vtraq; veneretur. Machiauellus l. 1. de Rep. c. 12. eas de religione præceptiones dat, vt ſeu veram ſeu falſam, à Principibus, modo ad opes & potentiam vtile id videatur; diligenter coli velit. Vnde & capitales illi, qui, regnandi gratia, religionum laruas quaſdam aſciſcere, non iniuſtum differunt.

Breui-

Breuibus ergo tota de re,deq; Naamane noſtro quid ſentiendum,audi.

De Chriſtianæ Catholicęq; fidei exteriore confeſſione ac indicio,duæ ſacrò in tabulario leges ſunt. Vna vetans: fidem exteriori ſigno nunquam inficiator. Altera iubēs:fidem exteriori ſigno interdum profitetor. Matth.10.Luc.9.1.Timot.2.Rom.10. Exterius vero ſignū duplicis generis eſt. Vnum quod ad ſignificandum tantummodo valet;vt verba,ſcripta,& ſi qua alia. Alterum, quod præter ſignificationem, alium etiam verum vſum habet, vt veſtes, cibi, corporum geſtus,& actiones nonnullæ. Omnia vero ſignificationem iſtam ſuam exercere poſſunt,vel eo ipſo quod abſunt, vel quod adſunt, ſeu vt loquuntur, priuatiue & poſitiue.

Haſce igitur ſtatuo propoſitiones.I.Signis iſtis omnibus interdum abſtinere licet,fidemq; ſuam non paſſim,& omnibus,tempore quolibet indicare;quia leges aientes non quolibet rerum articulo vim obligandi habent.

Secunda. Signis prioris generis, vt verbis apertis,negare ſe Chriſtianum aut Catholicum, vel fidei myſteria ſibi certa omnino & indubitata eſſe,vel ſe affirmare gentilem,Judæum,Turcam,Lutheranum,Caluiniſtam,aut quoquo modo hæreticum, nunquam vti licet: quia leges negantes, & ſemper, & quolibet rerum articulo vim obligandi habent.

Tertia. Si quis à Tyranno quopiam gētili,Turca, Judæo;hæretico de fide interrogatus, verbis ambiguis, aut eo modo conſtructis, vt negatæ à ſe fidei opinionem excitet,reſpondeat,eandem vetantem legem violare videtur.

Quarta. Quando poſterioris generis ſigna primario, vel natura, vel communi gentium omnium,aut certe gentis vnius, apud quam agitur,ſententia & inſtituto, ad religionis profeſſionem & ceremoniam aliquam referuntur, ijs non aliter quam apertis verbis, vti oportet.

Quinta. Quando eiuſdem generis ſigna ſecundario, ſiue ex inſtituto, ſiue caſu tantum aliquo,ratione conſuetudinis regionis, politici cuiuſdam ordinis, fideles ab infidelibus diſtinguunt; ijs vti & fidem occulere non nefas, cum cautiones tres adhibebuntur.

1. Vt neceſſitas aliqua poſtulet. 2. abſit omnis, quæ in fidem redūdare queat, iniuria. 3. nullum cuiquam ſcandalum detur.

Jn his, multæ,varijs de rebus noſtri temporis quæſtiones includuntur, vti de carnium eſu,religioſi habitus mutatione,nuptiarum ritibus,funerum pompis, ternis Jndorum filis, Pontificis M.nomine, quod ad Gratianum vſque Jmperatores Chriſtiani geſſere, aliisque ſimilibus.

Sed ex iis perſpicitur, quam ſapienter Eleazarus & Machabæi vetitas carnes repudiarint: S. Sebaſtianus vſitatam chlamydem geſſerit: Beneuolus Juſtinæ Jmperatricis Arianę ſcriba,latam in catholicos legem ſcribere noluerit: qui neſcientes & dormientes ab Arianis rebaptizati erant, impoſita linteamina conſciderint,&,cū Victore vt dicam;fidei manu,in latrinas proiecerint: quam præclare Valens & Valentinianus Juliani apoſtatæ congiarium reſpuerint, itemq; Valentinianus eundem quidem Jmperatorem ad Jdolorum fanum comitatus ſit,ſed cum idololatra eum ſacrificus roſcidis quibuſdam frondibus aſperſiſſet, eum alapa percuſſum conuitiis proſciderit, veſtisq; partem, quam aſperginis illius gutta tetigiſſet,reſciderit & abiecerit: quam deniq; fortiter & glorioſe Anglorum hodie non pauci fortunarum vitæq; iacturam libentius faciant, quam Caluinianarum cœnarum non templa,ſed gurguſtia ingrediantur.

Jntelligitur etiam quam caute in Turcarum ditionibus Chriſtianos verſari, in hęreticorum vrbibus & cōtuberniis Catholicos deceat, ne vel metu quopiā, vel humanæ gratiæ nimio ſtudio, vel emolumento quopiam, à poſitis iam profitendæ fidei regulis diſcedant. Sed eorum potius dedecus & exitiū, qui videri quam eſſe Chriſtiani & Catholici maluerunt, perhorreſcāt, Arii, Juliani, Zeno-

nis, Anaſtaſij, Georgij Bohemorum Regis. de his v. Maph Judic. l. 15 Soz. l. 4. Baron. t. 3. 4. 5. 6. Dubrau. Niceph.

Naaman vero noſter, nullum vel meticuloſis, vel ambitioſis fidei ſimulatoribus mantelum ſuggerit. Ad idolorum templum it: ſed tantum, vt dominum ex officio comitetur; non idola vt colat. *A*dorat ipſe, id eſt, ſeſe inclinat, corpus & genua inflectit, non idolis honorem faciens, ſed humanum & ciuile tantum obſequium domino ſuo ſeſe inclinanti, corpus & genua inflectenti exhibens, prout vetus conſuetudo etiam apud ſanos & valentes ferebat; & diſertiſſimis ipſemet verbis commemorat. Quando ingreditur dominus meus templum Remmon vt adoret, & illo innitente ſuper manum meam, ſi in templo Remmon adorauero, adorante eo in eodem loco; vt ignoſcat mihi dominus ſeruo ſuo pro hac re. ita vt licet actiones iſtæ ad propoſitionem quartam ſupra poſitam ſpectare videantur, vere tamen & proprie ſub quintam ſubijciantur. Hanc eius cum Rege itionem, eiuſdemque adorabundi aptam & commodam ſuſtentationem, requirebat locus & officium, quod in Syria recte obtinebat. Jniuria in fidem nulla erat, neque vllum cuiquam ſcandalum, quia coram Rege, aulicis, populoque vniuerſo, vnum ſe præpotentem Deum colere præ ſe apertiſſime ferebat, non verbis tantum, ſed clariſſimis etiam operibus, dum qui antea, pro opibus & dignitate in Deorum ſupplicijs magnificentiſſimus fuerat, plurimas ſplendidiſſimásq; ijs victimas obtulerat, iam ne Salillo quidē litaret: contra vero magnificum iam *D*eo ſuo templum exædificaſſet: in eoque creberrimis precibus & ſacrificijs, vna cum illis, de quibus poſtea, operam daret.

Neque Domini ſui adorantis peccato proprie & formaliter cooperabatur, cum obſequium, quod ceteroquin adiaphoron erat, præſtaret; neque in eam reprehenſionem incurrebat, qua eos ſancti quandoque Patres inſectantur, qui aliorum quidem preces depoſcunt, in ſuis tamen ipſi peccatis permanere volunt. Nam cum inſigni prudentia totum vitæ deinceps agendæ curſum, ſtatumq; ſuos ante oculos poſuiſſet, omnem quæ eſſe potuiſſet, delinquendi occaſionem & illecebram, voluntate iam ipſa penitus abieciſſet, vna tantum ei res ſcrupuli aliquid obijciebat; ne forte, quæ humana imbecillitas eſt; minus recte ſuum illud ſuffulciendi Regis munus obiret, aliquaque interdum culpa interueniret. Super hac igitur re ſibi eſſe Deum propitium veniamque dare optabat.

Remmon vero Deus quis? Ab altitudinis hebręo verbo dictus forte eſt, vt ſit vel Deorū ſummus, velut altitonans, vel qui altioribus in locis coleretur. Quia tamen eadem omnino vox Punicum malum in ſcriptura (vt Ioel. 1. Exod. 28. 3. Reg. 7. Cant. 4.) paſſim notat, eam in coniecturam feror, vt Venerem eſſe arbitrer. Huic enim aut *D*eo aut Deæ (vtrumque ſiquidem Macrobio auctore fuit) poma, præſertimque aurea ſeu punica, ob pulchritudinem, & quandam veluti ſeminij fœcunditatem, ſacra fuiſſe, teſtes ſtatuę veteres, nomiſmata, Poetæ, alij. Vide apud Piet. Hier. l. 54. Theocr. Vit. Luc. Sane apud Ouid. lib. 10. Metamorphoſ. ſuam iſtam ſedem hiſce illa verſibus depingit.

Eſt ager, indigenæ Damaſenum nomine dicunt:
Telluris Syriæ pars optima. quam mihi priſci
Sacrauere ſenes: templisque accedere dotem
Hanc iuſſere meis. medio nitet arbor in aruo
Fulua comas, fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria forte mea veniens decerpta ferebam
Aurea poma manu:

Et quamuis apud Latinos, D. Auguſtino monitore lib. 3. ciuit. 24. ibid. nō pomum, ſed Pomona *D*ea fuerit, apud alias tamen gentes pomi nomine appellatā eſſe quid vetat? quemadmodum nulla vocabuli declinatione, inquit idem Au-

guſtinus

guſtinus, Deus fuit Honor:& Deę:Pecunia, Virtus, Concordia, Victoria.

Nullum vero mihi dubium, quin Naaman domi iam ſuæ, ad veri Dei religionem, tanti miraculi commemoratione, vitæque commutatione vxorem, propinquos, amicos, aliosque non paucos traduxerit: in primis tamen ſuos illos fideliſſimos & optimos famulos, prout ſcriptura innuit, & clarius Tharaſius Conſtantinopolitanus Patriarcha, & D. Auguſtinus, ſicuti etiam fecit poſtea Naamanes alter, potentiſſimus Scenitarum, in eodem oriente, Princeps. Myſtica complura & pulchra D. Bern. ſ. 3. Paſch. de hac ſanatione ſcribit.

Giezi vero Principem hic agit eorum qui res ſacras vendunt; ſicuti Simon Magus eorum, qui emunt Act. 5. vnde Giezitæ & Simoniaci. t. 1. Bib. ſ. ſ. 207. Niceph. l. 18. c. 23 Lepra percutitur ipſe, ipſiusque ſemen in ſempiternum, id eſt, in bene longum tempus v. c. tertiam vel quartam generationem. Exodi 34. 300. ſcilicet annos & amplius.

Dixit Eliſæus ſe ipſi abſenti præſentem affuiſſe: quia per reuelationem quid ille agebat, cognoſcebat, vt infra cap. 6. Sicuti de D. Benedicto ſcribit Gregor. 2. Dialogor. c. 13. 15. & 19. S. Cyrillus c. 16. docet: quomodo per ſpiritum viderit Eliſæus quæ procul aberant. Videatur Chryſoſtom. hom. 15. in 1. Corinth. ſanctus Auguſtinus ſerm. 218. A. M. l. c. vnde colliges eodem modo, etiamſi alius nõ eſſet; poſſe ſanctos noſtras preces cognoſcere.

Si quæras, quonam tempore iſta Naamanis curatio facta ſit; reſpondet Abulenſis in c. 8. q. 1. ſub Iorami vitæ regnique finem. Nam huius regni anno 50 ſeu Iorami Iudę principio, Sunamitidis filium ad vitam reuocauit, ſup. c. 4. tuncque ſtatim ſeptem annorum fames incepit, de qua eodem cap. 445. Et ea iam finita, loquebatur eodem c. 8. Ioram Iſraelis Rex cum Giezi, tanquam cum nondum leproſo, & ab cõmuni hominum vita nõ ſegregato. Si quis tamẽ textus ordinem retinere vellet, dicere haberet, pœnitentiam egiſſe Giezi, ſicque Deum & Eliſæum placaſſe, lepramque à ſe, ſi non à poſteris omnibus repuliſſe.

CAPVT XI.

1. DIxerunt autem filij prophetarum ad Eliſeum: Ecce lo-
cus, in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis. 2.
Eamus vſq; ad Iordanem, & tollant ſinguli de ſilua ma-
terias ſingulas, vt ędificemus nobis ibi locum ad habitã-
dum. Qui dixit: Ite. 3. Et ait vnus ex illis: Veni ergo & tu cum ſeruis
tuis. Reſpondit: Ego veniam. 4. Et abiit cum eis. Cumque veniſſent
ad Iordanem, cædebant ligna. 5. Accidit autem, vt cum vnus mate-
riam ſuccidiſſet, caderet ferrum ſecuris in aquam: exclamauitque il-
le, & ait; Heu heu heu domine mi, & hoc ipſum mutuo acceperam.
6. Dixit autem homo Dei; Vbi cecidit? At ille monſtrauit ei locum,
præcidit ergo lignum, & miſit illuc; natauitque ferrum, 7. & ait; Tol-
le. Qui extendit manum, & tulit illud. 8. Rex autem Syriæ pugna-
bat contra Iſrael, conſiliumque iniit cum ſeruis ſuis, dicens; In lo-
co illo, & illo ponamus inſidias. 9. Miſit itaque vir Dei ad regem
Iſrael, dicens; Caue ne tranſeas in locum illum, quia ibi Syri in in-
ſidiis ſunt. 10. Miſit itaque rex Iſrael ad locum, quem dixerat ei
vir Dei, & præoccupauit eum, & obſeruauit ſe ibi non ſemel
neque bis. 11. Conturbatumque eſt cor regis Syriæ pro hac re; &

conuo-

conuocatis ſeruis ſuis, ait: Quare non indicatis mihi quis proditor
mei ſit apud regem Iſrael? 12. Dixitq; vnus ſeruorum eius: Nequaquã
Domine mi rex, ſed Eliſeus propheta, qui eſt in Iſrael, indicat regi Iſ-
rael omnia verba quæcumq; locutus fueris in cõclaui tuo. 13. Dixitq;
eis: Ite, & videte vbi ſit: vt mittam, & capiã eum. Annunciaueruntq;
ei, dicẽtes: Ecce in Dothan: 14. Miſit ergo illuc equos & currus, & ro-
bur exercitus: qui cum veniſſent nocte, circumdederunt ciuitatẽ. 15.
Conſurgens autem diluculo miniſter viri Dei, egreſſus, vidit exerci-
tum in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nunciauitque ei, dicens:
Heu heu heu domine mi, quid faciemus? 16. At ille reſpondit: Noli
timere: plures enim nobiſcum ſunt, quam cum illis. 17. Cumq; oráſ-
ſet Eliſeus, ait: Domine, aperi oculos huius, vt videat. Et aperuit Do-
minus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & cur-
ruum igneorũ, in circuitu Eliſei. 18. Hoſtes verò deſcenderunt ad eũ:
porro Eliſeus orauit ad Dominum, dicens: Percute, obſecro, gentem
hanc cæcitate. Percuſſitq; eos Dominus, ne viderent, iuxta verbum
Eliſei. 19. Dixit autem ad eos Eliſeus: Non eſt hæc via, neq; iſta eſt ci-
uitas: ſequimini me, & oſtendam vobis virum, quem quęritis: Duxit
ergo eos in Samariam. 20. cumq; ingreſsi fuiſſent in Samariã; dixit
Eliſeus: Domine aperi oculos iſtorum, vt videant. Aperuitq; Domi-
nus oculos eorum, & viderunt ſe eſſe in medio Samariæ. 21. Dixitq;
rex Iſrael ad Eliſeum, cum vidiſſet eos: Nũquid percutiam eos, pater
mi? 22. At ille ait: Non percuties: neq; enim cepiſti eos gladio, & arcu
tuo, vt percutias: ſed pone panem, & aquam coram eis, vt comedant,
& bibant, & vadant ad dominum ſuum. 23. Appoſitaq; eſt eis ciborũ
magna præparatio, & comederunt, & biberunt, & dimiſit eos, abie-
runtq; ad dominum ſuum, & vltra non venerunt latrones Syriæ in
Terram Iſrael. 24. Factum eſt autem poſt hęc, congregauit Benadad
rex Syriæ, vniuerſum exercitum ſuũ, & aſcendit, & obſidebat Sama-
riam. 25. Factaq; eſt fames magna in Samaria: & tãdiu obſeſſa eſt, do-
nec venundaretur caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars ca-
bi ſtercoris columbarum quinq; argenteis. 26. Cumq; rex Iſrael trãſ-
iret per murum, mulier quædam exclamauit ad eum, dicens: Saluã
me domine mi rex. 27. Qui ait: Nõ te ſaluat Dominus: vnde te poſsũ
ſaluare? de area, vel de torculari? Dixitq; ad eã rex: Quid tibi vis? Quę
reſpõdit: 28. Mulier iſta dixit mihi: Da filium tuum, vt comedamus
eum hodie, & filium meum comedemus cras. 29. Coximus ergo fi-
lium meum, & comedimus. Dixitq; ei die altera; Da filium tuum, vt
comedamus eum. Quę abſcondit filium ſuum. 30. Quod cum audiſ-
ſet rex, ſcidit veſtimenta ſua, & tranſibat per murum. Viditq; omnis
populus cilicium, quo veſtitus erat ad carnẽ intrinſecus. 31. Et ait rex;
Hæc mihi faciat Deus, & hęc addat, ſi ſteterit caput Eliſei filij Saphat
ſuper

ſuper ipſum hodie. 32. Eliſeus autem ſedebat in domo ſua, & ſenes ſedebant cum eo. Præmiſit itaque virum; & antequam veniret nuncius ille, dixit ad ſenes; Nunquid ſcitis quod miſerit filius homicidæ hic, vt præcidatur caput meum? videte ergo, cum venerit nuncius, claudite oſtium, & non ſinatis eum introire; ecce enim ſonitus pedũ domini eius poſt eum eſt. 33. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuncius qui veniebat ad eum. Et ait; Ecce, tantum malum à Domino eſt; quid amplius expectabo à Domino?

COMMENTARIVS.

VT tuguriola ſua quæ tantæ multitudini anguſta nimium erant dilatarent, lignatum ierant prophetæ, ſed cuiuſdam ſecuris ferrum in Jordanẽ decidit. Id vt ſupernataret effecit ligno iniecto Eliſeus. cuiuſmodi & de S. Benedicto notat S. Gregor. l. c. de S. Wulfrino in naui Friſiam verſus ſacrificante, cum diacono excidiſſet in mare patena: vide *Surium t.2.f.294.*

S. Auguſtinus ſermone *210.* ait, per lapſam ſecurim, Adam genusq; humanũ lapſum ſignificari: *Per lignum vero, lignum S. Crucis. Videatur A. M. cap. 25. Valleſius cap. 37.* Theodoretus quæſt. *119.* vbi monet prophetarum iſtorum inſtitutum, locique illius religionem ad poſteros manaſſe, dum tot Monachi circa Iordanem poſtmodum habitarent. D. Hier. ad Ruſt. filij, ait, prophetarum, quos monachos in veteri teſtamento legimus, ædificabant ſibi caſulas prope fluenta Jordanis, & turbis vrbium derelictis, polenta & herbis agreſtibus vtebantur.

Vide apud Cæſarium l. 8. c. 44. elegantem ſimilitudinem Regis *Syriæ* & dæmonis, Eliſæum, id eſt, iuſtum oppugnantis: item apud *Serenũ* in coll. Caſſiani.

Fuit ſubſequuta in *Samaria* obſeſſa, fames horribilis & obſcœna; ita vt cibi iã humani deeſſent, & cadaueribus aſinorum, & columbarum ſtercoribus veſcerentur. Nam aſini caput vnum vendebatur *Siclis* 80. non 50. vt eſt apud S. Auguſtinum ſerm. *211.*

Per columbinum ſtercus intelligunt quidem nonnulli grana quæ in columbarum gurgulione aut ventriculo inuenirentur, ſed ſimpliciter in verbi proprietate manendum. Fuiſſe vero ait Joſephus & Theodoretus quæſt. 25. ſtercus illud pro ſale. habet enim vim acrem & cauſticam, vt ex Galeno refert l. 12. magiæ natur. c. 10. Joannes à Porta. *Sed* & pro pane ac edulio Abulenſis; partim quia ex mundioribus rebus eſt, partim quia humidius, & rebus integrioribus conſtans.

Columbinum alioqui ſtercus alias habet vtilitates. nam in cote cum aqua dilutum, præter opinionem facit albuginum curationem, inquit Æt. l. c. 39. ad faucium aſperitates & deſtillationes leniendas valet; ait Plin. l. *30* c. 4. margaritas quæ contra cardiacos, & melancholicos affectus celebrantur, & quarũ ſiccitate innata corporũ redundantiæ conſumuntur, puriores reddit. ita enim ſcribit l. de gemmis c. *13.* Franc. Ruæus. eſt apud Vogeſum in Lotharingia montem, amnis margaritarum ferax; verum non vſq; adeo ſplendidæ ſunt. mirum tamẽ, quod quæ per geneſin gratia in eis deſideratur, per colũbas reſarcitur: quæ ſcilicet deuoratas, puriores tandem eas cum fœcibus reddunt, reſtituuntq;. an cõtra famẽ, vel è fame natas difficultates, iſte igitur fimus coëptus? notæ vero obſcœnæ dapes in bellorum calamitatibus, vt Caſilini apud Frontinum, ex Liuio, Spartę apud Pieriũ, Athenis apud Plutarchum, Romæ ſub Totila apud Procopiũ, &c. vt hic nihil magnopere miremur. Rex vero Eliſæũ interfici iuſſerat; ei tamen

tamen qui miſſus erat, tantiſper obſtructa ianua reſiſti iuſſit propheta, quia ſonitus pedum Regum iamiam ſequuturus erat, id eſt, Rex miſſurus erat, qui interfici vetaret; vel ipſemet etiam venturus, vt textus ſignificat. Vide Auct. Mirab. l. 2. c. 24. ſanctum Auguſtinum ſerm. *207. 208. 211.* Et nota Regis cilicium; quemadmodum & apud Saluianum l. *7.* rex alioquin Arianus, Deum precib. & cilicio placabat.

Longe vero aliter nouatores Iunius & Tremel. nam ſine ratione dicunt; populum accepiſſe cilicium, non Regem: idque ideo factum, vt ſe cum Rege luctum communicare teſtaretur: ideoque in textu Hebraico *ὑςέρωσιν* eſſe. Sed abunde ſatis populus cum rege communicaſſet, ſi veſtes cum eo laceraſſet.

CAPVT VII.

1. DIxit autem Eliſeus: Audite verbum Domini: Hæc dicit
Dominus: In tempore hoc cras modius ſimilæ vno ſta-
tere erit, & duo modij hordei ſtatere vno, in porta Sa-
mariæ. 2. Reſpondens vnus de ducibus, ſuper cuius ma-
num rex incumbebat, homini Dei, ait: Si Dominus fecerit etiam
cataractas in cælo, numquid poterit eſſe quod loqueris? Qui ait: Vi-
debis oculis tuis, & inde non comedes. 3. Quatuor ergo viri erant le-
proſi iuxta introitum portæ: qui dixerunt ad inuicem: Quid hic eſſe
volumus donec moriamur? 4. ſiue ingredi voluerimus ciuitatem,
fame moriemur: ſiue manſerimus hic, moriendum nobis eſt: ve-
nite ergo, & transfugiamus ad caſtra Syriæ: ſi pepercerint nobis,
viuemus: ſi autem occidere voluerint, nihilominus moriemur. 5.
Surrexerunt ergo veſperi, vt venirent ad caſtra Syriæ. Cumque
veniſſent ad principium caſtrorum Syriæ, nullum ibidem repe-
rerunt. 6. Siquidem Dominus ſonitum audiri fecerat in caſtris
Syriæ, curruum, & equorum, & exercitus plurimi: dixeruntque ad
inuicem: Ecce mercede conduxit aduerſum nos rex Iſrael reges He-
thæorum, & Aegyptiorum, & venerunt ſuper nos. 7. Surrexerunt
ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria ſua, & e-
quos & aſinos in caſtris, fugeruntque animas tantum ſuas ſaluare
cupientes. 8. Igitur cum veniſſent leproſi illi ad principium caſtro-
rum, ingreſſi ſunt vnum tabernaculum, & comederunt & bibe-
runt: tuleruntque inde argentum, & aurum, & veſtes, & abierunt,
& abſconderunt: & rurſum reuerſi ſunt ad aliud tabernaculum, &
inde ſimiliter auferentes abſconderunt. 9. Dixeruntque ad inuicem:
Non recte facimus: hæc enim dies boni nuncij eſt. Si tacuerimus, &
noluerimus nunciare vſque mane, ſceleris arguemur: venite, eamus,
& nunciemus in aula regis. 10. Cumque veniſſent ad portam ciuita-
tis, narrauerunt eis, dicentes: Iuimus ad caſtra Syriæ, & nullum ibi-
dem reperimus hominem, niſi equos, & aſinos alligatos, & fixa ten-
toria. 11. Ierunt ergo portarij, & nunciauerunt in palatio regis intrin-
ſecus. 12. Qui ſurrexit nocte, & ait ad ſeruos ſuos: Dico vobis quid fe-
cerint nobis Syri: Sciũt q͞a fame laboramus, & idcirco egreſſi ſunt de
caſtris,

caſtris, & latitant in agris, dicentes: Cum egreſsi fuerint de ciuitate,
capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. 13. Reſpon-
dit autem vnus ſeruorum eius: Tollamus quinq; equos, qui remanſe-
runt in vrbe (quia ipſi tantum ſunt in vniuerſa multitudine Iſrael, alij
enim cōſumpti ſunt) & mittentes, explorare poterimus. 14. Adduxe-
runt ergo duos equos, miſitque rex in caſtra Syrorum, dicens: Ite, &
videte. 14. Qui abierunt poſt eos vſq; ad Iordanem: ecce autem omnis
via plena erat veſtibus, & vaſis, quæ proiecerant Syri cum turbaren-
tur: reuerſique nuncij indicauerunt regi. 16. Et egreſſus populus di-
ripuit caſtra Syriæ: factuſq; eſt modius ſimilæ ſtatere vno, & duo mo-
dij hordei ſtatere vno, iuxta verbum Domini. 17. Porro rex ducem il-
lum, in cuius manu incumbebat, conſtituit ad portam: quem concul-
cauit turba in introitu portæ, & mortuus eſt, iuxta quod locutus fue-
rat vir Dei, quando deſcenderat rex ad eum. 18. Factumque eſt ſecun-
dum ſermonem viri Dei, quem dixerat regi, quando ait: Duo modij
hordei ſtatere vno erunt, & modius ſimilæ ſtatere vno, hoc eodem
tempore cras in porta Samariæ: 19. quando reſponderat dux ille viro
Dei, & dixerat: Etiamſi Dominus fecerit cataractas in cælo, numquid
poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei: Videbis oculis tuis, & inde non
comedes. 20. Euenit ergo ei ſicut prædictum fuerat, & conculcauit
eum populus in porta, & mortuus eſt.

COMMENTARIVS.

DEnunciat Eliſæus rerum copiam, & Syriæ regis diſceſſum, Principiſque mortem. Sed v. 13. vbi noſter legit & vertit; in vniuerſa multitudine; legitur hodie & vertit in editione poſteriore Pagninus; Sicut vniuerſa multitudo: quaſi diceret: Totus qui ſupereſt populus, fame totus macer & confectus eſt: ita & hi, qui reſidui equi quinque. eitq; ea interpretatio R. Ioſeph. Kimchi, vt in Theſau. monet. verbo תמו.

CAPITE OCTAVO.

Syriæ Rex de valetudine, maximis plurimiſque miſſis muneribus Eliſæum conſulit. Sed ver. 10. Quæritur, quomodo dixerit, Dic ei, Sanaberis, cum mortuus ille ſit?

Abulenſis putat Hebraicam voculam, ei, poſſe accipi Hebraice pro non, poſito ſcilicet א pro ו vt ſit, non ſanaberis. Et ita Hæreticus Franciſcus Junius cap. 8. lib. 4. Grammaticæ Hebrææ, ſed cum Latina Græca & Chaldæa legant, ei: reſpondent alij eum Ironice locutum, quaſi diceret: ſcilicet ſanaberis.

Dici tamen poteſt eum præciſe ad quæſtionem reſpondiſſe, qua querebatur, non ſimpliciter, an victurus diutius & ſanandus eſſet, ſed de infirmitate illa v. 9. Reſpondit igitur propheta, quod ad infirmitatem illam illum ſanandum, id eſt, poſſe ſanari, non eſſe mortiferum morbum. Videbat interim eum quod propter eius peccata merebatur, à ſeruo ſuo interficiendum. Id factum aliqui putant; dum ipſemet rex ſuper faciem ſuam ſtragulum extendit, cuius aut pondere, aut frigore nimio oppreſſus ſit.

Alij tamen quod regis infirmitas, & textus magis indicat, id ipſi ſeruo tribuunt, & vel puluinum intelligunt villoſum, vel culcitram, fortaſſe recte venenatum quempiam humorem intellexeris, quo puluinus aut culcitra thoralue

ipſum infectum fuerit, quemadmodum de Herculis Deianiræa veſte veteres tradunt, de Othonis III. Ladislai Hungarorum Regis, Marquard. Abba. Fuld. Solymanni tunica, &c. paſſim hiſtorici.

Joſeph⁹ putat ſimpliciter ſtrangulatũ, vt fuit apud Herodotũ li. 4. Arçſilaus.

CAPITE NONO.

Mittit Rabbã Galaad, qui Jehu principem in regem vngeret, iam enim vrbs illa poſt regis vulnus; capta erat, vel tota, vel eius pars, vt Abulenſis vult.

Nota. Quemadmodum prophetæ à Politicis & militaribus nominibus riderentur, & inſani vocarentur. vt Noe Geneſ. cap 6.

CAPITE XIII.

Eliſæus ægrotat, & Iſraelis Regi ipſum viſenti ac flenti victoriam contra Syros prænuntiat. vbi monet Angelomus, vt Eccleſiæ rectores ſpiritalibus vtriuſque Teſtamenti armis contra infideles pugnent.

Moritur Eliſæus, & mortuus hominem, qui fortuito metu ipſius in ſepulchrum iniectus erat, excitauit, Eccleſ. 48. gerens videlicet figuram Chriſti Domini Saluatoris, cuius corporis reſurgentis contactu reſurgemus & ipſi. Eſt autem contactus per virtutem & meritum ipſius Domini. Videatur S. Auguſtinus l. c. Emiſenus de reſurrectione, Baſilius Seleucienſis apud Lipomannum.

Oſſa prophetæ & Sancti Joannis Baptiſtæ cum brutorum oſſibus commiſcens Julianus exurere voluit, vt eſt in Artemij hiſtoria apud Lipomannum 28. Hodie, inquit D. Hieronymus, Abdiæ ſepulchrũ cum Mauſolæo Eliſæi, & Joannis Baptiſtæ in Sebaſtæ venerationi habetur, quæ olim Samaria. Ita in Abdiæ principium: qui in epitaphio Paulę addit; illic variis Dœmones rugire cruciatibus, & ante ſepulchra ſanctorum vlulare homines more luporum, fremere leonum, ſibilare ſerpentum, mugire taurorum.

Refert Cedrenus in Leone Magno Imp. Eliſæi reliquias Alexandriam tranſlatas fuiſſe.

Vixit vſque ad Amaſiam Regem, Propheticam ſcilicet vitam agens annos circiter 60. Vide ſermonem D. Auguſt. de temp. 204.

CAP. VIII.

Eliſeus autẽ locutus eſt ad mulierem, cuius viuere fecerat filium, dicens: Surge, vade tu, & domus tua, & peregrinare vbicũque repereris: vocauit enim Dominus famem, & venit ſuper terrã ſeptem annis. 2. Quæ ſurrexit, & fecit iuxta verbum hominis Dei: & vadens cum domo ſua, peregrinata eſt in Terra Philiſthiim diebus multis. 3. Cumq; finiti eſſent anni ſeptem, reuerſa eſt mulier de Terra Philiſthiim: & egreſſa eſt vt interpellaret regẽ pro domo ſua, & pro agris ſuis. 4. Rex aũt loquebatur cum Giezi puero viri Dei, dicens:

CAP. XXI.

Dormiuit autẽ Ioſaphat cum patrib. ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate Dauid: regnauitque Ioram filius eius pro eo. 2. Qui habuit fratres filios Ioſaphat, Azariam, & Iahiel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphatiam. omnes hi, filij Ioſaphat regis Iuda. 3. Deditque eis pater ſuus munera argenti, & auri, & penſitationes, cum ciuitatibus munitiſsimis in Iuda: regnum autem tradidit Ioram; eo quod eſſet primogenitus. 4. Surrexit ergo Ioram ſuper regnum patris ſui: cumq; ſe confirmaſſet, occidit omnes fratres

dicẽs: Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliſeus. 5. Cumq; ille narraret regi quo modo mortuum ſuſcitaſſet, apparuit mulier, cuius viuificauerat filium, clamãs ad regem pro domo ſua, & pro agris ſuis. Dixitque Giezi: Domine mi rex, hæc eſt mulier, & hic eſt filius eius, quem ſuſcitauit Eliſeus. 6. Et interrogauit rex mulierem: quæ narrauit ei. Deditque ei rex eunuchum vnum, dicens: Reſtitue ei omnia quæ ſua ſunt, & vniuerſos reditus agrorum à die, qua reliquit terrã vſq; ad præſens. 7. Venit quoque Eliſeus Damaſcum, & Benadad rex Syriæ ægrotabat: nunciaueruntq; ei dicẽtes: Venit vir Dei huc. 8. Et ait rex ad Hazael: Tolle tecũ munera, & vade in occurſum viri Dei, & conſule Dominum per eum, dicens: Si euadere potero de infirmitate mea hac? 9. Iuit igitur Hazael in occurſum eius, habẽs ſecum munera, & omnia bona Damaſci, onera quadraginta camelorum. Cumq; ſtetiſſet corã eo, ait: Filius tuus Benadad rex Syriæ miſit me ad te, dicẽs: Si ſanari potero de infirmitate mea hac? 10. Dixitq; ei Eliſeus: Vade, dic ei: Sanaberis: porro oſtẽdit mihi Dominus quia morte morietur. 11. Stetitq; cum eo, & cõturbatus eſt vſq; ad ſuffuſionem vultus: fleuitq; vir Dei: 12. Cui Hazael ait: Quare dominus meus flet? At ille dixit: Quia ſcio quæ facturus ſis filiis Iſrael mala. Ciuitates eorum munitas igne ſuccendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorũ elides, & prægnantes diuides. 13. Dixit-

tres ſuos gladio, & quoſdam de principibus Iſrael. 5. Trigintaduorum annorum erat Ioram cum regnare cœpiſſet: & octo annis regnauit in Ieruſalem. 6. Ambulauitq; in viis regum Iſrael, ſicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat vxor eius, & fecit malum in conſpectu Domini. 7. Noluit autem Dominus diſperdere domum Dauid propter pactum, quod inierat cum eo: & quia promiſerat vt daret ei lucernam, & filiis eius omni tempore. 8. In diebus illis rebellauit Edom, ne eſſet ſubditus Iudæ, & cõſtituit ſibi regem. 9. Cumque tranſiſſet Ioram cum principibus ſuis, & cuncto equitatu, qui erat ſecum, ſurrexit nocte, & percuſsit Edom qui ſe circumdederat, & omnes duces equitatus eius. 10. Attamẽ rebellauit Edom, ne eſſet ſub ditione Iuda vſq; ad hãc diem: eo tempore & Lobna receſsit ne eſſet ſub manu illius. Dereliquerat enim Dominum Deum patrum ſuorũ: 11. inſuper & excelſa fabricatus eſt in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Ieruſalem, & præuaricari Iudã. 12. Allatæ ſunt autem ei literæ ab Elia propheta, in quibus ſcriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Quoniam non ambulaſti in viis Ioſaphat patris tui, & in viis Aſa regis Iuda, 13. ſed inceſsiſti per iter regum Iſrael, & fornicari feciſti Iudam, & habitatores Ieruſalem, imitatus fornicationẽ domus Achab, inſuper, & fratres tuos domum patris tui, meliores te occidiſti: 14. ecce Domi-

13. Dixitq; Hazael: Quid n. ſum ſer
uus tuus canis, vt faciam rem iſtā
magnam? Et ait Eliſeus: Oſten-
dit mihi Dominus te regem Syriæ
fore. 14. Qui cum receſsiſſet ab E-
liſeo, venit ad dominū ſuum. Qui
ait ei, Quid dixit tibi Eliſeus? At
ille reſpondit: Dixit mihi: Reci-
pies ſanitatem. 15. Cumq; veniſſet
dies altera, tulit ſtragulū, & infu-
dit aquam, & expandit ſuper fa-
ciem eius: quo mortuo, regnauit
Hazael pro eo. 17. Anno quinto
Iorā filij Achab regis Iſrael, & Io-
ſaphat regis Iuda, regnauit Iorā fi-
lius Ioſaphat rex Iuda. 17. Triginta
duorum annorū erat cum regna-
re cœpiſſet, & octo annis regnauit
in Ieruſalem. 18. Ambulauitq; in
viis regum Iſrael, ſicut ambulaue-
rat domus Achab: filia enim A-
chab erat vxor eius: & fecit quod
malum eſt in conſpectu Domini.
19. Noluit autem Dn̄us diſperdere
Iudā, propter Dauid ſeruum ſuū,
ſicut promiſerat ei, vt daret illi lu-
cernam, & filiis eius cūctis diebus.
20. In diebus eius receſsit Edom,
ne eſſet ſub Iuda, & conſtituit ſibi
regem. 21. Venitq; Ioram Seira, &
omnes currus cum eo: & ſurrexit
nocte, percuſsitque Idumæos, qui
eum circumdederāt, & principes
curruum, populus autem fugit in
tabernacula ſua. 22. Receſsit ego
Edom ne eſſet ſub Iuda, vſque ad

nus percutiet te plaga magna cum
populo tuo, & filijs, & vxoribus
tuis, vniuerſaq; ſubſtantia tua. 15.
tu autem ægrotabis peſsimo lan-
guore vteri tui, donec egredian-
tur vitalia tua paulatim per ſingu-
los dies. 16. Suſcitauit ergo Do-
minus cōtra Ioram ſpiritum Phi-
liſthinorum, & Arabum, qui con-
fines ſunt Aethiopibus. 17. & a-
ſcenderunt in Terram Iuda, & va-
ſtauerunt eam, diripueruntque
cunctam ſubſtantiam, quę inuen-
ta eſt in domo regis, inſuper & fi-
lios eius, & vxores: nec remanſit
ei filius, niſi Ioachaz, qui minimus
natu erat. 18. Et ſuper hæc omnia
percuſsit eum Dominus alui lan-
guore inſanabili. 19. Cumque diei
ſuccederet dies, & temporum ſpa-
tia voluerentur, duorū annorum
expletus eſt circulus: & ſic longa
conſumptus tabe, ita vt egereret
etiā viſcera ſua, languore pariter,
& vita caruit. Mortuuſque eſt in
infirmitate peſsima, & non fecit
ei populus ſecundum morē com-
buſtionis, exequias, ſicut fecerat
maioribus eius. 20. Trigintaduo-
rum annorum fuit, cum regnare
cœpiſſet, & octo annis regnauit in
Ieruſalem. Ambulauitq; non re-
cte, & ſepelierunt eum in Ciuitate
Dauid: verumtamen non in ſe-
pulchro regum.

diem hanc. Tunc receſsit & Lobna in tempore illo. 23. Reliqua autem
ſermonum Ioram, & vniuerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in
Libro verborum dierum regum Iuda? 24. Et dormiuit Ioram cum
patribus ſuis, ſepultuſque eſt cum eis in Ciuitate Dauid, & regnauit
Ochozias filius eius pro eo. 25. Anno duodecimo Ioram filij A-
chab regis Iſrael regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudæ. 26. Vi-
ginti duorum annorū erat Ochozias cum regnare cœpiſſet, & vno an-

no re-

no regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Athalia filia Amri regis Iſrael. 27. Et ambulauit in viis domus Achab: & fecit quod malum eſt coram Domino, ſicut domus Achab: gener enim domus Achab fuit. 28. Abiit quoque cum Ioram filio Achab, ad præliandum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram: 29. qui reuerſus eſt vt curaretur, in Iezrahel: quia vulnerauerant eum Syri in Ramoth præliantem contra Hazael regem Syriæ. Porro Ochozias filius Ioram rex Iuda, deſcendit inuiſere Ioram filium Achab in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

REX QVINTVS

IVDAE,	ISRAELIS,
IORAM.	ACHAB, & eius filius Ochozias.

Regnauit Ioram bifariam. Primo patre adhuc ſuperſtite, quemadmodum apud Herodot. l. 7. Xerxes, & quidem dupliciter prima à regni paterni anno 17. cum videlicet pater ad Galaadicum bellum profectus eſt, iſtumque regni adminiſtratorem reliquit libr. 3. Reg. cap. 20. ſicque 18. Joſaphati annus dicitur Jorami ſecũdus hoc lib. 4. Deinde rurſum, dũ contra Moab, pater proficiſceretur, in regno confirmatus eſt, & ſic c. 8. dicitur inde annos 8. regnaſſe, vnde poſt patris mortem annos tantum 4. regnauit, ſed à 2. regni primi anno numeratur eius annus 13. cap. 8.

Atque hic in temporum diſputatione mos bene notandus; Viuis inquit parentibus, vel quia ad bellum ij proficiſcerentur, vel morbo tenerentur, vel alia quapiam cauſa impedirentur; filios interdum regnare, eoſq; annos quandoque patri, quandoq; filio tribui: rurſumq; filiorum iſtorũ annos, quandoque à tempore, quo cum parentibus regnarunt; numerari, quandoq; ab eo, quo ſoli poſt parentum mortem.

Fratres interfecit 2. Paralip. 21.

CAP. IX.

Eliſeus aũt prophetes vocauit vnum de filiis prophetarũ, & ait illi: Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulã olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. 2. Cumq; veneris illuc, videbis Iehu filium Ioſaphat filij Namſi: & ingreſſus ſuſcitabis eum de medio fratrum ſuorum, & introduces in interius cubiculum. 3. Tenenſque lenticulam olei, fundes ſuper caput eius, & dices: Hæc dicit Dominus: Vnxi te regẽ ſuper Iſrael. Aperieſq; oſtium, & fugies, & non ibi ſubſiſtes. 4. Abiit ergo adoleſcens puer prophetæ in Ramoth

CAP. XXII.

Onſtituerũ autem habitatores Ieruſalẽ Ochoziam filium eius minimum, regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eũ fuerãt, interfecerant latrones Arabũ, qui irruerant in caſtra: regnauitque Ochozias filius Ioram regis Iuda. 2. Quadraginta duorũ annorum erat Ochozias cum regnare cœpiſſet, & vno anno regnauit in Ieruſalem, & nomen matris eius Athalia filia Amri. 3. Sed & ipſe ingreſſus eſt per vias dom' Achab: mater enim eius impulit eum vt impie ageret. 4. Fecit igitur malũ in con-

RamothGalaad,& ingreſſus eſt illuc: ecce autem principes exercitus ſedebant, & ait, Verbum mihi ad te o princeps. Dixitque Iehu: Ad quē ex omnibus nobis? At ille dixit: At te o princeps. 6. Et ſurrexit & ingreſſus eſt cubiculum: at ille fudit oleum ſuper caput eius, & ait, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Vnxi te regem ſuper populum Domini Iſrael, & percuties domum Achab domini tui, & vlciſcar ſanguinem ſeruorum meorum prophetarum, & ſanguinem omnium ſeruorum Domini de manu Iezabel. 8. Perdamque omnem domum Achab: & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clauſum, & nouiſsimum in Iſrael. 9. Et dabo domū Achab, ſicut domum Ieroboam filij Nabat, & ſicut domum Baaſa filij Ahia. 10. Iezabel quoque comedēt canes in agro Iezrahel, nec erit qui ſepeliat eam. Aperuitque oſtium, & fugit. 11. Iehu autem egreſſus eſt ad ſeruos domini ſui: qui dixerunt ei: Recte ne ſunt omnia? quid venit inſanus iſte ad te? Qui ait eis: Noſtis hominem, & quid locutus ſit? 12. At illi reſpōderunt: Falſum eſt, ſed magis narra nobis. Qui ait eis: Hæc & hæc locutus eſt mihi: & ait, Hęc dicit Dominus: Vnxi te regem ſuper Iſrael. 13. Feſtinauerunt itaque, & vnuſquiſq; tollens pallium ſuū poſuerunt ſub pedibus eius, in ſimilitudinem tribunalis, & cecinerūt tuba, atq; dixerunt: Regnauit Iehu. 14. Coniurauit ergo Iehu filius Ioſaphat filij Namſi contra Ioram: 15. porro Iorā obſederat Ramoth Galaad,

in cōſpectu Domini, ſicut domus Achab: ipſi n. fuerunt ei conſiliarij poſt mortem patris ſui in interitū eius. 5. Ambulauitq; in cōſilijs eorum. Et perrexit cum Iorā filio Achab rege Iſrael, in bellum contra Hazael regē Syriæ in Ramoth Galaad: vulneraueruntq; Siri Ioram. 6. Qui reuerſus eſt vt curaretur in Iezrahel: multas enim plagas acceperat in ſupradicto certamine. Igitur Ochozias filius Iorā rex Iuda, deſcendit vt inuiſeret Ioram filium Achab in Iezrahel ægrotantem. 7. Voluntatis quippe fuit Dei aduerſus Ochoziam, vt veniret ad Ioram: & cum veniſſet, & egrederetur cum eo aduerſum Iehu filiū Namſi, quem vnxit Dominus vt deleret domum Achab. 8. Cū ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui miniſtrabant ei, & interfecit illos. 9. Ipſum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria: adductumq; ad ſe occidit, & ſpelierunt eum: eo quod eſſet filius Ioſaphat, qui quæſierat Dominum in toto corde ſuo. nec erat vltra ſpes aliqua vt de ſtirpe quis regnaret Ochoziæ. 10. ſiquidem Athalia mater eius videns quod mortuus eſſet filius ſuus, ſurrexit, & interfecit omnem ſtirpem regiam domus Ioram. 11. Porro Ioſabeth filia regis tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata eſt eum de medio filiorum regis, cum interficerentur: abſconditque eum cum nutrice ſua in cubiculo lectulorum: Ioſabeth autem, quæ abſconderat eum, erat filia regis Ioram, vxor

Galaad, ipſe, & omnis Iſrael contra Hazael regem Syriæ: 15. & reuerſus fuerat vt curaretur in Iezrahel propter vulnera, quia percuſſerant eum Syri, prælian-tem contra Hazael regem Syriæ: Dixitque Iehu: Si placet vobis,

vxor Ioiadæ pontificis, ſoror Ochoziæ, & idcirco Athalia non interfecit eum. 12. Fuit ergo cum eis in domo Dei abſconditus ſex annis, quibus regnauit Athalia ſuper terram.

nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nunciet in Iez-
rahel. 16. Et aſcendit, & profectus eſt in Iezrahel: Ioram enim ægro-
tabat ibi, & Ochozias rex Iuda deſcenderat ad viſitandum Ioram.
17. Igitur ſpeculator qui ſtabat ſuper turrim Iezrahel, vidit globum
Iehu venientis, & ait: Video ego globum. Dixitque Ioram: Tolle
currum, & mitte in occurſum eorum, & dicat vadens: Recte ne ſunt
omnia? 18. Abijt ergo, qui aſcenderat currum, in occurſum eius, &
ait: Hæc dicit rex: Pacata ne ſunt omnia? Dixitque Iehu: Quid tibi
& paci? tranſi, & ſequere me. Nunciauit quoque ſpeculator, dicens.
Venit nuncius ad eos, & nõ reuertitur. 19. Miſit etiam currum equo-
rum ſecundum: venitq; ad eos, & ait: Hæc dicit rex. Numquid pax eſt?
Et ait Iehu: Quid tibi & paci? tranſi, & ſequere me. 20. Nunciauit au-
tem ſpeculator, dicens: Venit vſque ad eos, & non reuertitur: eſt au-
tem inceſſus quaſi inceſſus Iehu filij Namſi, præceps enim graditur.
21. Et ait Ioram: Iunge currum. Iunxeruntque currum eius, & egreſ-
ſus eſt Ioram rex Iſrael, & Ochozias rex Iuda, ſinguli in curribus ſuis,
egreſsiq; ſunt in occurſum Iehu, & inuenerunt eum in agro Naboth
Iezrahelitæ. 22. Cumq; vidiſſet Iorã Iehu, dixit: Pax eſt Iehu? At ille
reſpõdit: Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & vene-
ficia eius multa vigent. 23. Conuertit autem Iorã manum ſuam, & fu-
giens ait ad Ochoziam: inſidiæ Ochozia. 24. Porro Iehu tetẽdit arcũ
manu, & percuſsit Ioram inter ſcapulas: & egreſſa eſt ſagitta per cor e-
ius, ſtatimq; corruit in curru ſuo. 25. Dixitq; Iehu ad Badacer ducem:
Tolle, proiice eum in agro Naboth Iezrahelitæ: memini enim quãdo
ego & tu ſedentes in curru ſequebamur Achab patrem huius, quod
Dominus onus hoc leuauerit ſuper eum, dicẽs: 26. Si nõ pro ſanguine
Naboth, & pro ſanguine filiorũ eius, quẽ vidi heri, ait Dominus, reddã
tibi in agro iſto, dicit Dñus. Nunc ergo tolle, & proijce eum in agrum
iuxta verbum Domini. 27. Ochozias autem rex Iuda vidẽs hoc, fugit
per viam domus horti: perſecutusq; eſt eum Iehu, & ait: Etiam hunc
percutite in curru ſuo, & percuſſerunt eum in aſcenſu Gauer, qui eſt
iuxta Ieblaam: qui fugit in Mageddo, & mortuus eſt ibi. 28. Et impo-
ſuerunt eum ſerui eius ſuper currum ſuum, & tulerunt in Ieruſalem:
ſepelieruntq; eum in ſepulchro cum patribus ſuis in Ciuitate Dauid.
29. Anno vndecimo Ioram filii Achab, regnauit Ochozias ſuper Iu-
dam, 30. venitq; Iehu in Iezrahel. Porro Iezabel introitu eius audito,

depinxit oculos ſuos ſtibio,& ornauit caput ſuum, & reſpexit per fe-
neſtram 31. ingredientem Iehu per portam, & ait: Numquid pax po-
teſt eſſe Zambri, qui interfecit Dominum ſuum? 32. Leuauit-
que Iehu faciem ſuam ad feneſtram, & ait: Quæ eſt iſta? & inclinaue-
runt ſe ad eum duo, vel tres eunuchi. 13. At ille dixit eis: Præcipitate
eam deorſum, & præcipitauerunt eam, aſperſuſque eſt ſanguine pa-
ries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam. 34. Cumque intro-
greſſus eſſet, vt comederet, biberetque, ait: Ite, & videte maledictam
illam, & ſepelite eam: quia filia regis eſt. 35. Cumque iſſent vt ſepeli-
rent eam, non inuenerunt niſi caluariam, & pedes, & ſummas manus.
36. Reuerſiq; nunciauerunt ei. Et ait Iehu: Sermo Domini eſt, quem
locutus eſt per ſeruum ſuum Eliam Thesbiten, dicens: in agro Iezra-
hel comedent canes carnes Iezabel, 37. & erunt carnes Iezabel ſic vt
ſtercus ſuper faciem terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes di-
cant: Hæccine eſt illa Iezabel?

COMMENTARIVS.

SEXTVS REX

IVDAE,	ISRAELIS,
OCHOZIAS, qui etiam dicitur alijs nominibus AZARIAS Hebraice 2. Paralip. 22. v. 6. & IOACHAZ.	IORAM filius Achab.

ANno vnico regnauit poſt patris mortem: cum eodem Iſraelis rege Ochozia Achabi filio interfectus.

Sed cum Ochoziæ Pater Ioram moreretur, dicitur tantum 40. fuiſſe annorum, ipſe vero Paralip. 22. dicitur annorum fuiſſe 42. cum regnare inciperet. An filius Patre ſenior? Rurſum cap. 8. v. 28. dicitur hic annos 22. natus regnare cœpiſſe, at illo Paralip. c. v. 2. dicitur fuiſſe 42. annorum.

Ad iſtas difficultates, varii varia reſpondent. Apud Genebrardum quidam, & Author traditionum, itemque R. Leui aiunt, 42. annos ab auo materno, Amri, ſcilicet, cuius mores ſequutus eſt, numerandos, ſeu à pleno ac perfecto huius regno: ſolus enim regnauit annis octo. Achab cum Ochozia filio 22. Ioram à Iehu ſublatus duodecim; vt fiant anni 42.

Alii regnum eius incipiunt à Ioſaphati anno quinto, prout in Ioramo ſimiliter dictum eſt.

Sed prior illa reſponſio recte inſuper ab eodem Genebr. poſtea ſic explicatur. Samaria condita ſeu amplificata, & mirabiliter ornata fuit anno 6. Amri. Ab ea Iſraelitæ annos interdum numerabant, vti ab vrbe condita Romani. Sicque à Samaria condita, fuit iſte annorum 42. Sed regum Iſraelis impietatem ſequutus eſt: nam quemadmodum ibi dicitur, mater eius Athalia impulit eum vt impie ageret. Vide quam malum ſit habere parentes impios & hæreticos: ſcilicet expectas, *vt tradat mater honeſtos, aut alios mores quam quos habet*, inquit Iuuenalis Satyra 6.

CAP. X.

ERant autem Achab ſeptuaginta filij in Samaria: ſcripſit ergo Iehu literas, & miſit in Samariam, ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens: 2. Statim vt acceperitis literas has, qui habetis filios domini veſtri, & currus, & equos, & ciuitates firmas, & arma, 3. eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filijs domini veſtri, & eum ponite ſuper ſolium patris ſui, & pugnate pro domo domini veſtri. 4. Timuerũt illi vehementer, & dixerunt: Ecce duo reges non potuerũt ſtare coram eo, & quo modo nos valebimus reſiſtere? 5. Miſerunt ergo præpoſiti domus, & pręfecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritij, ad Iehu, dicentes: Serui tui ſumus, quæcumque iuſſeris faciemus, nec conſtituemus nobis regem: quæcumq; tibi placent, fac. 6. Reſcripſit autẽ eis literas ſecundo, dicens: Si mei eſtis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini veſtri, & venite ad me hac eadem hora cras in Iezrahel. Porro filij regis, ſeptuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur. 7. Cũq; veniſſent literæ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderũt ſeptuaginta viros, & poſuerunt capita eorum in cophinis, & miſerũt ad eum in Iezrahel. 8. Venit autem nuncius, & indicauit ei, dicens: Attulerunt capita filiorũ regis. Qui reſpondit: Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vſq; mane, 9. Cumque dilu-

CAP. XXIII.

ANno autẽ ſeptimo cõfortatus Ioiada, aſſumpſit centuriones, Azariam videlicet filium Ieroham, & Iſmahel filium Iohanan, Azariam quoq; filium Obed, & Maaſiam filium Adaiæ, & Elizaphat filium Zechri: & inijt cũ eis fœdus. 2. Qui circumeuntes Iudã, cõgregauerunt Leuitas de cunctis vrbib. Iuda, & principes familiarũ Iſrael, veneruntq; in Ieruſalẽ. 3. Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cum rege: dixitq; ad eos Ioiada: Ecce filius regis regnabit, ſicut locutus eſt Dominus ſuper filios Dauid. 4. Iſte eſt ergo ſermo quem facietis: 5. Tertia pars veſtrum qui veniunt ad ſabbatũ, Sacerdotum, & Leuitarum, & ianitorum erit in portis: tertia vero pars ad domum regis: & tertia ad portam, quæ appellatur Fundamenti: omnę vero reliquum vulgus ſit in atrijs domus Domini. 6. Nec quiſpiam alius ingrediatur domum Domini, niſi Sacerdotes, & qui miniſtrant de Leuitis: ipſi tantummodo ingrediantur, quia ſanctificati ſunt: & omne reliquum vulgus obſeruet cuſtodias Domini. 7. Leuitæ autem circumdent regem, habentes ſinguli arma ſua: (& ſi quis alius ingreſſus fuerit templum, interficiatur) ſintq; cum rege & intrante & egrediente. 8. Fecerunt ergo Leuitæ, & vniuerſus Iuda iuxta omnia, quæ præceperat Ioiada pontifex: & aſſumpſerunt ſinguli viros, qui ſub ſe erant, & ve-

diluxiſſet, egreſſus eſt, & ſtans dixit ad omnem populum: Iuſti eſtis: ſi ego coniuraui contra dominum meum, & interfeci eum, quis percuſsit omnes hos? 10. Videte ergo nunc quoniam non cecidit de ſermonibus Domini in terram, quos locutus eſt Dominus ſuper domum Achab, & Dominus fecit quod locutus eſt in manu ſerui ſui Eliæ. 11. Percuſsit igitur Iehu omnes, qui reliqui erant de domo Achab in Iezrahel, & vniuerſos optimates eius, & notos, & ſacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ. 12. Et ſurrexit, & venit in Samariam: cumque veniſſet ad Cameram paſtorum in via, 13. inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, dixitque ad eos: Quinam eſtis vos? Qui reſponderunt: Fratres Ochoziæ ſumus, & deſcendimus ad ſalutandos filios regis & filios reginæ. 14. Qui ait: Comprehĕdite eos viuos. Quos cum comprehendiſſent viuos, iugulauerunt eos in ciſterna iuxta Camerã, quadraginta duos viros, & non reliquit ex eis quemquam. 15. Cumque abiiſſet inde, inuenit Ionadab filium Rechab in occurſum ſibi, & benedixit ei. Et ait ad eum: Numquid eſt cor tuum rectum, ſicut cor meum cum corde tuo? Et ait Ionadab: Eſt. Si eſt, inquit, da manũ tuam. Qui dedit ei manum ſuam. At ille leuauit eum ad ſe in currum: 16. dixitque ad eum: Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. Et impoſitum in curru ſuo, 17. duxit in Samariam. Et percuſſit omnes qui reliqui fuerant de Achab

& veniebant per ordinem ſabbati, cum his qui impleuerant ſabbatum, & egreſſuri erant, ſiquidem Ioiada pontifex non dimiſerat abire turmas, quæ ſibi per ſingulas hebdomadas ſuccedere cõſueuerant. 9. Deditque Ioiada ſacerdos cĕturionibus lanceas, clypeoſque & peltas regis Dauid, quas conſecrauerat in domo Domini. 10. Conſtituitque omnem populum tenentium pugiones à parte templi dextra, vſque ad partem templi ſiniſtram, coram altari, & templo per circuitum regis. 11. Et eduxerunt filium regis, & impoſuerunt ei diadema, & teſtimonium, dederuntque in manu eius tenendam legem, & conſtituerunt eum regem: vnxit quoque illum Ioiada pontifex, & filij eius: imprecatique ſunt ei, atque dixerunt: Viuat rex. 12. Quod cum audiſſet Athalia, vocem ſcilicet currentium atq; laudantium regem, ingreſſa eſt ad populum in templum Domini. 13. Cumque vidiſſet regem ſtantem ſuper gradum in introitu, & principes, turmaſque circa eum, omnemque populum terræ gaudentem, atque clangentem tubis, & diuerſi generis organis concinentem, vocemque laudantium, ſcidit veſtimenta ſua, & ait: Inſidiæ, inſidiæ. 14. Egreſſus autem Ioiada põtifex ad centuriones, & principes exercitus, dixit eis: Educite illam extra ſepta templi, & interficiatur foris gladio. Præcepitq; ſacerdos ne occideretur in domo Domini. 15. Et impoſuerunt ceruicibus eius manus: cumque intraſſet portam

Achab in Samaria vſque ad vnum iuxta verbum Domini, quod locutus eſt per Eliam. 18. Congregauit ergo Iehu omnem populum & dixit ad eos: Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius. 19. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & vniuerſos ſeruos eius, & cunctos ſacerdotes ipſius vocate ad me. nullus ſit qui non veniat; ſacrificium enim grãde eſt mihi Baal: quicumq; defuerit, non viuet. Porro Iehu faciebat hoc inſidioſe, vt diſperderet cultores Baal. 20. Et dixit: Sanctificate diem ſollemnem Baal. Vocauitq;, 21. & miſit in vniuerſos terminos Iſrael, & venerunt cuncti ſerui Baal: non fuit reſiduus ne vnus quidem qui nõ veniret. Et ingreſsi ſunt templum Baal: & repleta eſt domus Baal, à ſummo vſque ad ſummum. 22. Dixitq; his, qui erãt ſuper veſtes: Proferte veſtimenta vniuerſis ſeruis Baal. Et protulerunt eis veſtes. 23. Ingreſſusq; Iehu, & Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultorib. Baal: Perquirite, & videte, ne quis forte vobiſcũ ſit de ſeruis Domini, ſed vt ſint ſerui Baal ſoli. 24. Ingreſsi ſunt igitur vt facerent victimas & holocauſta: Iehu autem

tam equorum domus regis, interfecerunt eam ibi. 16. Pepigit autem Ioiada fœdus inter ſe, vniuerſumq; populum, & regem, vt eſſet populus Domini. 17. Itaque ingreſſus eſt omnis populus domum Baal, & deſtruxerunt eam: & altaria ac ſimulacra illius cõfregerunt: Mathan quoque ſacerdotem Baal interfecerunt ante aras. 18. Conſtituit autem Ioiada præpoſitos in domo Domini, ſub manibus ſacerdotum, & Leuitarum, quos diſtribuit Dauid in domo Domini: vt offerrent holocauſta Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi, in gaudio & canticis, iuxta diſpoſitionem Dauid. 19. Conſtituit quoque ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eam immundus in omni re. 20. Aſſumpſitq; centuriones, & fortiſsimos viros ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt deſcendere regem de domo Domini, & introire per medium portæ ſuperioris in domum regis, & collocauerunt eum in ſolio regali. 21. Lætatusque eſt omnis populus terræ, & vrbs quieuit: porro Athalia interfecta eſt gladio.

præparauerat ſibi foris octoginta viros, & dixerat eis: Quicumq; fugerit de hominibus his, quos ego adduxero in manus veſtras, anima eius erit pro anima illius 25. Factum eſt autem, cum completum eſſet holocauſtum, præcepit Iehu militibus & ducibus ſuis: Ingredimini, & percutite eos, nullus euadat. Percuſſeruntque eos in ore gladij, & proiecerunt milites & duces: & ierunt in ciuitatem templi Baal, 26. & protulerunt ſtatuam de fano Baal, & combuſſerunt, 27. & comminuerunt eam. Deſtruxerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas vſque in diem hanc. 28. Deleuit itaque Iehu Baal de Iſrael: 29. verumtamen à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui

peccare

peccare fecit Iſrael, non receſsit, nec dereliquit vitulos aureos, qui e-
rant in Bethel, & in Dan. 30. Dixit autem Dominus ad Iehu: Quia ſtu-
dioſe egiſti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quę
erant in corde meo feciſti contra domum Achab: filij tui vſq; ad quar-
tam generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael. 31. Porro Iehu non
cuſtodiuit vt ambularet in lege Domini Dei Iſrael in toto corde ſuo:
non enim receſsit à peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Iſrael. 32.
In diebus illis cœpit Dominus tædere ſuper Iſrael: percuſsitq; eos Ha-
zael in vniuerſis finibus Iſrael, 33. à Iordane contra Orientalem plagã,
omnem Terram Galaad, & Gad, & Ruben, & Manaſſe, ab Aroer, quæ
eſt ſuper Torrentem Arnon, & Galaad, & Baſan. 34. Reliqua autem
verborum Iehu, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, nónne hæc
ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael? Et dormiuit Ie-
hu cum patribus ſuis, ſepelieruntq; eum in Samaria: & regnauit Ioa-
chaz filius eius pro eo. 36. Dies autem, quos regnauit Iehu ſuper Iſrael,
viginti & octo anni ſunt, in Samaria.

CAPVT XI.

ATHALIA vero mater Ochoziæ, videns mortuum filium
ſuum, ſurrexit, & interfecit omne ſemen regium. 2. Tol-
lens autem Ioſaba filia regis Ioram, ſoror Ochoziæ, Ioas
filium Ochoziæ, furata eſt eum de medio filiorum regis,
qui interficiebantur, & nutricem eius de triclinio: & abſcondit eum
à facie Athaliæ vt non interficeretur. 3. Eratque cum ea ſex annis
clam in domo Domini: porro Athalia regnauit ſuper terram. 4. An-
no autem ſeptimo miſit Ioiada, & aſſumens centuriones, & milites
introduxit ad ſe in templum Domini, pepigitque cum eis fœdus: &
adiurans eos in domo Domini, oſtendit eis filium regis: 5. & præce-
pit illis, dicens: Iſte eſt ſermo, quem facere debetis: 6. Tertia pars
veſtrûm introeat ſabbato, & obſeruet excubias domus regis. Tertia
autem pars ſit ad portam Sur: & tertia pars ſit ad portam, quæ eſt
poſt habitaculum ſcutariorum. & cuſtodietis excubias domus Meſ-
ſa. 7. Duæ vero partes è vobis, omnes egredientes ſabbato, cuſto-
diant excubias domus Domini circa regem. 8. Et vallabitis eum,
habentes arma in manibus veſtris: ſi quis autem ingreſſus fuerit ſe-
ptum templi, interficiatur: eritisque cum rege introeunte & e-
grediente. 9. Et fecerunt centuriones iuxta omnia, quæ præ-
ceperat eis Ioiada ſacerdos: & aſſumentes ſinguli viros ſuos, qui
ingrediebantur ſabbatum, cum his qui egrediebantur ſabbato,
venerunt ad Ioiadam ſacerdotem. 10. Qui dedit eis haſtas, &
arma regis Dauid, quæ erant in domo Domini. 11. Et ſtete-
runt ſinguli habentes arma in manu ſua à parte templi dexte-
ra, vſque ad partem ſiniſtram altaris, & ædis, circum regem.
Pro-

12. Produxitq́; filium regis, & poſuit ſuper eum diadema, & teſtimo-
nium: feceruntq́; eum regem, & vnxerunt: & plaudentes manu dixe-
runt: Viuat rex. 13. Audiuit autem Athalia vocem populi curren-
tis: & ingreſſa ad turbas in templum Domini, 14. vidit regem
ſtantem ſuper tribunal iuxta morem, & cantores, & tubas prope
eum, omnemque populum terræ lætantem, & canentem tubis:
& ſcidit veſtimenta ſua, clamauitque: Coniuratio, coniuratio.
15. Præcepit autem Ioiada centurionibus, qui erant ſuper exerci-
tum, & ait eis: Educite eam extra ſepta templi, & quicumque
eam ſecutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim ſacerdos: Non
occidatur in templo Domini. 16. Impoſueruntque ei manus, & im-
pegerunt eam per viam introitus equorum, iuxta palatium, & inter-
fecta eſt ibi. 17. Pepigit ergo Ioiada fœdus inter Dominum, & inter
regem, & inter populum, vt eſſet populus Domini, & inter regem
& populum. 18. Ingreſſusque eſt omnis populus terræ templum Ba-
al, & deſtruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt valide:
Mathan quoque ſacerdotem Baal occiderunt coram altari. Et po-
ſuit ſacerdos cuſtodias in domo Domini. 19. Tulitque centuriones,
& Cerethi & Phelethi legiones, & omnem populum terræ, dedu-
xeruntque regem de domo Domini: & venerunt per viam portæ
ſcutariorum in palatium, & ſedit ſuper thronum regum. 20. Læta-
tusque eſt omnis populus terræ, & ciuitas conquieuit: Athalia au-
tem occiſa eſt gladio in domo regis. 21. Septemque annorum erat
Ioas, cum regnare cœpiſſet.

COMMENTARIVS.

SEPTIMVS NON REX,
Sed Regina.

IVDAE,	ISRAELIS,
ATHALIA,	IEHV,

HÆc Achabi & Iezabelis filia, Amri neptis, ſeu filia mediata regnauit cum Iehu rege Iſraelis, annos ſex & menſes aliquot, de qua iam ſupra. Sed duo hic addenda.

Vnum cur cum Amri neptis fuerit, eam tamen Scriptura maluerit Amri quam Achabi filiam nominare. An ob Achabi deteſtationem id factum? vt eius quaſi nomen horrere Scriptura videatur? An occurrere ſcrupulo voluit, ne quis Achabi poſteritatem deletam putaret, cum eius hic filiam adhuc inueniret? Ita quibuſdam videtur. Sed ſane, qui Scripturam legiſſet, non potuit neſcire ipſam Achabi filiam eſſe, licet is hoc loco non nominaretur. Ideoque priori illa iam cauſa contenti ſimus. Nam & propterea in 4. vſque generationem videtur Matth. 1. ipſius poſteritas præterita, Athalia ſcilicet cum ſuo marito Ioramo, Ochozia filio, & Ioa nepote, licet aliam D. Hieronymus cauſam putarit. Apud S. Brigitam l. 8. cap. 9. reprehendit cœleſtis Imperator regem quendam, qui vxorem duxerat filiam parentum ab Eccleſia damna-

 torum.

torum. Nunquam, ait, de ſemine prouocantis me ad iram, veniet populo ſalus & fructus. & cap. 16. ſimile quidpiam.

Alterum; hanc incredibili regnandi cupiditate ſuos in nepotes immaniſſimè ſæuiiſſe, quemadmodum hic clariſſime dicitur v. 1. & 2. Et tamen qui quidquid placet, negare audet, Caluinus harmonia in Matth. c. 1. id negat. Sed eam eos tamen interfeciſſe ait, ad quos regni hereditas ſpectaret; licet ij Ochoziæ filij non eſſent; imo ne à Salomone quidem deſcenderent, ſed à Salomonis fratre Nathane. Cuiuſmodi Ioam, de quo iam ſequetur; fuiſſe vult. Suoq; more ad incredulitatem hiſce omnes verbis inuitat. Ecquis mediocri iudicio præditus credat, naturalem Regis filium, potuiſſe à ſacerdote Joiada abſcondi, vt non magis ſolicitè eum auia quæreret? Quaſi modum quo occultatus ſit; non apertiſſimè indicarit hoc loco ſcriptura, & quaſi diuina prouidentia Dauidis regnum non conſeruarit. Sed acutiſſimum iſtum ſcilicet hominem legere oportebat contextum diligentius, in quo Ioas non quoquomodo dicitur ſemen regium; ſed ſignatè filius Ochoziæ, hoc cap. 11. v. 2. & 12. 2. Par. 22. 11. & 1. P. 3. v. 11. Quo etiam verbere flagellandum perineptum Annij Viterbienſis breuiatium; dum ſcribit, in Ochozia Salomonis poſteritatem deſijſſe, neque huius filium Joam extitiſſe; ſed ex Nathanis poſteris.

CAP. XII.

ANno ſeptimo Iehu regnauit Ioas: & quadraginta annis regnauit in Ieruſalem, nomen matris eius Sebia de Berſabee. 2. Fecitque Ioas rectum coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eum Ioiada ſacerdos. 3. Verumtamen excelſa non abſtulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excelſis incenſum. 4. Dixitque Ioas ad ſacerdotes: Omnem pecuniam ſanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus, quę offertur pro pretio animæ, & quam ſponte & arbitrio cordis ſui inferunt in templum Domini: 5. accipiant illā ſacerdotes iuxta ordinem ſuum, & inſtaurent ſartatecta domus, ſiquid neceſſarium viderint inſtauratione. 6. Igitur vſq; ad vigeſimū tertium annum regis Ioas, non inſtaurauerūt ſacerdotes ſartatecta templi. 7. Vocauitque rex Ioas Ioiadam pontificem & ſacerdotes,

CAP. XXIV.

SEptem annorum erat Ioas cum regnare cœpiſſet: & quadraginta annis regnauit in Ieruſalem, nomē matris eius Sebia de Berſabee. 2. Fecitque quod bonum eſt coram Domino cunctis diebus Ioiadæ ſacerdotis. 3. Accepit autem ei Ioiada vxores duas, è quibus genuit filios & filias. 4. Poſt quæ placuit Ioas vt inſtauraret domum Domini. 5. Congregauitque Sacerdotes, & Leuitas, & dixit eis: Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerſo Iſrael pecuniam ad ſartatecta templi Dei veſtri, per ſingulos annos, feſtinatoque hoc facite: porro Leuitæ egere negligentius. 6. Vocauitq; rex Ioiadam principem, & dixit ei: Quare tibi non fuit curæ, vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de Ieruſalem pecuniam, quæ conſtituta eſt à Moyſe ſeruo Domini, vt inferret eam omnis multitudo Iſrael in Tabernaculum teſti-

tes, dicens eis: Quare ſartatecta nō inſtauratis tēpli? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem veſtrū, ſed ad inſtaurationem templi reddite eam. 8. Prohibitiq; ſunt ſacerdotes vltra accipere pecuniam à populo, & inſtaurare ſartatecta domus. 9. Et tulit Ioiada pontifex gazophilacium vnum, aperuitq; foramen deſuper, & poſuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini, mittebantq; in eo ſacerdotes, qui cuſtodiebant oſtia, omnem pecuniam, quæ deferebatur ad templum Domini. 10. Cūq; videret nimiam pecuniam eſſe in gazophylacio, aſcendebat ſcriba regis, & pontifex, effundebantq; & numerabant pecuniam, quę inueniebatur in domo Domini: 11. & dabant eam iuxta numerū atq; menſuram in manu eorū, qui pręerant cæmentarijs domus Domini: qui impendebant eam in fabris lignorum, & in cæmētarijs ijs, qui operabantur in domo Domini, 12. & ſartatecta faciebant: & in ijs, qui cædebant ſaxa, & vt emerent ligna, & lapides, qui excidebātur, ita vt impleretur inſtauratio domus Domini in vniuerſis, quæ indigebant expenſa ad muniendam domum. 13. Verumtamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuſcinulæ, & thuribula, & tubæ, & omne vas aureum & argenteum de pecunia, quæ inferebatur in templū Domini: 14. ijs enim, qui faciebant opus, dabatur vt inſtauraretur templum Domini: 15. & non fiebat ratio iis hominibus, qui acci-

teſtimonij? 7. Athalia enim impijſsima, & filij eius deſtruxerunt domum Dei, & de vniuerſis, q̄ ſanctificata fuerant in templo Domini, ornauerunt fanum Baalim. 8. Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam: poſueruntque eam iuxta portam domus Domini forinſecus. 9. Et prædicatum eſt in Iuda & Ieruſalem vt deferrent ſinguli pretium Domino, quod cōſtituit Moyſes ſeruus Dei ſuper omnem Iſrael in deſerto. 10. Lætatique ſunt cuncti principes, & omnis populus: & ingreſsi contulerunt in arcam Domini, atq; miſerunt ita vt impleretur. 11. Cumq; tempus eſſet vt deferrent arcam coram rege per manus Leuitarum (videbant enim multā pecuniam) ingrediebatur ſcriba regis, & quē primus ſacerdos conſtituerat: effundebantq; pecuniam quæ erat in arca: porro arcam reportabant ad locum ſuum: ſicque faciebant per ſingulos dies, & cōgregata eſt infinita pecunia. 12. Quam dederunt rex & Ioiada his, qui præerāt operibus domus Domini: at illi conducebant ex ea cæſores lapidum, & artifices operum ſingulorum vt inſtaurarent domum Domini: fabros quoque ferri & æris, vt quod cadere cœperat, fulciretur. 13. Egeruntque hi qui operabantur induſtrie, & obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ac ſuſcitauerunt domum Domini in ſtatum priſtinū, & firmiter eam ſtare fecerunt. 14. Cumq; compleſſent omnia opera, detulerunt coram rege, & Ioiada reliquam partem pecuniæ: de qua

accipiebant pecuniam vt diſtri-
buerent eam artificibus, ſed in fi-
de tractabant eam. 16. Pecuniam
vero pro delicto, & pecuniam pro
peccatis non inferebant in tem-
plum Domini, quia ſacerdotum
erat. 17. Tunc aſcendit Hazael
rex Syriæ, & pugnabat cōtra Geth,
cepitque eam : & direxit faciem
ſuam vt aſcenderet in Ieruſalem.
18. Quam ob rem tulit Ioas rex Iu-
da omnia ſanctificata, quæ conſe-
crauerant Ioſaphat, & Ioram, &
Ochozias patres eius reges Iuda,
& quæ ipſe obtulerat; & vniuer-
ſum argentum, quod inueniri po-
tuit in theſauris templi Domini;
& in palatio regis: miſitq; Hazae-
li regi Syriæ, & receſsit ab Ieruſa-
lem. 19. Reliqua autem ſermonū
Ioas, & vniuerſa quæ fecit, nonne
hæc ſcripta ſunt in Libro verbo-
rum dierum regum Iuda? 20. Sur-
rexerunt autem ſerui eius, & con-
iurauerunt inter ſe percuſſerunt-
que Ioas in Domo Mello in deſcē-
ſu Sella. 21. Ioachar namq; filius
Semaath, & Iozabad filius Somer
ſerui eius, percuſſerunt eum, &
mortuus eſt : & ſepelierunt eum
cum patribus ſuis in ciuitate Da-
uid, regnauitque Amaſias filius e-
ius pro eo.

CAP. XIII.

ANno vigeſimo tertio
Ioas filij Ochoziæ regis
Iuda, regnauit Ioachaz
filius Iehu ſuper Iſrael in
Samaria decem & ſeptem annis.
2. Et fecit malū coram Domino,
ſecutuſq; eſt peccata Ieroboam fi-
lij Nabath, qui peccare fecit Iſrael
& non

qua facta ſunt vaſa templi in mi-
niſterium, & ad holocauſta, phia-
læ quoque, & cetera vaſa aurea &
argentea : & offerebantur holo-
cauſta in domo Domini iugiter
cunctis diebus Ioiadæ. 15. Senuit
autem Ioiada plenus dierum, &
mortuus eſt cum eſſet centum tri-
ginta annorum. 16. ſepeliérunt-
que eum in ciuitate Dauid cum
regibus, eo quod feciſſet bonum
cum Iſrael, & cum domo eius.
17. Poſtquam autem obijt Ioiada,
ingreſsi ſunt principes Iuda, & a-
dorauerunt regem, qui delinitus
obſequijs eorum, acquieuit eis. 18.
Et dereliquerunt templum Do-
mini Dei patrum ſuorum, ſeruie-
runtque lucis & ſculptilibus, &
facta eſt ira contra Iudam, & Ie-
ruſalem propter hoc peccatum.
19. Mittebatque eis prophetas
vt reuerterentur ad Dominum,
quos proteſtantes, illi audire no-
lebant. 20. Spiritus itaque Dei
induit Zachariam filium Ioiadæ
ſacerdotem, & ſtetit in conſpe-
ctu populi, & dixit eis: Hæc dicit
Dominus Deus: Quare tranſgre-
dimini præceptū Domini, quod
vobis non proderit, & dereliqui-
ſtis Dominum vt derelinqueret
vos? 21. Qui congregati aduer-
ſus eum, miſerunt lapides iuxta
regis imperium in atrio domus
Domini. 22. Et non eſt recorda-
tus Ioas rex miſericordiæ, quam
fecerat Ioiada pater illius ſecum,
ſed interfecit filium eius. Qui
cum moreretur, ait: Videat Do-
minus, & requirat. 23. Cumq; e-
uolutus eſſet annus, aſcendit con-
tra eum exercitus Syriæ venit-
que

& non declinauit ab eis. 3. Iratuſ-
que eſt furor Domini contra Iſ-
rael, & tradidit eos in manu Ha-
zael regis Syriæ, & in manu Be-
nadad filij Hazael cunctis diebus.
4. Deprecatus eſt autem Ioachaz
faciem Domini, & audiuit eum
Dominus: vidit enim anguſtiam
Iſrael, quia attriuerat eos rex Sy-
riæ: 5. & dedit Dominus ſaluato-
rem Iſraeli, & liberatus eſt de ma-
nu regis Syriæ: habitaueruntq; fi-
lij Iſrael in tabernaculis ſuis ſicut
heri & nudiuſtertius. 6. Verumta-
men non receſſerunt à peccatis
domus Ieroboam, qui peccare fe-
cit Iſrael, ſed in ipſis ambulaue-
runt: ſiquidem & lucus perman-
ſit in Samaria. 7. Et non ſunt dere-
licti Ioachaz de populo niſi quin-
quaginta equites, & decē currus,
& decem millia peditum: interfe-
cerat enim eos rex Syriæ, & rede-
gerat quaſi puluerem in tritura
areæ. 8. Reliqua autem ſermo-
num Ioachaz, & vniuerſa quæ fe-
cit, & fortitudo eius, nónne hæc
ſcripta ſunt in Libro ſermonum
dierum regum *Iſrael*? 9. Dormi-
uitq; Ioachaz cum patribus, & ſepelierunt eum in Samaria: regna-
uitq; Ioas filius eius pro eo. 10. Anno trigeſimo ſeptimo Ioas regis Iu-
da regnauit Ioas filius Ioachaz ſuper Iſrael in Samaria ſedecim annis,
11. & fecit quod malum eſt in conſpectu Domini: non declinauit ab
omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, ſed
in ipſis ambulauit. 12. Reliqua autem ſermonum Ioas, & vniuerſa quę
fecit, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit cōtra Amaſiam regem
Iuda, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſ-
rael? 13. Et dormiuit Ioas cum patribus ſuis: Ieroboam autem ſedit
ſuper ſolium eius. Porro Ioas ſepultus eſt in Samaria cū regibus Iſrael.
14. Eliſeus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus eſt: deſcen-
ditque ad eum Ioas rex Iſrael, & flebat coram eo, dicebatq;: Pater mi,
pater mi, currus Iſrael & auriga eius. 15. Et ait illi Eliſeus: Affer arcum,
& ſagittas. Cumq; attuliſſet ad eum arcū, & ſagittas, 16. dixit ad regē

que in Iudam & Ieruſalem, & in-
terfecit cunctos principes populi,
atque vniuerſam prædam miſe-
runt regi in Damaſcum. 24. Et
certe cum permodicus veniſſet
numerus Syrorum, tradidit Do-
minus in manibus eorum infini-
tam multitudinem, eo quod de-
reliquiſſent Dominum Deum pa-
trum ſuorum: in Ioas quoq; igno-
minioſa exercuere iudicia. 25. Et
abeuntes dimiſerunt eum in lan-
guoribus magnis: ſurrexerūt au-
tem contra eum ſerui ſui in vltio-
nem ſanguinis filij Ioiadæ ſacer-
dotis, & occiderunt eum in lectu-
lo ſuo, & mortuus eſt: ſepelierunt-
que eum in Ciuitate Dauid, ſed
non in ſepulchris regum. 26. In-
ſidiati vero ſunt ei Zabad filius
Semmaath Ammanitidis, & Io-
zabad filius Semarith Moabitidis.
27. Porro filij eius, ac ſumma pe-
cuniæ, quæ adunata fuerat ſub
eo, & inſtauratio domus Dei
ſcripta ſunt diligentius in Libro
Regum: regnauit autem Ama-
ſias filius eius pro eo.

Iſrael: pone manum tuam ſuper arcum. Et cum poſuiſſet ille manum
ſuam, ſuperpoſuit Eliſeus manus ſuas manibus regis, 18. & ait: Ape-
ri feneſtram orientalem. Cumque aperuiſſet, dixit Eliſeus: Iace ſa-
gittam. Et iecit. Et ait Eliſeus: Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſa-
lutis contra Syriam: percutiesque Syriam in Aphec, donec conſu-
mas eam. 18. Et ait: Tolle ſagittas. Qui cum tuliſſet, rurſum dixit
ei: Percute iaculo terram. Et cum percuſsiſſet tribus vicibus, & ſte-
tiſſet, 19. iratus eſt vir Dei contra eum, & ait: Si percuſsiſſes quin-
quies, aut ſexies, ſiue ſepties, percuſsiſſes Syriam vſque ad conſum-
ptionem: nunc autem tribus vicibus percuties eam. 20. Mortuus eſt
ergo Eliſeus, & ſepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab vene-
runt in terram in ipſo anno. 21. Quidam autem ſepelientes hominem,
viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in ſepulchro Eliſei.
Quod cum tetigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo, & ſtetit ſuper pedes
ſuos. 22. Igitur Hazael rex Syriæ afflxit Iſrael cunctis diebus Ioa-
chaz: 23. & miſertus eſt Dominus eorum, & reuerſus eſt ad eos pro-
pter pactum ſuum, quod habebat cum Abraham, & Iſaac, & Iacob:
& noluit diſperdere eos, neque proiicere penitus vſque in præſens
tempus. 24. Mortuus eſt autem Hazael rex Syriæ, & regnauit Bena-
dad filius eius pro eo. 25. Porro Ioas filius Ioachaz tulit vrbes de ma-
nu Benadad fillij Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris ſui iure
prælij, tribus vicibus percuſsit eum Ioas, & reddidit ciuitates Iſrael.

COMMENTARIVS.

OCTAVVS REX

I V D AE,	I S R A E L I S,
I O A S Iorami filius.	IOACHAZ, &
	I O A S filius.

HIc Joiadæ Pontificis opera liberatus à morte cum menſis vnius eſſet, vt inquit Cedrinus; & Rex creatus, regnauit annos 40. cum eodem Iehu & eius filio Ioachaz regibus Iſrael. Quam diu Pontifex iſte vixit, ſe optimè geſſit cap. 12. v. 2. 2. Paralip. 26. Sed eo mortuo principum obſequiis delinitus, 2. Paralip. 24. peſsimus fuit; vti de Cœlio in Bruto Cicero. in Moſtellaria de ſe quidam: *ego ad id frugi vſque, & probus fui, in fabrorum poteſtate dum fui. Poſteaquam immigraui in ingenium meum, perdidi operam fabrorum, illico oppido venit ignauia. Ea mihi tempeſtas fuit. Hæc verecundiam mihi & virtutis modum deturbauit.* Caſsianus l. 12. inſt. c. 21. cum è Paralipomenis cap. 24. l. 12. verba recitaſſet, vides ait, quam flagitioſis & ſordidis paſſionibus tradi mereatur ſuperbia, &c.

Interfecit Ioada huius filium Zachariam cap. 24. 2. Paralip. v. 21. diciturque idem Ioiada nomine alio Barachias Matthæi 23. verſ. 35. vti probat ibidem D. Hieronymus, Epiphanius de morte prophetarum, Eccleſia in Breuiario Romano in feſto S. Stephani.

Duo

Duo tamen optimi æuo noſtro ſcriptores, duos alios Zacharias de quibus Chriſtus loquatur afferunt, Ribera, & Baronius.

Ribera in cap.1. Zachariæ, ipſum illum prophetam, quem contrà D. Hier. ex annorum numero ab hoc noſtro diuerſum probat; inter altare & templum occiſum ait; cum expreſſe ibidem filius Barachiæ appelletur, at iſta mors nunquam ei in Scriptura tribuitur; & cur ei tribueretur cauſa nulla comparet: cum tunc primo è captiuitate Babylonica Iudæi rediiſſent: neque veroſimile ſit, tanto ſe ſcelere tam ſubito aſtrinxiſſe, abſque cauſa præſertim, & acriore quapiam principis alicuius, aut populi reprehenſione: ab hac tamen ſententia ſtat Origenes.

Baronius tomo primo Annalium, putat eum, de quo S. Matthæus, Zachariam, eſſe Zachariam Ioannis Baptiſtæ patrem. Sunt vero eius rationes duæ. Vna Patrum quorundam authoritatem vrget: altera ipſas Chriſti Domini voces, quibus videtur voluiſſe & primum & vltimum ſanctorum, qui iniuſte occiſi fuiſſent; commemorare.

Ad priorem reſpondet D. Hieronymus ex apocryphis eam eos opinionem hauſiſſe, nec fallaris in Tertulliani Scorp. dum poſt Zachariam ſubdit c.8. ipſe clauſula legis, nam iſtud: ipſe, ad S. Ioannem Baptiſtam refertur, vt ea quæ ſequuntur oſtendunt.

Ad poſteriorem reſpondeo ego, ſi Sanctorum vltimum commemorare voluiſſet Dominus, nominaturum fuiſſe ipſum Zachariæ filium D. Ioannem Baptiſtam, cui dum iſta diſſereret Dominus, abſciſſum iam caput erat: & propter Joannis huius celebritatem, dixiſſet ſaltem dominus potius; Zachariam patrem Joannis, quam filium Barachiæ: in Proteuangelio Jacobi Apocrypho dicitur ob Joannis Baptiſtæ filij occultationem interfectus ab Herodis ſatellitibus.

Voluit vero tantum prophetarum ſeu iuſtorum, de quibus clare in vetere hiſtoria ſcriptum eſſet, vltimum commemorare, inquit cap.23. Matth. Maldonatus.

Neque mortis cauſa vna conſentiens, neq; apta & probabilis affertur. Gnoſtici apud S. Epiph. hær.26. idcirco aiunt à Judæis lapidatum, quòd miſeros eos ob aſinum quendam in templo adoratum dictaret. S. Petrus Alexandrinus in ſyn.6.c.1. apud Theodor. Balſ. quod ceteris cum infantibus occidi non potuiſſet D. Joannes, dum ſua cum matre effugiſſet. Cyrillus aduerſus Anthrop. quòd Chriſti D. Matrem ab eo templi loco, qui virginibus ex lege deſignatus inter altare & templum erat; non arcuerit.

Sed primam refutat Epiph. & vti ridiculam merito contemnit Baronius, ſecundam cur tantopere probet, non video: Nam nec in Bethleem, nec in eius finibus, vbi infanticidium patratum fuit; Ioannes continebatur. Sed in Iudææ montanis & quidem, vt eidem Baronio placet; Hebrone. Quod ſi, ob natiuitatis miracula, Joannes ad mortem etiam ab Herode conquiſitus fuiſſet, quomodo ante quinquennium, imo forte ante annum ſeptimum ſuam in domum eum reduxiſſet mater, cum ante ipſius Herodis mortem ex Ægypto Maria & Joſeph redire auſi non fuiſſent? Quomodo Zacharia tam recens occiſo, ſe natumq; ſuum, tantum in periculum conieciſſet Elizabeth? Nam primis ſtatim annis in eremum profectum omnes conſentiunt, cum tam cito reuerſum, non interemiſſet Herodes?

Tertia cauſa minus ad huc probabilitatis habet: quia locus inter altare & templum, ſolis ſacerdotibus cum in ipſorum atrio eſſet, patebat: neque commodum quo id facere potuerit Zacharias; tempus nominari poteſt. Cum enim neque Hieroſolymis ipſe habitaret, neque B. Virgo; fieri hoc debuiſ-

ſet, vel ipſo die purificationis, vel eorum feſtorum aliquo, quibus ad templum illa veniebat. Non eſt tamen die purificationis factum, quia eius diei de Chriſto teſtimonia cum tam diligenter D. Lucas explicet; iſtud tam inſigne, tantique viri martyrio corroboratum non omiſiſſet. neque ordo vicis Zachariæ in eum diem incidere videtur, ſi ab eo, quo ei Angelus apparuit tempore numeres. Non aliis etiam feſtis: quia poſt Herodis mortem, cum ex Ægypto redux iam eſſet, fieri hoc debuiſſet, cum tamen neque Herodes, quem Zachariæ mortis autorem volunt, ſupereſſet, neque ab Herodis filio Archelao, fuiſſet Chriſto Domino parcitum, ſi de ipſius regno & poteſtate, nouus aut rumor, aut metus excitatus denuò fuiſſet.

Accedit, quòd matrimonij cum Joſepho initi, ea à D. Ignatio & alijs cauſa tradita ſit, ne diuinum, tam ſubito miraculum peruulgaretur: neue nimium Chriſti D. è virgine ortus incredibilis redderetur.

Maneat igitur de noſtro iſto Zacharia Chriſtum loqui. Apocryphis vero de Joannis patre iſta fingendi, anſa videtur ex illo alio Zacharia fuiſſe, de quo Joſephus. l. 5. de bello cap. primo ſecundum Latinam verſionem antiquam: ſecundum Græcum textum l 4. cap. 19. notat autem ex Epiphanio Genebrardus poſt Zachariæ necem defeciſſe in polluto templo reſponſa, & oracula diuina. ſi de occiſoribus quæras: Joſephus loco citato eum à Zelotis iniquiſſime in templo occiſum memorat.

Rectè vero illa duo nomina pro eodem accipiuntur; cum ſignificatio coniuncta ſit. Nam Joiada eſt, nouit Deum. Barachias, Benedicit Deum, vel notus Deo, benedictus à Deo. videtur vero idem diuerſus ab eo de quo 2. Paralip. 16. Iſaiæ. 6.

CAP. XIV.

IN anno ſecūdo Ioas filij Ioachaz regis Iſrael regnauit Amaſias fili⁹ Ioas regis Iuda. 2. Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpiſſet: viginti autem & nouem annis regnauit in Ieruſalem, nomen matris eius Ioadam de Ieruſalem. 3. Et fecit rectum coram Domino, verumtamen non vt Dauid pater eius. Iuxta omnia, quæ fecit Ioas pater ſuus, fecit: 4. niſi hoc tantum quod excelſa non abſtulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat incenſum in excelſis. 4. Cumque obtinuiſſet regnum, percuſsit ſeruos ſuos, qui interfecerant regem patrem ſuum: 6. filios autem eorum, qui occiderant, non occidit, iuxta quod ſcriptum eſt in libro legis Moyſi, ſicut præcepit Dominus, di-

CAP. XXV.

VIgintiquinq; annorum erat Amaſias cum regnare cœpiſſet, & vigintinouem annis regnauit in Ieruſalem, nomen matris eius Ioaden de Ieruſalem. 2. Fecitque bonum in conſpectu Domini: verumtamen nō in corde perfecto. 3. Cumque roboratum ſibi videret imperium, iugulauit ſeruos, qui occiderant regem patrem ſuum, 4. ſed filios eorum non interfecit ſicut ſcriptum eſt, in Libro legis Moyſi, vbi præcepit Dominus, dicens: Non occidentur patres pro filiis, neque filij pro patribus ſuis, ſed vnuſquiſq; in ſuo peccato morietur. 5. Congregauit igitur Amaſias Iudam, & conſtituit eos per familias, tribunoſque & centuriones in vniuerſo Iuda, & Beniamin: & recenſuit à viginti

ñus,dicens: 6. Nõ morientur pa-
tres pro filijs,neque filij morien-
tur pro patribus:ſed vnuſquiſque
in peccato ſuo morietur. 7. Ipſe
percuſsit Edom in valle Salina-
rum decem millia, & apprehen-
dit petram in prælio,vocauitque
nomen eius Iectehel vſq; in præ-
ſentem diem. 8. Tunc miſit Ama-
ſias nũcios ad Ioas filium Ioachaz,
filij Iehu regis Iſrael, dicens: Ve-
ni, & videamus nos. 9. Remi-
ſitque Ioas Iſrael ad Amaſiam
regem Iuda, dicens: Carduus Li-
bani miſit ad cedrum, quæ eſt in
Libano, dicens: Da filiam tuam
filio meo vxorem. Tranſieruntq;
beſtiæ ſaltus, quæ ſunt in Libano,
& conculcauerunt carduum. 10.
Percutiẽs inualuiſti ſuper Edom,
& ſubleuauit te cor tuum:conten-
tus eſto gloria, & ſede in domo
tua:quare prouocas malum,vt ca-
das tu & Iudas tecum? 11. Et non
acquieuit Amaſias: aſcẽditq; Ioas
rex Iſrael,& viderunt ſe,ipſe & A-
maſias rex Iuda in Bethſames op-
pido Iudæ. 12. Percuſſuſque eſt
Iuda coram Iſrael, & fugerunt v-
nuſquiſque in tabernacula ſua.
13. Amaſiam vero regem Iuda fi-
lium Ioas filij Ochoziæ cepit Ioas
rex Iſrael in Bethſames, & addu-
xit eum in Ieruſalem: & inter-
rupit murum Ieruſalem, à por-
ta Ephraim vſq; ad portam angu-
li, quadringentis cubitis. 14. Tu-
litque omne aurum,& argentum,
& vniuerſa vaſa, quæ inuenta ſunt
in domo Domini, & in theſauris
regis, & obſides, & reuerſus eſt in
Samariam. 15. Reliqua autẽ ver-
borum Ioas quæ fecit, & fortitu-
do eius

ginti annis ſupra,inuenitque tre-
centa millia iuuenum, qui egre-
derentur ad pugnam, & tenerent
haſtam & clypeum: 6. Mercede
quoque conduxit de Iſrael cen-
tum millia robuſtorum, centum
talentis argenti. 7. Venit autem
homo Dei ad illum, & ait, O
rex, ne egrediatur tecum exerci-
tus Iſrael: non eſt enim Dominus
cum Iſrael, & cunctis filiis E-
phraim: 8. quod ſi putas in robore
exercitus bella conſiſtere,ſupera-
ri te faciet Deus ab hoſtibus: Dei
quippe eſt & adiuuare, & in fu-
gam conuertere. 9. Dixitque
Amaſias ad hominem Dei: Quid
ergo fiet de centum talentis, quæ
dedi militibus Iſrael? Et reſpondit
ei homo Dei: Habet Dominus
vnde tibi dare poſsit multo his
plura. 10. Separauit itaque Ama-
ſias exercitum, qui venerat ad
eum ex Ephraim, vt reuerteretur
in locum ſuum: at illi contra Iu-
dam vehementer irati, reuerſi
ſunt in regionem ſuam. 11. Por-
ro Amaſias confidenter eduxit
populum ſuum, & abiit in Val-
lem ſalinarum,percuſsitque filios
Seir decem millia. 12. Et alia
decem millia virorum ceperunt
filij Iuda, & adduxerunt ad præ-
ruptum cuiuſdam petræ, præci-
pitaueruntque eos de ſummo in
præceps,qui vniuerſi crepuerunt.
13. At ille exercitus, quem remi-
ſerat Amaſias ne ſecum iret ad
prælium, diffuſus eſt in ciuitati-
bus Iuda à Samaria vſque ad Be-
thoron, & interfectis tribus mil-
libus diripuit prædam magnam.
14. Amaſias vero poſt cædem
Idu-

do eius qua pugnauit contra Amaſiam regem Iuda, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? 16. Dormiuitq; Ioas cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſrael: & regnauit Ieroboam filius eius pro eo. 17. Vixit autem Amaſias, filius Ioas, rex Iuda poſtquam mortuus eſt Ioas filius Ioachias regis Iſrael quindecim annis. 18. Reliqua autem ſermonum Amaſiæ, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda? 19. Factaque eſt contra eum coniuratio in Ieruſalem: at ille fuit in Lachis. Miſeruntque poſt eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi. 20. Et aſportauerunt in equis, ſepultuſque eſt in Ieruſalem cum patribus ſuis in Ciuitate Dauid. 21. Tulit autem vniuerſus populus Iudæ Azariam annos natum ſedecim, & conſtituerunt eum regem pro patre eius Amaſia. 22. Ipſe ædificauit AElath, & reſtituit eam Iudæ, poſtquam dormiuit rex cum patribus ſuis. 23. Anno quintodecimo Amaſiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas regis Iſrael in Samaria, quadraginta & vno anno: 24. & fecit quod malum eſt coram Domino: Non receſsit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat; qui peccare fecit Iſrael. 25. Ipſe reſtituit terminos Iſrael ab introitu Emath, vſque ad mare ſolitudinis, iuxta ſermonem Domini Dei Iſrael, quem loquutus eſt per ſeruum ſuum Ionam filium Amathi prophetam, qui erat de Geth, quæ eſt in O-

Idumæorũ, & allatos deos filiorũ Seir, ſtatuit illos in deos ſibi, & adorabat eos, & illis adolebat incẽſum. 15. Quam ob rem iratus Dominus contra Amaſiam miſit ad illum prophetam, qui diceret ei: Cur adoraſti deos, qui non liberauerunt populum ſuum de manu tua? 16. Cumq; hæc ille loqueretur, reſpondit ei: Num conſiliarius regis es? quieſce ne interficiã te. Diſcedenſque propheta, Scio, inquit, quod cogitauerit Deus occidere te, quia feciſti hoc malum, & inſuper non acquieuiſti cõſilio meo. 17. Igitur Amaſias rex Iuda inito peſsimo conſilio, miſit ad Ioas filium Ioachas filij Iehu, regẽ Iſrael, dicens: Veni, videamus nos mutuo. 18. At ille remiſit nũcios, dicens: Carduus, qui eſt in Libano, miſit ad cedrum Libani, dicens: Da filiam tuam filio meo vxorem: & ecce beſtiæ, quæ erant in ſilua Libani, tranſierunt, & conculcauerunt carduum. 19. Dixiſti: Percuſsi Edom, & idcirco erigitur cor tuum in ſuperbiam: ſede in domo tua, cur malum aduerſum te prouocas, vt cadas & tu, & Iuda tecum? 20. Noluit audire Amaſias, eo quod Domini eſſet voluntas vt traderetur in manus hoſtium propter deos Edom. 21. Aſcendit igitur Ioas rex Iſrael, & mutuos ſibi præbuere conſpectus: Amaſias autem rex Iuda erat in Bethſames Iudæ: 22. corruitq; Iuda coram Iſrael, & fugit in tabernacula ſua. 23. Porro Amaſiam regem Iuda, filium Ioas filij Ioachaz, cepit Ioas rex Iſrael in Bethſames, & adduxit in Ieruſalem: deſtruxitque mu-

in Ophir. 26. Vidit enim Dominus afflictionem Iſrael amaram nimis, & quod conſumpti eſſent vſque ad clauſos carcere, & extremos, & non eſſet qui auxiliaretur Iſraeli. 27. Nec locutus eſt Dominus vt deleret nomen Iſrael de ſub cælo, ſed ſaluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas. 28. Reliqua autem ſermonum Ieroboam, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, qua præliatus eſt, & quomodo reſtituit Damaſcum, & Emath Iudæ in Iſrael, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? 29. Dormiuitque Ieroboam cum patribus ſuis regibus Iſrael, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

que numerum eius à porta Ephraim vſque ad portam anguli quadringentis cubitis. 24. Omne quoque aurum, & argentum, & vniuerſa vaſa, quæ repererat in domo Dei, & apud Obededom in theſauris etiam domus regiæ, necnon & filios obſidum reduxit in Samariam. 25. Vixit autem Amaſias filius Ioas rex Iuda, poſtquam mortuus eſt Ioas filius Ioachaz rex Iſrael, quindecim annis. 26. Reliqua autem ſermonum Amaſiæ priorum & nouiſsimorum ſcripta ſunt in Libro regum Iuda & Iſrael. 27. Qui poſtquam receſſit à Domino, tetenderunt ei inſidias in Ieruſalem. Cumq; fugiſſet in Lachis, miſerunt, & interfecerunt eum ibi. 28. Reportanteſque ſuper equos, ſepelierunt eam cum patribus ſuis in Ciuitate Dauid.

COMMENTARIVS,

NONVS REX

IVDAE,	ISRAELIS,
AMASIAS filius Ioæ.	IOAS, & F.
	IEROBOAM II.

Annis regnauit 29. cum Iſraelis regibus Ioa, eiuſque filio Ieroboamo huius nominis 2. Fuit initio bonus: dumque contra Seir, id eſt, Idumæos bellum geſturus erat, conduxerat mercede 100000 impiorum Iſraelitarum. Sed eorum opera ne victoria impediretur, eum vti vetuit Deus 2. Palip. 25. Vbi nota quomodo bella & quibus hominibus feliciter gerantur. Poſtea impie eorum, quos vicerat, Deos coluit. Vnde ab Iſraelis rege Ioa captus eſt, Ieroſolymæque ſub eo magna pars diruta.

CAPVT

CAP. XV.

ANno vigeſimo ſeptimo Ieroboam regis Iſrael regnauit Azarias filius Amaſiæ regis Iuda.
2. Sedecim annorum erat cum regnare cœpiſſet, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ieruſalem: nomẽ matris eius Iechelia de Ieruſalẽ. 3. Fecitque quod erat placitum corã Domino, iuxta omnia quæ fecerat Amaſias pater eius. 4. Verumtamen excelſa non eſt demolitus: adhuc populus ſacrificabat, & adolebat incenſum in excelſis. 5. Percuſsit autem Dominus regem, & fuit leproſus vſq; in diem mortis tuæ, & habitabat in domo libera ſeorſum: Ioatham vero filius regis gubernabat palatium, & judicabat populum terræ. 6. Reliqua autem ſermonum Azariæ, & vniuerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro verborũ dierum regum Iuda? 7. Et dormiuit Azarias cum patribus ſuis: ſepelieruntque eum cum maioribus ſuis in ciuitate Dauid, & regnauit Ioathan filius eius pro eo.
8. Anno trigeſimo octauo Azariæ regis Iuda, regnauit Zacharias filius Ieroboã ſuper Iſrael in Samaria ſex menſibus: 9. & fecit quod malum eſt coram Domino, ſicut fecerant patres eius: non receſsit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. 10. Coniurauit aũt contra eum Sellum filius Iabes: percuſsitq; eam palam, & interfecit, regnauitq; pro eo. 11. Reliqua aũt verborũ Zachariæ, nonñe hęc ſcripta ſunt in Libro ſermonũ dierum

CAP. XXVI.

OMnis autem populus Iuda, filium eius Oziam annorum ſedecim, conſtituit regẽ pro Amaſia patre ſuo. 2. Ipſe ædificauit Ailath, & & reſtituit eam ditioni Iuda, poſtquam dormiuit rex cum patribus ſuis. 3. Sedecim annorum erat Ozias cum regnare cœpiſſet, & quinquaginta duob. annis regnauit in Ieruſalem, nomen matris eius Iechelia de Ieruſalem. 4. Fecitque quod erat rectum in oculis Domini iuxta omnia, quæ fecerat Amaſias pater eius. 5. Et exquiſiuit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deum: cumque requireret Dominum, direxit eum in omnibus. 6. Denique egreſſus eſt, & pugnauit cõtra Philiſtihiim, & deſtruxit murum Geth, & murum Iabniæ, murumque Azoti: ædificauit quoque oppida in Azoto, & in Philiſthiim. 7. Et adiuuit eum Deus contra Philiſthiim, & contra Arabes, qui habitabant in Gurbaal, & contra Ammonitas. 8. Appendebantque Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatum eſt nomen eius vſque ad introitum AEgypti propter crebras victorias. 9. AEdificauitque Ozias turres in Ieruſalem ſuper portam anguli, & ſuper portam vallis, & reliquas in eodem muri latere, firmauitque eas. 10. Extruxit etiam turres in ſolitudine, & effodit ciſternas plurimas, eo quod haberet multa pecora tam in campeſtribus, quam in eremi vaſtitate: vineas quoque habuit

dierum regum Iſrael? 12. Iſte eſt
ſermo Domini, quem locutus eſt
ad Iehu, dicens: Filij tui vſque ad
quartam generationem ſedebunt
ſuper thronũ Iſrael. Factumq; eſt
ita. 13. Sellum filius Iabes regnauit
trigeſimo nono año Azariæ regis
Iuda: regnauit autem vno menſe
in Samaria. 14. Et aſcendit Mana-
hem filius Gadi de Therſa: venitq;
in Samariam, & percuſſit Sellum
filiũ Iabes in Samaria, & interfecit
eũ, regnauitq; pro eo. 15. Reliqua
autem verborum Sellum, & con-
iuratio eius, per quam tetẽdit in-
ſidias, nonne hæc ſcripta ſunt in Li-
bro ſermonũ dierum regũ Iſrael?
16. Tunc percuſſit Manahẽ Tha-
pſam, & omnes qui erant in ea, &
terminos eius de Therſa. nolue-
rant enim aperire ei: & interfecit
omnes prægnantes eius, & ſcidit
eas. 17. Año trigeſimo nono Aza-
riæ regis Iuda regnauit Manahem
filius Gadi ſuper Iſrael decẽ annis
in Samaria. 18. Fecitq; quod erat
malum coram Domino: non re-
ceſſit à peccatis Ieroboã filij Na-
bat, qui peccare fecit Iſrael cũctis
diebus eius. 19. Veniebat Phul rex
Aſsyriorũ in terram, & dabat Ma-
nahem Phul mille talenta argẽti,
vt eſſet ei in auxilium, & firmaret
regnũ eius. 20. Indixitq; Manahẽ
argentum ſuper Iſrael cunctis po-
tentibus & diuitibus, vt daret regi
Aſsyriorum, quinquaginta ſiclos
argenti per ſingulos: reuerſusque
eſt rex Aſsyriorum, & non eſt mo-
ratus in terra. 21. Reliqua autem
ſermonum Manahem, & vniuer-
ſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta
ſunt

habuit & vinitores in montibus,
& in carmelo: erat quippe homo
agriculturæ deditus. 11. Fuit au-
tem exercitus bellatorum eius,
qui procedebant ad prælia ſub
manu Iehiel ſcribæ, Maaſiæq; do-
ctoris, & ſub manu Hananiæ, qui
erat de ducibus regis. 12. Omnis-
que numerus principum per fa-
milias virorum fortium, duorum
millium ſexcentorum. 13. Et ſub
eis vniuerſus exercitus trecento-
rum & ſeptem millium quingen-
torum: qui erant apti ad bella, &
pro rege contra aduerſarios dimi-
cabant. 14. Præparauit quoq; eis
Ozias, id eſt, cũcto exercitui, cly-
peos, & haſtas, & galeas, & loricas,
arcusque & fundas ad iaciendos
lapides. 15. Et fecit in Ieruſalẽ di-
uerſi generis machinas, quas in
turribus collocauit, & in angulis
murorum vt mitterent ſagittas,
& ſaxa grandia: egreſſumque eſt
nomen eius procul, eo quod au-
xiliaretur ei Dominus, & corro-
boraſſet illum. 16. Sed cum robo-
ratus eſſet, eleuatũ eſt cor eius in
interitum ſuum, & neglexit Do-
minum ſuum: ingreſſuſque tem-
plum Domini, adolere voluit in-
cẽſum ſuper altare thymiamatis.
17. Statimque ingreſſus poſt eum
Azarias ſacerdos, & cum eo Sa-
cerdotes Domini octoginta, viri
fortiſſimi, 18. reſtiterunt regi, at-
que dixerunt: Non eſt tui officij
Ozia, vt adoleas incẽſum Domi-
no, ſed Sacerdotum, hoc eſt, filio-
rum Aaron, qui conſecrati ſunt
ad huiuſcemodi miniſterium: e-
gredere de ſanctuario, ne cõtem-
pſeris:

ſunt in Libro ſermonum dierum
regum Iſrael? 22. Et dormiuit Ma-
nahem cum patribus ſuis: regna-
uitque Phaceia filius eius pro eo
23. Anno quinquageſimo Azariæ
regis Iuda regnauit Phaceia filius
Manahem ſuper Iſrael in Samaria
biēnio: 24. & fecit quod erat ma-
lum coram Domino: non receſ-
ſit à peccatis Ieroboam filij Na-
bat, qui peccare fecit Iſrael. 25. Cō-
iurauit autem aduerſus eū Phacee
filius Romeliæ, dux eius, & ꝑcuſ-
ſit eū in Samaria in turre domus
regiæ iuxta Argob, & iuxta Arie,
& cum eo quinquaginta viros de
filiis Galaaditarū, & interfecit eū,
regnauitq; pro eo. 26. Reliqua au-
tem ſermonū Phaceia, & vniuerſa
quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt
in Libro ſermonum dierum regū
Iſrael? 27. Anno quinquageſimo
ſecundo Azariæ regis Iuda regna-
uit Phacee filius Romeliæ ſuper
Iſrael in Samaria viginti annis. 28.
Et fecit quod erat malum coram
Domino: non receſſit à peccatis
Ieroboam filij Nabat, qui peccare
fecit Iſrael. 29. In diebus Phacee
regis Iſrael venit Theglathphala-
ſar rex Aſſur, & cepit Aion, & A-
bel Domum, Maacha & Ianoe, &
Cedes, & Aſor, & Galaad, & Gali-
læā, & vniuerſam Terram Neph-
thali: & tranſtulit eos in Aſſyrios,
30. Coniurauit autem, & tetendit
inſidias Oſee filius Ela contra
Phacee filium Romeliæ, & per-
cuſſit eum, & interfecit: regna-
uitque pro eo vigeſimo anno Ioa-
tham filij Oziæ. 31. Reliqua autē
ſermonum Phacee, & vniuerſa
quæ

pſeris: quia non reputabitur tibi
in gloriam hoc à Domino Deo.
19. Iratusque Ozias, tenens in ma-
nu thuribulum vt adoleret incē-
ſum, minabatur Sacerdotibus.
Statimq; orta eſt lepra in fronte e-
ius corā Sacerdotibus, in domo
Domini ſuper altare thymiama-
tis. 20. Cumq; reſpexiſſet eum A-
zarias pontifex, & omnes reliqui
Sacerdotes, viderunt lepram in
fronte eius, & feſtinato expulerūt
eum. Sed & ipſe perterritus, acce-
lerauit egredi, eo quod ſenſiſſet il-
lico plagam Domini. 21. Fuit igi-
tur Ozias rex leproſus vſque ad
diem mortis ſuæ, & habitauit in
domo ſeparata plenus lepra; ob
quam eiectus fuerat de domo Do
mini. Porro Ioatham filius eius
rexit domum regis, & iudicabat
populum terræ. 22. Reliqua au-
tem ſermonum Oziæ priorum &
nouiſſimorum ſcripſit Iſaias filius
Amos, propheta. 23. Dormiuitq;
Ozias cum patribus ſuis, & ſepe-
lierunt eum in agro regalium ſe-
pulchrorum, eo quod eſſet lepro-
ſus: regnauitque Ioatham filius e-
ius pro eo.

CAP. XXVII.

1. VIgintiquinq; anno-
rum erat Ioatham
cum regnare cœpiſ-
ſet, & ſedecim annis
regnauit in Ieruſalē: nomē matris
eius Ierusa filia Sadoc. 2. Fecitq;
quod rectum erat corā Domino,
iuxta omnia quæ fecerat Ozias
pater ſuus, excepto quod non eſt
ingreſſus templum Domini, &
adhuc

quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt
in Libro ſermonum dierum re-
gum Iſrael? 32. Anno ſecundo
Phacee, filij Romeliæ regis Iſrael,
regnauit Ioatham filius Oziæ re-
gis Iuda. 33. Viginti quinque an-
norum erat cum regnare cœpiſ-
ſet, & ſedecim annis regnauit in
Ieruſalem: nomen matris eius Ie-
ruſa, filia Sadoc. 34. Fecitq; quod
erat placitum coram Domino:
iuxta omnia, quæ fecerat Ozias
pater ſuus, operatus eſt. 35. Ve-
rumtamen excelſa non abſtulit:
adhuc populus immolabat, & ad-
olebat incenſum in excelſis: ipſe
ædificauit portam domus Domi-
ni ſublimiſſimam. 36. Reliqua au-
tem ſermonum Ioatham, & vni-
uerſa quæ fecit, nonne hæc ſcri-
pta ſunt in Libro verborum die-
rum regum Iuda? 37. In diebus il-
lis cœpit Dominus mittere in Iu-
dam Raſin regem Syriæ, & Pha-
cee filium Romeliæ. 38. Et dor-
miuit Ioatham cum patribus
ſuis, ſepultusque eſt cum eis in

adhuc populus delinquebat. 3.
Ipſe ædificauit portam domus
Domini excelſam, & in muro
Ophel multa conſtruxit. 4. Vr-
bes quoque ædificauit in monti-
bus Iuda, & in ſaltibus caſtella, &
turres. 5. Ipſe pugnauit contra re-
gem filiorum Ammon, & vicit
eos, dederuntque ei filij Ammon
in tempore illo centum talenta
argenti, & decem millia coros tri-
tici, ac totidem coros hordei: hæc
ei præbuerunt filij Ammon, in
anno ſecundo & tertio. 6. Corro-
boratusque eſt Ioatham eo quod
direxiſſet vias ſuas coram Domi-
no Deo ſuo. 7. Reliqua autem ſer-
monum Ioatham, & omnes pu-
gnæ eius, & opera, ſcripta ſunt in
Libro regum Iſrael & Iuda. 8. Vi-
gintiquinque annorum erat cum
regnare cœpiſſet, & ſedecim an-
nis regnauit in Ieruſalem. 9. Dor-
miuitque Ioatham cum patribus
ſuis, & ſepelierunt eum in Ciui-
tate Dauid: & regnauit Achaz fi-
lius eius pro eo.

Ciuitate Dauid patris ſui, & regnauit Achaz filius eius pro eo.

COMMENTARIVS.

DECIMVS REX

IVDÆ,	ISRAELIS,
AZARIAS, qui &	ZACHARIAS,
OZIAS dicitur.	SELLVM, &c.

Regnauit annis 52. cum ſex Iſraelis Regibus, cum eodem ſcilicet ſecundo Ieroboamo, Zacharia eius filio, Sellumo, Manahemo, Phaceia huius filio, ac Phacee Romeliæ filio, cœpit regnare 4. R. 14. anno Ieroboami Regis Iſrael 27. Sed cum Ieroboamus iſte regnarit annos 41. vt eſt eodem lib. c. 15. & cœperit anno Amaſiæ 15. qui vt dictum eſt annos 29. regnarit, neceſſe eſt fateamur inter Oziæ principium, & Amaſiæ patris mortem interiectos annos 13. Nam vicesſimus nonus Amaſiæ, fuit Ieroboami quartus decimus: à quo ad 27. quo cœpit Ozias, ſunt anni vt dixi, tredecim.

Ideoq; ſciendum, quando Regum Iudæ anni, ad Iſraelis Regum annos conferuntur, interregna quatuor ponenda, vt omnia conſentiant.

Et eorum primum eſt quatuor annorum inter Zamri, & Amri, vt ait Seder cap. 17.

Secundum, licet ſine ratione neget Genebrardus E52. eſt iſtud 13. annorum: cuius cauſa fuit, immatura Oziæ, cum moreretur pater; ætatula. Trimus enim tunc tantum erat, cum dicatur c. 15. v. 2. ad regnum acceſſiſſe annos natus ſedecim. Vnde c. 14. v. 21. non dicitur vti alias; mortuus eſt Amaſias & regnauit Azarias filius eius pro eo: ſed; Tulit autem vniuerſus populus Iudæ Azariam annos natum 16. & conſtituit eum Regem pro patre eius Amaſia. quaſi diceretur: tũc populus Regem illum conſtituit, quando annorum factus eſt 16. cum ei antea regnum deferri, populo viſum non fuiſſet.

Tertium inter Ieroboamum, & Zachariam Iſr. Reges. duorum & viginti ſolidorum annorum, cum cœperit an. 15. Amaſiæ Jeroboamus, & regnarit annos quatuor c. 14 v. 23. ipſe vero Zacharias eius filius, cœpit anno 38. Azariæ c. 15. v. 8.

Quartũ deniq; inter Jſraelis Reges Phacee & Oſee annorum octo, cũ Phacee deſinat anno 4. Achaz c. 15. v. 27. Oſee vero cœperit año 12. Achaz. c. 17. v. 1.

Dices; Jmo poſteaquam occiſus eſſet Phacee ab Oſee, videtur is ſtatim regnare cœpiſſe año ſcilicet 4. Achaz c. 15. v. 30. Reſp. Abulenſis c. 17. q. 2. poſſe quidem dici aliquo modo regnare, ſed aſſidua tamen certamina cum altera familia excipiendo iactatum fuiſſe: ita vt plenus & tranquillus Rex non niſi anno 12. Achazi eſſe inceperit.

Fuit vero Azarias initio, & diu bonus valde, ideoque feliciſſimus; ſed poſteà ſuperbia elatus, in ſacerdotum officium inuadere voluit; vnde in templo lepra percuſſus hic cap. 15. Et 2. Paralip. 26. vt qui in loca ſancta vlterius progreſſus erat; ex vrbe omnibus communi, proprioq; palatio eijci deberet. qui ſacerdotale ſibi officium vẽdicarat; ne regium quidem munus amplius obiret. qui in ſacerdotum ſeſe cœtum iniecerat; à ciuium etiam infimorũ cõgreſſu excluderetur.

Notat D. Chryſoſt. hom. 4. & 5. de verbis Iſaiæ, quanto ſit ſacerdotalis dignitas maior quam regia. idem docet in h. de principatu & poteſtate nondum edita D. Hier. in 6. c. Iſaiæ & ep. 142. fuit, ait, vir iuſtus, & fecit rectum in conſpectu domini, ædificans templum, aquæ ductum fabricans, offerens vaſa, quodque maximum pietatis indicium eſt, habens multos in ſuo imperio prophetas. hic, quamdiu vixit Zacharias ſacerdos cognomento intelligens, placuit Deo, & cũ omni veneratione delubrum eius ingreſſus eſt, poſtquã vero Zacharias obiit, volens per ſe offerre donaria, ſacerdotalem ordinem non tam pie, quam audacter inuaſit, &c. monet ijſdem locis idcirco polluta Jſaiæ labia fuiſſe, quod regẽ iſtum in templum irruentem non corripuerit, nec iuxta Eliæ exemplum libera voce impium deſignarit.

Notandum etiam, quanto ſtudio ſacra tueri debeant ſacerdotes, etiam aduerſus Reges, vt D. Ambroſius Baſilicã ne hæreticis traderetur, & prophanus ille ſacerdos aduerſus Cleomenem Regem, apud Herod. lib. 6. Cum eſſet, inquit D. Ambroſius l. 5. ep. 32. propoſitum, vt Eccleſiæ vaſa iam traderemus Imperatori, hoc reſponſi reddidi: me, ſi de meis aliquid poſceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum; id quod mei iuris eſſet; libenter offerre: templo Dei nihil poſſe decerpere: nec tradere illud, quod cuſtodiendum, non tradendum acceperim. Deinde, conſulere me etiam Imperatoris ſaluti, quia nec mihi expedit tradere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi ſacerdotis: ſi vult ſibi eſſe conſultum, recedat à Chriſti iniuria, & abſit à me vt tradam Chriſti hæreditatem, & hæreditatẽ Dionyſij, qui in exilio, fidei cauſa, defunctus eſt, hæreditatem Euſtorgij confeſſoris, hæreditatem Myroclis, atq; omnium retro fidelium Epiſcoporum.

Hoc tempore vaticinatus eſt Jſaias cap. 1. & 6. & minorum Prophetarum quinque: Oſee cap. 10. Joel, Amos, Abdias, Jonas.

Eo anno,

Eo anno,quo leproſus iſte factus eſt,eodemque die,magnus ille terręmotus, de quo Zachariæ 14. traditur à Ioſepho l.11.c.9. contigiſſe, putantque Hebræi apud D. Hieronymum in Jſaiæ c.7.& in Seder. c.19.& 20. eosque ſequutus Genebrardus,fuiſſe tunc Oziæ annum 27, vt totos 25. annos vitæ reliquos leproſus fuerit.Sed cū ante duos terręmotus huius annos in viuis adhuc eſſet Jſraelis Rex Jeroboamus,(Amos primo) & iſte non niſi ad Oziæ añum 14. vel 15. puenerit, vt ex ſupra dictis patet; non poteſt iſti terræmotui alius Oziæ annus, quā 14. vel 15. tribui,quo anno nondum leproſus erat,ſed multo poſt;cum videlicet ita iam ætate corroboratior eſſet eius filius Joatham, vt quemadmodum ſcribitur hoc lib.c.15.& 2. Paralip. 26. regnum gubernare poſſet. Js vero poſt patris mortem, cum non niſi 25. annorum eſſet 2. Par. 27. apparet non niſi paucis ante mortem annis v.c. ſeptem,ſex, quinque aut etiam paucioribus leproſum fuiſſe: cum eſſet ſcilicet filius añorum 18. vel 19.20. aut plurium. Jdeoq; vel duo terræ tremores Oziæ temporibus contigerūt,vnus anno regni eius 14. aut 15. de quo Amos; alter extremis vitæ annis,cū ſeſe ſacris functionibus intuliſſet: vel præ ſcripturę contextu non deligenda, quæ à Joſepho & Hebræis prodita ſunt.

Legatur in Amos primo Ribera. hic tantum notetur; paulo poſt fore, vt de *Aſsyriorum* Rege Phul diſſeratur.

VNDECIMVS REX

IVDÆ, ISRAELIS.

IOATHAM Azariæ filius. ſeu hebraice IOTHAM. PHACEIA.

REgnauit annos 16. cum eodem Phacee rege 2. Paralip. 27. dicitur bonus, ideoque & felix.

Sed quomodo dicitur hic c. 15. v. 30. regnaſſe Oſea Regis huius anno 20. cum annos tantum regnarit 16? Reſp. quæſt. 34. *A*bulenſis, eius annos & filij Achaz, quaſi regis vnius accipi, ita vt ſenſus ſit: *A*nno 20. à Joathami regis anno primo. Hic vigeſimus eſſet ipſius *A*chaz annus quartus, vti etiam c. 15. v. 27. docent 20. anni Phaceæ, cum eorum à 52. Oziæ principium ducatur.

Huius tempore vaticinatus eſt è minoribus prophetis ſextus, Michæas, vt eſt cap. 1. ipſius prophetiæ. Sulpitius hic Niniuitarum pœnitentiam ſtatuit; ſed quemadmodum & Jonas, ad Oziam refertur.

Non deſunt, qui huius etiam Regis anno ſecundo, Olympiadum initium affigant, ſed de ijs paulo poſt. Huius tempore, monet D. Hieronymus in Jſaiæ c. 6. accidiſſe viſionem Jſaiæ.

CAPVT XVI.

1. ANno decimo ſepti-
mo Phacee filij Ro-
meliæ regnauit A-
chaz filius Ioathā re-
gis Iuda, 2. Viginti āñorū erat A-
chaz cū regnare cœpiſſet, & ſede-
cim āñis regnauit in Ieruſalē: nō fe-
cit q̄ erat placitū in cōſpectu Dñi
Dei

CAPVT XXVIII.

1. Viginti annorum erat
Achaz cū regnare cœ-
piſſet, & ſedecim āñis
regnauit in Ieruſalem:
non fecit rectū in conſpectu Do-
mini ſicut Dauid pater eius: 2. ſed
ambulauit in viis regū Iſrael, inſu-
per & ſtatuas ſudit Baalim. 3. Ipſe
eſt,

Dei ſui, ſicut Dauid pater eius. 3.
ſed ambulauit in via regum Iſrael:
inſuper & filium ſuum conſecra-
uit, transferens per ignem ſecun-
dum idola Gentium : quæ diſſi-
pauit Dominus coram filiis Iſrael.
4. Immolabat quoque victimas,
& ado'ebat incenſum in excelſis,
& in collibus, & ſub omni ligno
frondoſo. 5. Tunc aſcendit Raſin
rex Syriæ, & Phacee filius Rome-
liæ rex Iſrael in Ieruſalem ad præ-
liandum: cumque obſiderent A-
chaz, non valuerunt ſuperare eũ.
6. In tempore illo reſtituit Raſin
rex Syriæ, Ailam Syriæ, & eiecit
Iudæos de Aila: & Idumæi vene-
runt in Ailam, & habitauerunt i-
bi vſque in diem hanc. 7. Miſit
autem Achaz nuncios ad The-
glathphalaſar regem Aſsyriorum,
dicens: Seruus tuus, & filius tuus
ego ſum: aſcende, & ſaluum me
fac de manu regis Syriç, & de ma-
nu regis Iſrael, qui conſurrexerũt
aduerſum me. 8. Et cum collegiſ-
ſet argentum & aurum, quod in-
ueniri potuit in domo Domini,
& in theſauris regis , miſit regi
Aſsyriorum munera. 9. Qui &
acquieuit voluntati eius : aſcen-
dit enim rex Aſsyriorum in Da-
maſcum, & vaſtauit eam: & tranſ-
tulit habitatores eius Cyrenen,
Raſin autem interfecit. 10. Perre-
xitque rex Achaz in occurſum
Theglathphalaſar regi Aſsyriorũ
in Damaſcum. cumque vidiſſet
altare Damaſci, miſit rex Achaz
ad Vriam ſacerdotem exemplar
eius, & ſimilitudinẽ iuxta omne
opus eius. 11. Exſtruxitq; Vrias ſa-
cerdos

eſt, qui adoleuit incenſum in Val-
lebenennom , & luſtrauit filios
ſuos in igne iuxta ritum gentium,
quas interfecit Dominus in aduẽ-
tu filiorum Iſrael . 4. Sacrificabat
quoq;, & thymiama ſuccendebat
in excelſis, & in collibus, & ſub o-
mni ligno frondoſo. 5. Tradiditq;
eum Dominus Deus eius in ma-
nu regis Syriæ, qui percuſſit eum,
magnamque prædam cepit de e-
ius imperio, & adduxit in Dama-
ſcum: manibus quoque regis Iſ-
rael traditus eſt, & percuſſus pla-
ga grandi. 6. Occiditque Phacee,
filius Romeliæ, de Iuda centum
viginti millia in die vno, omnes
viros bellatores: eo quod reliquiſ-
ſent Dominum Deum patrum
ſuorum. 7. Eodem tempore occi-
dit Zechri, vir potens ex Ephraim,
Maaſiam filium regis, & Ezricam
ducem domus eius, Elcanã quo-
que ſecundum à rege. 8. Ceperũt-
que filij Iſrael de fratribus ſuis du-
centa millia mulierum , pueró-
rum, & puellarum, & infinitam
prædam: pertuleruntque eam in
Samariam. 9. Ea tempeſtate erat
ibi propheta Domini , nomine
Obed: qui egreſſus obuiam exer-
citui venienti in Samariam, dixit
eis: Ecce iratus Dominus Deus
patrum veſtrorum contra Iuda,
tradidit eos in manibus veſtris,
& occidiſtis eos atrociter, ita vt
ad cælum pertingeret veſtra cru-
delitas. 10. Inſuper filios Iuda, &
Ieruſalem vultis vobis ſubiice-
re in ſeruos & ancillas, quod ne-
quaquã facto opus eſt: peccaſtis
enim ſuper hoc Domino Deo ve-
ſtro.

terdos altare: iuxta omnia, quæ
præceperat rex Achaz, de Dama-
ſco, ita fecit ſacerdos Vrias, donec
veniret rex Achaz de Damaſco. 12
Cumq; veniſſet rex de Damaſco,
vidit altare, & veneratus eſt illud:
aſcenditq; & immolauit holocau-
ſta, & ſacrificium ſuum, 13. & liba-
uit libamina, & fudit ſanguinem
pacificorum, quæ obtulerat ſuper
altare. 14. Porro altare æreum, ꝙ
erat coram Domino, tranſtulit de
facie templi, & de loco altaris, &
de loco templi Domini: poſuitq;
illud ex latere altaris ad Aquilonē.
15. Præcepit quoq; rex Achaz Vrię
ſacerdoti, dicēs: Super altare ma-
ius offer holocauſtum matutinū,
& ſacrificium veſpertinum, & ho-
locauſtū regis, & ſacrificium eius,
& holocauſtū vniuerſi populi ter-
ræ, & ſacrificia eorum, & libamina
eorum: & omnem ſanguinem ho-
locauſti, & vniuerſum ſanguinem
victimæ ſuper illud effundes: alta-
re vero æreum erit paratum ad vo-
luntatē meam. 16. Fecit igitur V-
rias ſacerdos iuxta omnia, quæ p̄-
ceperat rex Achaz. 17. Tulit autē
rex Achaz cælatas baſes, & luterē,
qui erat deſuper: & mare depoſuit
de bobus æris, qui ſuſtentabant il-
lud, & poſuit ſuper pauimentum
ſtratum lapide. 18. Muſach quoq;
ſabbathi, quod ædificauerat in tē-
plo: & ingreſſum regis exterius
cōuertit in templum Domini ꝓ-
pter regem Aſſyriorum. 19. Reli-
qua autem verborum Achaz, quæ
fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in li-
bro ſermonum dierum regum Iu-
da? 20. Dormiuitque Achaz cum
patribus ſuis, & ſepultus eſt cū eis
in Ci-

ſtro. 11. Sed audite cōſilium meū,
& reducite captiuos, quos adduxi-
ſtis de fratribus veſtris, quia ma-
gnus furor imminet vobis. 12. Ste-
terunt itaq; viri de principibus fi-
liorum Ephraim, Azarias filius Io-
hanan, Barachias filius Moſolla-
moth, Ezechias filius Sellum, &
Amaſa filius Adali, contra eos, qui
veniebant de prælio, 13. & dixerūt
eis: Non introducetis huc capti-
uos, ne peccemus Domino. Qua-
re vultis adijcere ſuper peccata
noſtra, & vetera cumulare delicta?
grande quippe peccatum eſt, & ira
furoris Domini imminet ſuper Iſ-
rael. 14. Dimiſeruntq; viri bella-
tores prædam, & vniuerſa quæ ce-
perant corā principibus, & omni
multitudine. 15. Steteruntq; viri,
quos ſupra memorauimus, & ap-
prehendentes captiuos, omneſq;
qui nudi erant, veſtierunt de ſpo-
liis: cumq; veſtiſſent eos, & calce-
aſſent, & refeciſſent cibo ac potu,
vnxiſſentque propter laborem, &
adhibuiſſent eis curam: quicumq;
ambulare non poterant, & erant
imbecillo corpore, impoſuerunt
eos iumentis, & adduxerunt Ieri-
cho ciuitatem palmarū ad fratres
eorum, ipſique reuerſi ſunt in Sa-
mariam. 16. Tempore illo miſit
rex Achaz ad regem Aſſyriorum,
poſtulans auxilium. 17. Venerūt-
que Idumæi, & percuſſerunt mul-
tos ex Iuda, & ceperunt prædam
magnam. 18. Philiſthijm quoque
diffuſi ſunt per vrbes campeſtres,
& ad Meridiem Iuda: ceperuntq;
Bethſames, & Aialō, & Gaderoth,
Socho quoque, & Thamnam, &
Gamzo, cum viculis ſuis, & habi-
taue-

in ciuitate Dauid, & regnauit E-
zechias filius eius pro eo.

CAPVT XVII.

1. ANno duodecimo A-
chaz regis Iuda, regna-
uit Oſee filius Ela in
Samaria ſuper Iſrael
nouem annis. 2. Fecitque malum
coram Domino: ſed non ſicut re-
ges Iſrael, qui ante eum fuerant. 3.
Contra hunc aſcendit Salmana-
ſar rex Aſſyriorum, & factus eſt ei
Oſee ſeruus, reddebatq; illi tribu-
ta. 4. Cumque deprehendiſſet rex
Aſſyriorum Oſee, quod rebellare
nitens miſiſſet nuncios ad Sua re-
gem AEgypti, ne præſtaret tribu-
ta regi Aſſyriorum ſicut ſingulis
annis ſolitus erat, obſedit eum, &
vinctum miſit in carcerem. 5. Per-
uagatuſq; eſt omnem terram: &
aſcendens Samariam, obſedit eam
tribus annis. 6. Anno autem nono
Oſee, cepit rex Aſſyriorum Sama-
riam, & trãſtulit Iſrael in Aſſyrios:
poſuitq; eos in Hala, & in Habor
iuxta fluuium Gozan, in ciuitati-
bus Medorũ. 7. Factum eſt enim,
cùm peccaſſent filij Iſrael Domi-
no Deo ſuo, qui eduxerat eos de
Terra AEgypti, de manu Pharao-
nis regis AEgypti, coluerunt deos
alienos. 8. Et ambulauerunt iuxta
ritum Gentium, quas conſumpſe-
rat Dominus in conſpectu filiorũ
Iſrael, & regum Iſrael: quia ſimili-
ter fecerant. 9. Et offenderunt filij
Iſrael verbis non rectis Dominum

tauerunt in eis. 19. Humiliauerat
enim Dominus Iudam propter A-
chaz regem Iuda, eo quod nudaſ-
ſet eum auxilio, & contemptui ha-
buiſſet Dominum. 20. Adduxitq;
contra eum Thelgathphalnaſar
regem Aſſyriorum, qui & afflixit
eum, & nullo reſiſtente vaſtauit.
21. Igitur Achaz ſpoliata domo
Domini, & domo regum, ac prin-
cipum, dedit regi Aſſyriorum mu-
nera, & tamen nihil ei profuit. 22.
Inſuper & tempore anguſtiæ ſuæ
auxit contemptum in Dominum,
ipſe per ſe rex Achaz, 23. immola-
uit diis Damaſci victimas percuſ-
ſoribus ſuis, & dixit: Dij regũ Sy-
riç auxiliantur eis, quos ego placa-
bo hoſtiis, & aderunt mihi, cum e-
contrario ipſi fuerint ruinæ ei, &
vniuerſo Iſrael. 24. Direptis itaq;
Achaz omnibus vaſis domus Dei,
atq; confractis, clauſit ianuas tem-
pli Dei, & fecit ſibi altaria in vni-
uerſis angulis Ieruſalem. 25. In o-
mnibus quoq; vrbibus Iuda extru-
xit aras ad cremandum thus, atq;
ad iracundiam prouocauit Domi-
num Deum patrum ſuorum. 26.
Reliqua autem ſermonum eius, &
omnium operum ſuorum priorũ
& nouiſſimorum ſcripta ſunt in li-
bro regum Iuda & Iſrael. 27. Dor-
miuitq; Achaz cũ patribus ſuis, &
ſepelierunt eum in ciuitate Ieruſa-
lem: neq; enim receperunt eum
in ſepulchra regum Iſrael. Regna-
uitq; Ezechias filius eius pro eo.

Deum ſuum: & ædificauerunt ſibi excelſa in cunctis vrbibus ſuis à
Turre cuſtodum vſq; ad ciuitatem munitam. 10. Feceruntq; ſibi ſta-
tuas, & lucos in omni colle ſublimi, & ſubter omne lignum nemoro-
ſum: 11. & adolebant ibi incenſum ſuper aras in more Gentium, quas
tranſtu-

tranſtulerat Dominus à facie eorum: feceruntq; verba peſsima irri-
tantes Dominum. 12. & coluerunt immunditias, de quibus præcepit
eis Dominus ne facerent verbum hoc. 13. Et teſtificatus eſt Dominus
in Iſrael & in Iuda per manum omnium Prophetarum & Videntium,
dicens: Reuertimini à viis veſtris peſsimis, & cuſtodite pręcepta mea,
& ceremonias iuxta omnem legem, quam præcepi patribus veſtris:
& ſicut miſi ad vos in manu ſeruorum meorum Prophetarũ. 14. Qui
nõ audierunt, ſed indurauerunt ceruicem ſuam iuxta ceruicẽ patrum
ſuorũ, qui noluerunt obedire Dño Deo ſuo. 15. Et abiecerunt legiti-
ma eius, & pactum, quod pepigit cũ patribus eorũ, & teſtificationes, qui-
bus conteſtatus eſt eos: ſecutiq; ſunt vanitates, & vanè egerunt: & ſe-
cuti ſunt Gentes, quæ erant per circuitum eorum, ſuper quibus præcepe-
rat Dominus eis vt nõ facerent ſicut & illę faciebant. 16. Et dereliqueru-
runt omnia præcepta Domini Dei ſui: feceruntq; ſibi conflatiles du-
os vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuerſam militiam cœli: ſeruie-
runtq; Baal, 17. & conſecrauerunt filios ſuos, & filias ſuas per ignem:
& diuinationibus inſeruiebant, & auguriis: & tradiderunt ſe vt face-
rent malum coram Domino, vt irritarent eum. 18. iratuſq; eſt Domi-
nus vehementer Iſraeli, & abſtulit eos à conſpectu ſuo, & non reman-
ſit niſi tribus Iuda tãtummodo. 19. Sed nec ipſe Iuda cuſtodiuit man-
data Domini Dei ſui: verùm ambulauit in erroribus Iſrael, quos ope-
ratus fuerat. 20. Proiecitq; Dominus omne ſemen Iſrael, & afflixit e-
os, & tradidit eos in manu diripientium, donec proijceret eos à facie
ſua: 21. ex eo iam tempore, quo ſciſſus eſt Iſrael à domo Dauid, & con-
ſtituerunt ſibi regem Ieroboam filium Nabat: ſeparauit enim Ierobo-
am Iſrael à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum. 22. Et
ambulauerunt filij Iſrael in vniuerſis peccatis Ieroboam quæ fecerat:
& non receſſerunt ab eis, 23. vſquequo Dominus auferret Iſrael à fa-
cie ſua, ſicut locutus fuerat in manu omnium ſeruorum ſuorum Pro-
phetarum: translatuſq; eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios, vſq; in diem
hanc. 24. Adduxit autem rex Aſſyriorum de Babylone, & de Cutha,
& de Auah, & de Emath, & de Sepharuaim: & collocauit eos in ciui-
tatibus Samariæ pro filiis Iſrael: qui poſſederunt Samariã, & habita-
uerunt in vrbibus eius. 25. Cumq; ibi habitare cœpiſſent, non time-
bant Dominum: & immiſit in eos Dominus leones, qui interficiebãt
eos. 26. Nunciatumq; eſt regi Aſſyriorum, & dictum: Gentes, quas
tranſtuliſti, & habitare feciſti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legiti-
ma Dei terræ: & immiſit in eos Dominus leones, & ecce interficiunt
eos, eo quod ignorent ritum Dei terræ. 27. Præcepit autem rex Aſſy-
riorum, dicens: Ducite illuc vnum de ſacerdotibus, quos inde capti-
uos adduxiſtis, & vadat, & habitet cum eis: & doceat eos legitima Dei
terræ. 28. Igitur cum veniſſet vnus de ſacerdotibus his, qui captiui du-
cti fuerant de Samaria, habitauit in Bethel, & docebat eos quomodo
colerent

colerent Dominum. 29. Et vnaquæq; Gens fabricata eſt deum ſuum:
poſuerũtq; eos in fanis excelſis, quæ fecerant Samaritæ, Gens & Gens
in vrbibus ſuis, in quibus habitabat. 30. Viri enim Babylonij fecerunt
Sochotbenoth: viri autem Chutæi fecerunt Nergel: & viri de Emath
fecerunt Aſima. 31. Porro Heuæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi
autem, qui erant de Sepharuaim, comburebant filios ſuos igni, Adra-
melech & Anamelech diis Sepharuaim, 32. & nihilominus colebant
Dominũ. Fecerunt autem ſibi de nouiſsimis ſacerdotes excelſorum,
& ponebant eos in fanis ſublimibus. 33. Et cùm Dominum colerent,
diis quoq; ſuis ſeruiebant iuxta conſuetudinem Gentium, de quibus
tranſlati fuerant Samariam: 34. vſq; in præſentẽ diem morem ſequũ-
tur antiquum: non timent Dominum, neq; cuſtodiunt ceremonias
eius, iudicia, & legem, & mandatum, quod præceperat Dominus filiis
Iacob, quem cognominauit Iſrael: 35. & percuſſerat cum eis pactum,
& mandauerat eis, dicens: Nolite timere deos alienos, & non adoretis
eos, neq; colatis eos, & non immoletis eis: 36. Sed Dominum Deum
veſtrum, qui eduxit vos de Terra Aegypti in fortitudine magna, & in
brachio extento, ipſum timete, & illum adorate, & ipſi immolate. 37.
Ceremonias quoq;, & iudicia, & legem, & mandatum, quod ſcripſit
vobis, cuſtodite vt faciatis cunctis diebus: & non timeatis deos alie-
nos. 38. Et pactum, quod percuſsit vobiſcum, nolite obliuiſci: nec co-
latis deos alienos, 39. ſed Dominum Deum veſtrum timete, & ipſe e-
ruet vos de manu omnium inimicorum veſtrorum. 40. Illi verò non
audierunt, ſed iuxta conſuetudinem ſuam priſtinam perpetrabãt. 41.
Fuerunt igitur Gentes iſtæ timentes quidem Dominum, ſed nihilo-
minùs & idolis ſuis ſeruientes: nam & filij eorum, & nepotes, ſicut fe-
cerunt patres ſui, ita faciunt vſq; in præſentem diem.

COMMENTARIVS.

DVODECIMVS REX

IVDAE,	ISRAELIS,
ACHAZ.	OSEE.

Fllius hic ſuperioris, annos regnauit *16* cum eodem Phacee & ipſius ſucceſſore, eodemq; vltimo Rege Jſraelis Oſee.

Fuit *A*chaz iſte impius: vnde magnis cladibus fuit à Phacee affectus. *A*b eodem & *S*yriæ Rege Raſin, Hieroſolymis obſeſſus fuit: conſeruatus tamen *I*ſaiæ cap. *7*. auxilium petijt ab Aſſyriorum Rege Theglatphalaſſar, qui Damaſcum cepit, & pleroſque in Cyrenem, vti prædixerat Amos cap. *1*. abduxit. Eſt hæc non verſus Æthiopiam, vt f. *8*. ait Genebrardus, ſed alia ab ea, quæ in Africa, de qua Act. 2. Nam & Joſeph. l. *9*. c. *13*. dicit in ſuperiorẽ Mediam Damaſcenos tranſlatos & Pſ. 16. c. *2*. in Media Carnã ponit, quæ ad vocem à Chaldæo Amos *1*. v. *5*. poſitum proxime accedit: ſicuti & Cyrene ad eam Hebraicam, quæ hic.

Nõ eſt verò ipſe ductus Damaſcum, vti verba quæ *2*. Par. c. *28*. de præda agũt, innuere videntur: ſed ſponte, honoris ergo, vt Theglatphalaſarem coleret; eò ſeſe contulit. & inde Jdolorum formas nouas Hieroſolymam inuexit: omniaque Vriæ ſacerdoti fieri præcepit, c. *16*. 2. Paral. 28.

Dicitur vero hic v. *3*. filium per ignem tranſtuliſſe. *I*d enim Gentilibus duplici ratione vſitatũ erat. primo, vt omnino comburerentur filij: ſecundo, vt gna-

ti igne

ū igne expiarentur, vti docet Plutarch. lib. de ſuperſtitione, & patet Leuit. 18. & 20. Pſal. 15. Sed vtro modo filios per ignem Achaz traduxerit, quæſtio eſt. Ioſephus lib. 10. ait priore, vti & Manaſſes poſtea c. 21. v. 6. fecit. Alij poſteriore modo, vt innuit Procopius, qui addit, ſuo tempore fuiſſe iſtiuſmodi adhuc in Oriente conſuetudinem, vt in plateis ignes excitarentur, & adoleſcentiores per eos ſaltarent: infantuli vero per eos à parentibus traducerentur, expiationis cuiuſdam cauſa, quemadmodum etiam hodie alicubi, licet aliam ob cauſam, fit ipſo veſpere Natiuitatis S. Joan. Bapt. hinc dies S. Ioan. Bapt. vocatur in Maximi canone λαμπὰς, & πυρκαϊάς, quæ aut ipſo die, aut in vigilia fiunt: quas etiam hodie à Mahometanis in Africa, more à Chriſtianis accepto vigere teſtatur Leo in ſua Africa. & eas vetaſſe videtur omnino canon. 65. in Trul. citat enim exemplum Manaſſe.

Ex hoc tempore ſubdiderunt ſe Iudæ reges Aſſyriæ Regibus, de quibus notanda hæc. Quatuor paſſim ab omnibus Monarchiæ ſtatuuntur; adeoq; ab ipſo Daniele, c. 2. Earum prima, dici ſolet, vel præciſe Aſſyriorum, aut Chaldæorũ: vel Aſſyriorum, & Chaldæorum. Primas enim monarchiæ huius partes tenuerunt Aſſyrij: poſtremas Chaldæi, ſeu Babylonij, vt infra patebit. Illorum regia ſedes fuit vrbs illa nobiliſſima, quæ ab exteris ſcriptoribus Ninus, à ſacris Niniue appellatur: horum vero Babylon. Illi temporibus antiquiſſimis, iam inde à Belo & Nino Regibus, de quibus dixi Geneſ. c. 10. regnarunt, eorumq; ſeries & nomina tradita ſunt à Cteſia, vt ait Photius, ab Euſebio Chron. & alijs. Sed an ea omnia certa ſint, & vtrum ante iſta Oziæ Regis, & Achaz tempora, ſuum illi imperium in occidentem cis Euphratem protulerint, controuerſatur. Genebrard. f. 64. argumentis vndecim vtitur: in quibus etſi q̃dam minus proba; illud tamen probabile omnino, ante iſtam ætatẽ, non fuiſſe tantas Aſſyriorum opes, tantumq; imperium, quantum à pleriſq; iactatur: magnum tamen, ſub quo etiam reges illi fuerint, de quibus Gen. 14. vti monet Ioſephus.

Ex hiſce vero Aſſyriis, quorum potentia & imperium dilatatum; in hiſce Regum libris proferũtur hi quinq;. Phul. c. 15. v. 19. Theglat-phalaſar. eod. c. 25. v. 29. Salmanaſar c. 17. v. 3. Senna cherib. c. 18. v. 13. Aſar haddon c. 19. v. vult. conſule D. Hier. in c. 36. Jſai.

De quorum ſingulis antequam dicam, operę fuerit precium notare, Regum iſtorum & Chaldæorum nomina, vel ſimplicia eſſe vt Phul, ſed rarius; vel compoſita, vt cetera quatuor. & componuntur è ſimplicibus duobus tribus, ſummum quatuor. Videri hoc poteſt in breuicula iſta Synopſi ex Scaligero l. 6. de emend. temp. f. 276.

1. Aſſyriorũ quædam ſimplicia.	2. Chaldæorum.	
1. Adar.	1. Adan.	17. Nit.
2. Aſar.	2. Bel.	18. Ochri vel Achri.
3. Atzer vel Etzer.	3. Belti.	19. Pad.
4. Ballat.	4. Chad.	20. Pal.
5. Cuſchan.	5. Chren.	21. Phil.
6. Haddon vel Caddon.	6. Dach.	22. Retzar idẽ cum 16.
7. Herib. vel Cherib.	7. Schevvil vel Chevvil.	23. Schadrach.
8. Neſchroch.	8. Lebo.	24. Scheſch.
9. Oſen vel Oſn vel Aſen	9. Letzar.	25. Scheſach.
10. Phar.	10. Meltzar.	26. Schetzar.
11. Phul.	11. Mero.	27. Zar.
12. Schadran.	12. Meſchach.	
13. Schalman.	13. Nebo. idem cum 8.	
14. Schar.	14. Nego.	
15. Sen, San.	15. Nergal.	
16. Theglath.	16. Netzar. idem cum 9.	

Ex

Ex his vt dixi, conſtant alia. Nam verbi cauſa, Theglathphalaſar iunctum eſt ex *Aſſyriorum 16.11.2.* Nabuchodonoſor ex Chaldæorum 13.4.16. ſicque alia, licet paululum interdum à Græcis & Latinis immutentur, vt in iſto Nabuchodonoſor, vides pro Nabucadnetzar.

Primus ille Phul putatur à Genebrar. l. cit. Naboneſſar, de quo in ſua ſyntaxi Ptolemæus, vti poſtea explicabitur. ſed Phul Aſſyrius fuit, Naboneſſar Chaldæus, vti vel ſolum nomen indicat, quod eſt ex 13. & 16. Chaldaico: *Iſte* à Joſepho l. 9. ſcribitur veniſſe, vt Samariæ bellum inferret: à Manahemo tamen Jſraelis rege pecunia placatum receſſiſſe, ſed vt c. 15. v. 19. 20. ſignificat; videtur quaſi à Manohemo ad regnum, quod Tyrannice occuparat; firmandum vocatus eſſet, eamq; ob cauſam ei quotannis mille talentorum, non tam tributum, (cum illi ſubditus non eſſet) quam fœderis & operæ mercedem penderet. fieri tamen potuit, quemadmodum monet Abul. q. 24. vt initio bellaturus contra Iſraelem venerit: ſed fœdus poſtea initum ſit, vt annuum iſtud argentum penderet: ipſe vero ei, ſi opus foret; auxilium ferret. Vt illam verò pecuniam acciperet, veniebat in Jſraelis domum quotannis, vel ipſemet, vel per eos, quos mittebat.

Secundus verò Theglathphalaſſar, malè Zonaræ Theglapharaſſar eodem c. v. 29. iam infeſtis armis venit, primusque è 10. tribubus quam plurimos in Aſſyriam tranſtulit. Sunt enim harum tribuum tranſmigrationes ſeu captiuitates tres. prima, hæc. de qua Geneb. f. 83. ſecunda, Salmanaſariana c. 17. v. 3. ſub initium regni Oſeæ Iſraelis, quem ſibi ſubditum & tributarium reddidit: Licet non diſerte ſignificetur in textu aliquos tum abduxiſſe, eſt tamen ex orientis Regũ iſtorum conſuetudine veriſimile, qui è ſubactis populis ſi non omnes, multos certè alio transferebãt. vti de Pœonib. Mileſiis, Bethriis refert Herod. itaq; iam factum ſentiunt in Seder. c. 22. Rabini & Genebr. f. 83. tertia, etiam Salmanaſariana c. 17. v. 6. c. 18. v. 10.

Eidem Theglathphalaſari ſeruum etiam ſeſe dedit Iudæ Rex Achaz. c. 16. v. 7. De tribus Aſſyriis reliquis infra ſuo loco.

Et obſeruandum Vriæ Pontificis exemplum, etſi nõ infidelis, nimium tamẽ infideli regi obſequi & placere volentis, vt ait quæſt. 12. Abul. Nicephor. Conſtantinop. ait, fuiſſe Iſaiæ familiarem; vt videatur nouo cum rege Ezechia, nouum animum induiſſe. idq;, vt exiſtimari poteſt, Iſaia hortante & admonente; alio nomine dicitur Amarias, & Azarias, de quo Iſ. 8. & 1. Par. 9. 1. Eſ. 7. & 8.

Muſach verò v. 18. eſt R. Salomone interprete ſolium opertũ, in quo Sabbati feſtiſq; diebus ſtabant in templo reges, vt cap. 23. v. 3. vbi gradus vocatur. Iun. Tegmen erat paratum pro cuſtodibus templi, qui ſingulis ſabbatis functiones ſuas obibant per vices. Eſt autẽ ſynecdoche pro eo quod eſt; occluſit ſeras templi Iehouæ. 2. Par. 28. 24.

Statuit horologium ſciotericum, de quo cap. 20. & Iſaiæ 28. multo ante Anaximenem, quem Plinius lib. 2. c. 76. ait primum horologia iſtiuſmodi oſtendiſſe. Vide Clauium Gnomon l. 1. f. 7.

Floruit verò circa Olympiadem 50. Nunc igitur de Olympiadibus, vti ſupra recepi.

DE OLYMPIADIBVS,

& de connexione omnis generis hiſtoriarum cum ſacra hiſtoria.

1. Ante Olympiadum initium, nihil in hiſtoriis prophanis certi vſquam eſt, vti fatentur Varro, Cenſorius lib. de nat. Diodorus initio Bibliothecæ, Plutarchus in Theſeo & Numa, Ptolemæus l. 3. Almageſti.

2. Earum

2. Earum perutilis eſt cognitio, vt cum ſacris hiſtoriis aptè poſſint exoticæ connecti. Ad hoc tamen neceſſarium eſt, vt vbi illarum principium incipiat, ſeu cum quo ſacrorum Bibliorum tempore cohæreat; intelligatur; De quo ſententiæ pluſculæ ſunt.

Prima. Pererij.l.4.Phyſ.c.3.& in Daniel.l.11.q.2.in Achazi 8.annum incidere primum annum primæ olympiadis.

Secunda. Carrionis,& aliorum,in 2.Iothami.

Tertia.Euſebij chron.in 50.annum Oziæ Regis.

Diſſenſionis cauſa è duobus maxime capitibus oritur. Vnum eſt. quiſnam primus Cyri annus ſit, quo ſoluta captiuitas Babylonica, & de eo dicam Eſdræ 1.Alterum eſt,annorum,qui Iudæ & Iſraelis Regibus tribuuntur,putatio.Nam Pererius l.cit.ab 8.Achaz vsq; ad Sedeciæ vltimum numerat annos 146.ego non plures 139. Nam quos ſcriptura nominat Regum annos,eos ipſe plenos & ſolidos ſemper accipit; cum tamen ſæpe ſequentis annus primus includatur in præcedentis anno vltimo.& quidem ſimul interdum regnent,vt Pater & filius, quemadmodum ſup.dixi,& in meo Coſmochroniſmo explicaui.

Ego igitur Olympiadum initium, ſeu quod idem valet, primum Iphiti annum ſtatuo in Oziæ anno 47. qui eſt mundi 3382.

3. Cognito iſto Olympiadum initio, ſtatim multa & antecedentia & conſequentia cognoſci poſſunt.

1. Si ab Olympiadis primæ anno primo,datis annis addas annos 405.habebis annum excidij Troiæ.de quo tantũ inter veteres certamen. Vide Scal.l.5.f.206.

2. Si ijſdem annis addas 1020.habebis annum diluuij Ogygiani.Pent.l.m.

3. Si ab ijſdem annis demas 23. annos, exiſtet annus Romæ conditæ. Nam, Varrone autore, condita eſt vrbs Palilibus,quæ proxime annum quartum Olympiadis ſextæ anteceſſerunt.Scal.f.2.3 i Calendis Martiis, quæ incurrerunt in nouilunium proximum ab æquinoctio, anno 23. Olympiadico ad finem decurrente. trib.menſib.ante ineuntem annum quartum Olympiadis ſextæ. qui incidit in Achazi regis annum tertium.

4. Si ab ijſdem annis Olympiadicis demas 2[illegible] annos, exiſtet annus Nabonaſſari.de quo infra. Eius enim primus incidit in Olympiadis octauæ annum ſecũdum,ſeu in annum Olympiadicum trigeſimum,Achazi nonum.Scalig.l.5.f.215. Chriſtmannus de cõnex.ann.f.27 .& ſeq. ex hoc anno, inquit l.3. Ptol.c.8.priſcæ habentur Aſtrologicæ obſeruationes.

5. Si ab ijſdem annis auferas 152.annos, exiſtent anni Nabonaſſari, de quo etiam infrà. Nam Nabopollaſſari annus quintus fuit Nabonaſſari annus 127.ideoq; eiuſdem Nabopollaſſari primus, fuit eiuſdẽ Nabonaſſari 123. Scal.ib.f.218

CAPVT XVIII.

1. ANno tertio Oſee filij Ela regis Iſrael, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. 2. Vigintiquinq; annorũ erat, cùm regnare cœpiſſet: & vigintinouem annis regnauit in Ieruſalẽ: nomen matris eius Abi filia Zachariæ. 3. Fecitq; quod erat bonum coram Dño,iuxta omnia quę fecerat David

CAPVT XXIX.

1 IGitur Ezechias regnare cœpit, cum vigintiquinq; eſſet annorũ, & vigintinouẽ annis regnauit in Ieruſalẽ: nomen matris eius Abia,filia Zachariæ.2. Fecitq; quod erat placitum in cõſpectu Domini iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius.3.Ipſe anno, & menſe primo regni ſui aperuit

uid pater eius. 4. Ipſe diſsipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitque ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes: ſiquidem vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum: vocauitque nomen eius Noheſtan. 5. In Domino Deo Iſrael ſperauit: itaq; poſt eum non fuit ſimilis ei de cunctis regibus Iuda, ſed neque in his, qui ante eum fuerunt: 6. & adhæſit Domino, & nō receſsit à veſtigiis eius, fecitque mandata eius, quæ præceperat Dominus Moyſi. 7. Vnde & erat Dominus cum eo, & in cunctis, ad quæ præcedebat, ſapienter ſe agebat. Rebellauit quoq; contra regem Aſſyriorum, & non ſeruiuit ei. 8. Ipſe percuſsit Philiſthæos vſq; ad Gazam, & omnes terminos eorum, à Turre cuſtodum vſq; ad ciuitatē munitā. 9. Anno quarto regis Ezechię, qui erat annus ſeptimus Oſee filij Ela regis Iſrael, aſcendit Salmanaſar rex Aſſyriorum in Samariam, & oppugnauit eam, 10. & cœpit. Nam poſt annos tres, anno ſexto Ezechię, id eſt nono anno Oſee regis Iſrael, capta eſt Samaria: 11. & tranſtulit rex Aſſyriorum Iſráel in Aſſyrios, collocauitque eos in Hala, & in Habor fluuiis Gazon in ciuitatibus Medorum: 12. quia non audierunt vocem Domini Dei ſui, ſed prætergreſsi ſunt pactum eius: omnia, quæ pręceperat Moyſes ſeruus Domini, non audierunt, neque fecerunt. 13. Anno quartodecimo regis Ezechiæ, aſcēdit Sennacherib rex Aſſyriorū ad vniuerſas ciuitates Iuda munitas: & cepit eas. 14. Tunc miſit Eze-

ruit valuas domus Domini, & inſtaurauit eas. 4. adduxitq; Sacerdotes atq; Leuitas, & congregauit eos in plateam Orientalem. 5. Dixitq; ad eos: Audite me Leuitæ, & ſanctificamini, mundate domum Domini Dei patrum veſtrorum, & auferte omnem immunditiam de ſanctuario. 6. Peccauerunt patres noſtri, & fecerunt malum in conſpectu Domini Dei noſtri, derelinquentes eum: auerterunt faciem ſuā à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorſum. 7. Clauſerunt oſtia, quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas, incenſumq; nō adoleuerunt, & holocauſta nō obtulerunt in ſanctuario Deo Iſrael. 8. Concitatus eſt itaq; furor Domini ſuper Iudam & Ieruſalem, tradiditque eos in commotionem, & in interitum, & in ſibilum, ſicut ipſi cernitis oculis veſtris. 9. En, corruerunt patres noſtri gladiis, filij noſtri, & filiæ noſtræ, & coniuges captiuæ ductæ ſunt propter hoc ſcelus. 10. Nunc ergo placet mihi vt ineamus fœdus cum Domino Deo Iſrael, & auertet à nobis furorem iræ ſuæ. 11. Filij mei nolite negligere: vos elegit Dominus vt ſtetis coram eo, & miniſtretis illi, colatiſque eum, & crémetis ei incenſum. 12. Surrexerunt ergo Leuitę: Mahat filius Amaſai, & Ioel filius Azarię de filiis Caath: Porro de filiis Merari, Cis filius Abdi, & Azarias filius Ialaleel. De filiis autem Gerſom, Ioah filius Zemma, & Eden filius Ioah. 13. At vero de filiis Eliſaphan, Samri, & Iahiel. De filiis quoque Aſaph, Zacharias, & Mathanias: 14. Necnon

Ezechias rex Iuda nuncios ad regẽ
Aſſyriorum in Lachis, dicens: Pec-
caui, recede à me: & omne, quod
impoſueris mihi, feram. Indixit i-
taq; rex Aſſyriorum Ezechiæ regi
Iudæ trecenta talenta argenti, &
triginta talenta auri. 15. Deditque
Ezechias omne argentum quod
repertum fuerat in domo Domi-
ni, & in theſauris regis. 16. In tem-
pore illo confregit Ezechias val-
uas templi Domini, & laminas au-
ri, quas ipſe affixerat, & dedit eas
regi Aſſyriorum. 17. Miſit autem
rex Aſſyriorũ Tharthan, & Rab-
ſaris & Rabſacen de Lachis ad re-
gem Ezechiam cum manu valida
Ieruſalem: qui cùm aſcendiſſent,
venerunt Ieruſalem, & ſteterunt
iuxta aquæ ductum piſcinæ ſupe-
rioris, quæ eſt in via Agrifullonis.
18. Vocaueruntque regem: egreſ-
ſus eſt autem ad eos Eliacim filius
Helciæ præpoſitus domus, & So-
bna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph
à commentariis. 19. Dixitque ad
eos Rabſaces: Loquimini Eze-
chiæ: Hæc dicit rex magnus, rex
Aſſyriorum: Quæ eſt iſta fiducia,
qua niteris? 20. Forſitan iniſti cõ-
ſilium, vt præpares te ad prælium.
In quo confidis, vt audeas rebella-
re? 21. an ſperas in baculo arundi-
neo atq; confracto AEgypto, ſu-
per quem, ſi incubuerit homo,
comminutus ingredietur manũ
eius, & perforabit eam? ſic eſt Pha-
raon rex AEgypti omnibus, qui
confidunt in ſe. 22. Quod ſi dixe-
ritis mihi: in Domino Deo noſtro
habemus fiduciam: nonne iſte eſt,
cuius abſtulit Ezechias excelſa &
altaria: & præcepit Iudæ & Ieru-
ſalem:

non de filiis Heman, Iahiel, & Se-
mei: Sed & de filiis Idithun, Se-
meias, & Oziel. 15. Congregaue-
runtq; fratres ſuos, & ſanctificati
ſunt, & ingreſſi ſunt iuxta manda-
tum regis & imperium Domini,
vt expiarent domum Dei. 16. Sa-
cerdotes quoq; ingreſſi templum
Domini vt ſanctificarent illud, ex-
tulerunt omnem immunditiam,
quam intro repererant in veſtibu-
lo domus Domini, quam tulerũt
Leuitæ, & aſportauerunt ad Tor-
rentẽ Cedron foras. 17. Cœperũt
autẽ prima die menſis primi mun-
dare, & in die octauo eiuſdem mẽ-
ſis ingreſſi ſunt porticum templi
Domini, expiaueruntq; templum
diebus octo, & in die ſextadecima
menſis eiuſdem, quod cœperant
impleuerunt. 18. ingreſſi quoque
ſunt ad Ezechiam regem, & dixe-
runt ei: Sanctificauimus omnem
domum Domini, & altare holo-
cauſti, vaſaq; eius, necnon & men-
ſam propoſitionis cum omnibus
vaſis ſuis, 19. cunctamque templi
ſupellectilem, quam polluerat rex
Achaz in regno ſuo, poſtquam
præuaricatus eſt: & ecce expoſita
ſunt omnia coram altare Domi-
ni. 20. Conſurgenſque diluculo
Ezechias rex, adunauit omnes
principes ciuitatis, & aſcendit in
domum Domini: 21. obtulerunt-
que ſimul tauros ſeptem, & arietes
ſeptem, agnos ſeptẽ, & hircos ſe-
ptem pro peccato, pro regno, pro
ſanctuario, pro Iuda: dixitq; ſacer-
dotibus filiis Aaron vt offerrẽt ſu-
per altare Dñi. 22. Mactauerũt igi-
tur tauros, & ſuſceperunt ſangui-
nem ſacerdotes, & fuderunt illum

ſalem: Ante altare hoc adorabi-
tis in Ieruſalem? 23. Nunc igitur
tranſite ad dominum meum re-
gem Aſſyriorum, & dabo vobis
duo millia equorum, & videte an
habere valeatis aſcenſores eorum.
24. Et quo modo poteſtis reſiſte-
re ante vnum ſatrapam de ſeruis
domini mei minimis? An fidu-
ciam habes in AEgypto propter
currus & equites? 25. Numquid
ſine Domini voluntate aſcendi ad
locum iſtum, vt demolirer eum?
Dominus dixit mihi: Aſcende ad
terram hanc, & demolire eam. 26.
Dixerunt autẽ Eliacim filius Hel-
ciæ, & Sobna, & Ioahæ Rabſaci:
Precamur vt loquaris nobis ſeruis
tuis Syriacè: ſiquidem intelligi-
mus hanc linguam: & non loqua-
ris nobis Iudaicè, audiente popu-
lo, qui eſt ſuper murum. 27. Re-
ſponditque eis Rabſaces, dicens:
Numquid ad dominum tuum, &
ad te miſit me dominus meus, vt
loquerer ſermones hos, & nõ po-
tiùs ad viros, qui ſedent ſuper mu-
rum, vt comedant ſtercora ſua, &
bibant vrinam ſuam vobiſcum?
28. Stetit itaque Rabſaces, & ex-
clamauit voce magna Iudaicè, &
ait: Audite verba regis magni, re-
gis Aſſyriorum. 29. Hæc dicit
rex: Non vos ſeducat Ezechias:
non enim poterit eruere vos de
manu mea. 30. Neque fiduciam
vobis tribuat ſuper Dominum,
dicens: Eruens liberabit nos Do-
minus, & non tradetur ciuitas
hæc in manu regis Aſſyriorum.
31. Nolite audire Ezechiam. Hæc
enim dicit rex Aſſyriorum: Faci-
te mecum quod vobis eſt vtile, &
egre-

ſuper altare, mactauerunt etiam
arietes, & illorum ſanguinem ſu-
per altare fuderunt, immolauerũt-
que agnos, & fuderunt ſuper alta-
re ſanguinem. 23. Applicuerunt
hircos pro peccato coram rege,
& vniuerſa multitudine, impoſue-
runtque manus ſuas ſuper eos: 24.
& immolauerunt illos Sacerdo-
tes, & aſperſerunt ſanguinem eo-
rum coram altare pro piaculo vni-
uerſi Iſraelis: pro omni quippe Iſ-
rael præceperat rex vt holocauſtũ
fieret & pro peccato. 25. Cõſtituit
quoque Leuitas in domo Domini
cum cymbalis, & pſalteriis, & ci-
tharis ſecundum diſpoſitionẽ Da-
uid regis, & Gad Videntis, & Na-
than prophetæ: ſiquidem Domi-
ni præceptum fuit per manũ pro-
phetarum eius. 26. Steteruntque
Leuitæ tenentes organa Dauid, &
Sacerdotes tubas. 27. Et iuſsit E-
zechias vt offerrent holocauſta
ſuper altare: cumque offerrentur
holocauſta, cœperunt laudes ca-
nere Domino, & clangere tubis,
atq; in diuerſis organis, quæ Da-
uid rex Iſrael præparauerat, con-
crepare. 28. Omni aũt turba ado-
rante, cantores, & ij, qui tenebant
tubas, erant in officio ſuo donec
cõpleretur holocauſtũ. 29. Cum-
que finita eſſet oblatio, incuruatus
eſt rex, & omnes qui erant cum
eo, & adorauerunt. 30. Præcepit-
que Ezechias, & principes Leuitis
vt laudarent Dominum ſermoni-
bus Dauid, & Aſaph Videntis:
qui laudauerunt eum magna læ-
titia, & incuruato genu adoraue-
runt. 31. Ezechias autẽ & hæc ad-
didit impleſtis manus veſtras Do-
mino,

egredimini ad me: & comedet v-
nuſquiſque de vinea ſua, & de ficu
ſua: & bibetis aquas de ciſternis
veſtris, 32. donec veniam & tranſ-
feram vos in terram, quæ ſimilis
eſt terræ veſtræ, in terram fructi-
feram, & fertilem vini, terram pa-
nis & vinearum, terram oliuarum,
& olei ac mellis, & viuetis, & non
moriemini. Nolite audire Eze-
chiam, qui vos decipit, dicens:
Dominus liberabit nos. 33. Num-
quid liberauerũt dij Gentium ter-
ram ſuam de manu regis Aſſyrio-
rum? 34. Vbi eſt Deus Emath, &
Arphad? vbi eſt Deus Sepharua-
im, Ana, & Aua? numquid libera-
uerunt Samariam de manu mea?
35. Quinam illi ſunt in vniuerſis
dijs terrarum, qui eruerunt regio-
nem ſuam de manu mea, vt poſsit
eruere Dominus Ieruſalẽ de ma-
nu mea? 36. Tacuit itaq; populus,
& non reſpondit ei quidquam: ſi-
quidem præceptum regis accepe-
rant vt non reſponderent ei. 37.
Venitque Eliacim filius Helchiæ,
præpoſitus domus, & Sobna ſcri-
ba, & Ioahæ filius Aſaph à com-
mentariis ad Ezechiam ſciſsis ve-
ſtibus, & nunciauerunt ei verba
Rabſacis.

CAPVT XIX.

1. QVAE cùm audiſſet
Ezechias rex, ſcidit
veſtimenta ſua, & o-
pertus eſt ſacco, in-
greſſuſque eſt domum Domini.
2. Et miſit Eliacim præpoſitum
domus, & Sobnam ſcribam, &
ſenes de ſacerdotibus opertos ſac-
cis, ad Iſaiam Prophetam filium
Amos.

mino, accedite, & offerte victimas,
& laudes in domo Domini. Obtu-
lit ergo vniuerſa multitudo hoſti-
as, & laudes, & holocauſta mente
deuota. 32. Porro numerus holo-
cauſtorũ, quæ obtulit multitudo,
hic fuit, Tauros ſeptuaginta, arie-
tes centum, agnos ducentos. 33.
Sanctificaueruntq; Domino bo-
ues ſexcentos, & oues tria millia.
34. Sacerdotes vero pauci erant,
nec poterãt ſufficere vt pelles ho-
locauſtorum detraherent: vnde
& Leuitæ fratres eorum adiuue-
runt eos, donec impleretur opus,
& ſanctificarentur antiſtites: Le-
uitæ quippe faciliori ritu ſanctifi-
cantur, quàm Sacerdotes. 35. Fue-
runt ergo holocauſta plurima, a-
dipes pacificorũ, & libamina ho-
locauſtorũ: & completus eſt cul-
tus domus Domini. 36. Lætatuſq;
eſt Ezechias, & omnis populus eo
quod miniſterium Domini eſſet
expletum. De repente quippe hoc
fieri placuerat.

CAPVT XXX.

1. MIſit quoq; Ezechias
ad omnem Iſrael &
Iudã: ſcripſitq; epi-
ſtolas ad Ephraim &
Manaſſen vt venirent ad domum
Domini in Ieruſalem, & facerent
Phaſe Dño Deo Iſrael. 2. Inito er-
go cõſilio regis & principũ, & vni-
uerſi cœtus Ieruſalem, decreuerũt
vt facerent Phaſe menſe ſecundo.
3. Non enim potuerant facere in
tempore ſuo, quia ſacerdotes, qui
poſſent ſufficere, ſanctificati non
fuerant, & populus nondum con-
gregatus fuerat in Ieruſalem. 4.

Amos. 3. Qui dixerunt: Hæc di-
cit Ezechias: Dies tribulationis,
& increpationis, & blaſphemiæ
dies iſte: venerunt filij vſq; ad par-
tum, & vires non habet parturi-
ens. 4. Si fortè audiat Dominus
Deus tuus vniuerſa verba Rab-
ſacis, quem miſit rex Aſſyriorum
Dominus ſuus, vt exprobraret
Deum viuentem, & argueret ver-
bis, quæ audiuit Dominus Deus
tuus: & fac orationem pro reli-
quiis, quæ repertæ ſunt. 5. Vene-
runt ergo ſerui regis Ezechię ad I-
ſaiam. 6. Dixitq; eis Iſaias: Hæc di-
cit Dominus: Noli timere à facie
ſermonũ, quos audiſti, quibus bla-
ſphemauerũt pueri regis Aſſyrio-
rum me. 7. Ecce, ego immittam ei
ſpiritum, & audiet nuncium, & re-
uertetur in terram ſuam, & deijci-
am eum gladio in terra ſua. 8. Re-
uerſus eſt ergo Rabſaces, & inue-
nit regem Aſſyriorum expugnan-
tem Lobnam: Audierat n. quòd
receſsiſſet de Lachis. 9. Cumq; au-
diſſet de Tharaca rege Æthiopię,
dicentes: Ecce, egreſſus eſt vt pu-
gnet aduerſum te: & iter contra e-
um, miſit nuncios ad Ezechiam,
dicens: 10. Hæc dicite Ezechiæ re-
gi Iuda: Non te ſeducat Deus tu-
us, in quo habes fiduciam: neque
dicas: Non tradetur Ieruſalem in
manus regis Aſſyriorum. 11. Tu
enim ipſe audiſti quæ fecerunt re-
ges Aſſyriorum vniuerſis terris,
quo modo vaſtauerunt eas: num
ergo ſolus poteris liberari? 12.
Numquid liberauerunt dij Gen-
tium ſingulos, quos vaſtauerunt
patres mei, Gozan videlicet, &
Haran, & Reſeph, & filios Eden,
qui

Placuitque ſermo regi, & omni
multitudini. 5. Et decreuerunt vt
mitterent nuncios in vniuerſum
Iſrael de Berſabee vſq; Dan, vt ve-
nirent, & facerent Phaſe Domino
Deo Iſrael in Ieruſalem: multi e-
nim non fecerant ſicut lege præ-
ſcriptum eſt. 6. Perrexeruntq; cur-
ſores cũ epiſtolis ex regis imperio,
& principum eius, in vniuerſum
Iſrael & Iudam, iuxta id, quod rex
iuſſerat, prędicantes: Filij Iſrael re-
uertimini ad Dominum Deum
Abraham, & Iſaac, & Iſrael: & re-
uertetur ad reliquias, quæ effuge-
runt manum regis Aſſyriorum. 7.
Nolite fieri ſicut patres veſtri, &
fratres qui receſſerunt à Domino
Deo patrum ſuorùm, qui tradidit
eos in interitum, vt ipſi cernitis. 8.
Nolite indurare ceruices veſtras,
ſicut patres veſtri: tradite manus
Domino, & venite ad ſanctuari-
um eius, quod ſanctificauit in æ-
ternum: ſeruite Domino Deo
patrum veſtrorum, & auertetur à
vobis ira furoris eius. 9. Si enim
vos reuerſi fueritis ad Dominum:
fratres veſtri, & filij habebunt mi-
ſericordiam coram dominis ſuis,
qui illos duxerunt captiuos, &
reuertentur in terram hanc: pius
enim & clemens eſt Dominus
Deus veſter, & non auertet fa-
ciem ſuam à vobis, ſi reuerſi fue-
ritis ad eum. 10. Igitur curſo-
res pergebant velociter de ciui-
tate in ciuitatem per terram E-
phraim, & Manaſſe vſque ad Za-
bulon, illis irridentibus & ſubſan-
nantibus eos. 11. Attamen qui-
dam viri ex Aſer, & Manaſſe, &
Zabulon acquieſcentes conſilio,
vene-

qui erant in Thelaſſar? 13. Vbi eſt rex Emath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sephatuaim, Ana, & Aua. 14. Itaque cum accepiſſet Ezechias litteras de manu nunciorum, & legiſſet eas, aſcendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, 15. & orauit in conſpectu eius, dicens: Domine Deus Iſrael, qui ſedes ſuper cherubim, tu es Deus ſolus regum omnium terræ: tu feciſti cælum & terram. 16. Inclina aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide: audi omnia verba Sennacherib, qui miſit vt exprobraret nobis Deum viuentem. 17. Vere Domine diſſipauerũt Reges Aſsyriorũ Gentes, & terras omnium. 18. Et miſerunt deos eorum in ignem: non enim erant dij, ſed opera manuum hominum ex ligno & lapide, & perdiderunt eos. 19. Nunc igitur Domine Deus noſter, ſaluos nos fac de manu eius, vt ſciant omnia regna terræ, quia tu es Dominus Deus ſolus. 20. Miſit autem Iſaias filius Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Quæ deprecatus es me ſuper Sennacherib regе Aſsyriorum, audiui. 21. Iſte eſt ſermo, quem locutus eſt Dominus de eo: Spreuit te, & ſubſannauit te virgo filia Siõ: poſt tergum tuum caput mouit, filia Ieruſalem. 22. Cui exprobraſti, & quem blaſphemaſti? contra quem exaltaſti vocem tuam, & eleuaſti in excelſum oculos tuos? contra ſanctum Iſrael. 23. Per manum ſeruo-

venerũt Ieruſalem. 12. In Iuda vero facta eſt manus Domini vt daret eis cor vnum, vt facerent iuxta præceptum regis, & principum verbum Domini. 13. Congregatique ſunt in Ieruſalẽ populi multi vt facerent ſollemnitatem azymorum, in menſe ſecundo: 14. & ſurgentes deſtruxerunt altaria, q̃ erãt in Ieruſalem, atque vniuerſa, in quibus, idolis adolebatur incenſum, ſubuertentes, proiecerũt in Torrentem cedron. 15. Immolauerunt autem Phaſe quartadecima die menſis ſecundi. Sacerdotes quoq;, atq; Leuitæ tandem ſanctificati obtulerũt holocauſta in domo Domini: 16. Steteruntq; in ordine ſuo iuxta diſpoſitionẽ, & legem Moyſi hominis Dei: Sacerdotes vero ſuſcipiebant effundendum ſanguinem de manibus Leuitarũ, 17. eo quod multa turba ſanctificata nõ eſſet: & idcirco immolarent Leuitę Phaſe his, q non occurrerãt ſanctificari Domino. 18. Magna etiã pars populi de Ephraim, & Manaſſe, & Iſſachar, & Zabulon, quę ſanctificata nõ fuerat, comedit Phaſe, nõ iuxta quod ſcriptũ eſt: & orauit pro eis Ezechias, dicens: Dominus bonus ꝓpitiabitur 19. cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deũ patrum ſuorum: & nõ imputabit eis ꝙ minus ſanctificati ſunt. 20. Quẽ exaudiuit Dominus, & placatus eſt populo. 21. Feceruntq; filij Iſrael, qui inuẽti ſunt in Ieruſalem, ſollemnitatem azymorũ ſeptẽ diebus in lætitia magna, laudãtes Dominum ꝑ ſingulos dies;

ſeruorum tuorum exprobraſti
Domino, & dixiſti: In multitudi-
ne curruum meorum aſcendi ex-
celſa montium in ſummitate Li-
bani, & ſuccidi ſublimes cedros
eius, & electas abietes illius. Et
ingreſſus ſum vſque ad terminos
eius, & ſaltum Carmeli eius 24.
ego ſuccidi. Et bibi aquas alienas,
& ſiccaui veſtigiis pedum meo-
rum omnes aquas clauſas. 25. Nū-
quid nō audiſti quid ab initio fe-
cerim? Ex diebus antiq̄s plaſmaui
illud, & nunc adduxi: eruntque in
ruinam collium pugnantium ci-
uitates munitæ. 26. Et qui ſedent
in eis, humiles manu, contremue-
runt & confuſi ſunt, facti ſunt ve-
lut fœnum agri, & virens herba
tectorum, quæ areſacta eſt ante-
quam veniret ad maturitatem.
27. Habitaculum tuum, & egreſ-
ſum tuum, & introitum tuum, &
viam tuam ego præſciui, & furo-
rem tuum contra me. 28. Inſaniſti
in me, & ſuperbia tua aſcendit in
aures meas: ponam itaque circu-
lum in naribus tuis, & camum
in labiis tuis, & reducam te in
viam, per quam veniſti. 29. Ti-
bi autem Ezechia hoc erit ſi-
gnum: Comede hoc anno quæ
repereris: in ſecundo autem an-
no, quæ ſponte naſcuntur: porro
in tertio anno ſeminate & metite:
plantate vineas, & comedite fru-
ctum earum. 30. Et quodcumque
reliquum fuerit de domo Iuda,
mittet radicem deorſum, & faciet
fructum ſurſum. 31. De Ieruſa-
lem quippe egredientur reli-
quiæ, & quod ſaluetur de monte
Sion:

Leuitæ quoque, & Sacerdotes per
organa, quæ ſuo officio congruē-
bāt. 22. Et locutus eſt Ezechias ad
cor omnium Leuitarum, qui ha-
bebant intelligētiam bonam ſu-
per Domino: & comederūt ſeptē
diebus ſollemnitatis, immolan-
tes victimas pacificorum, & lau-
dātes Dominum Deum patrum
ſuorum. 23. Placuitque vniuerſæ
multitudini vt celebrarent etiam
alios dies ſeptem: quod & fecerūt
cum ingenti gaudio. 24. Ezechias
enim rex Iuda præbuerat multi-
tudini mille tauros, & ſeptē mil-
lia ouiū: principes vero dederant
populo tauros mille, & oues decē
millia: ſanctificata eſt ergo ſacer-
dotum plurima multitudo. 25. Et
hilaritate perfuſa omnis turba Iu-
da tam Sacerdotum & Leuitarū,
quam vniuerſæ frequentiæ, quæ
venerat ex Iſrael, proſelytorum
quoque de Terra Iſrael, & habitā-
tium in Iuda. 26. Factaq; eſt gran-
dis celebritas in Ieruſalem, qualis
à diebus Salomonis filij Dauid re-
gis Iſrael in ea vrbe non fuerat. 27.
Surrexerūt autem Sacerdotes at-
que Leuitæ benedicentes popu-
lo: & exaudita eſt vox eorum: per-
uenitque oratio in habitaculum
ſanctum cæli.

CAPVT XXXI.

1 CVmq; hæc fuiſſent ri-
te celebrata, egreſſus
eſt omnis *Iſrael*, q̄ in-
uētus fuerat in vrbib.
Iuda, & fregerunt ſimulacra, ſuc-
ciderunt que lucos, demoliti ſunt
excelſa, & altaria deſtruxerunt,
non

Sion: zelus Domini exercituum
faciet hoc, 32. Quam ob rem hæc
dicit Dominus de rege Aſsyrio-
rum. Non ingredietur vrbē hanc,
nec mittet in eam ſagittam, nec
occupabit eam clypeus, nec cir-
cumdabit eam munitio. 33. Per
viam, qua venit, reuertetur: & ci-
uitatem hanc non ingredietur,
dicit Dominus. 34. Protegamque
vrbem hanc, & ſaluabo eam pro-
pter me, & propter Dauid ſeruum
meum. 35. Factum eſt igitur in
nocte illa, venit Angelus Domi-
ni, & percuſſit in caſtris Aſsyriorū
centum octogintaquinq; millia.
Cumq; diluculo ſurrexiſſet, vidit
omnia corpora mortuorum: &
recedens abiit, 36. & reuerſus eſt
Sennacherib rex Aſsyriorum, &
manſit in Niniue. 37. Cumq; ad-
oraret in tēplo Neſroch deū ſuū,
Adramelech & Saraſar filij eius p-
cuſſerunt eum gladio, fugeruntq;
in terram Armeniorū, & regnauit
Aſarhaddon filius eius pro eo.

CAPVT XX.

1. IN diebus illis ægrotauit
Ezechias vſq; ad mortē:
& venit ad eū Iſaias filius
Amos, propheta, dixitque ei: Hęc
dicit Dominus Deus: Pręcipe do-
mui tuæ: morieris.n. tu, & non vi-
ues. 2. Qui cōuertit faciē ſuam ad
parietem, & orauit Dominū, di-
cens: 3. Obſecro Domine, memē-
to q̄ſo quomodo ambulauerim
coram te in veritate, & in corde
perfecto, & quod placitum eſt
coram te, fecerim. Fleuit itaque
Ezechias fletu magno. 4. Et an-
tequam

non ſolum de vniuerſo Iuda &
Beniamin, ſed & de Ephraim quo-
que & Manaſſe, donec penitus e-
uerterent: reuerſique ſunt omnes
filij Iſrael in poſſeſſiones & ciui-
tates ſuas. 2. Ezechias autem con-
ſtituit turmas Sacerdotales, & Le-
uiticas per diuiſiones ſuas, vnum-
quemque in officio proprio, tam
Sacerdotum videlicet quam Le-
uitarum ad holocauſta, & pacifi-
ca vt miniſtrarent & confiteren-
tur, canerentque in portis caſtro-
rum Domini. 3. Pars autem regis
erat, vt de propria eius ſubſtantia
offerretur holocauſtum, mane
ſemper & veſpere. Sabbatis quo-
que, & Calendis, & ſollemnitati-
bus ceteris, ſicut ſcriptum eſt in
lege Moyſi. 4. Præcepit etiam po-
pulo habitantium Ieruſalem vt
darent partes Sacerdotibus, & Le-
uitis, vt poſſent vacare legi Domi-
ni. 5. Quod cum percrebuiſſet in
auribus multitudinis, plurimas
obtulere primitias filij Iſrael fru-
menti, vini, & olei, mellis quoq;:
& omnium quæ gignit humus,
decimas obtulerunt. 6. Sed & fi-
lij Iſrael & Iuda, qui habitabant in
vrbibus Iuda, obtulerunt deci-
mas boum & ouium, decimas-
que ſanctorum, quæ vouerant
Domino Deo ſuo: atque vniuerſa
portantes, fecerunt aceruos plu-
rimos. 7. Menſe tertio cœperunt
aceruorum iacere fundamenta,
& menſe ſeptimo compleuerunt
eos. 9. Cumque ingreſſi fuiſſent
Ezechias, & principes eius, vide-
runt aceruos, & benedixerūt Do-
mino

tequam egrederetur Iſaias mediã
partem atrij, factus eſt ſermo Do-
mini ad eum, dicens: 5. Reuerte-
re, & dic Ezechiæ duci populi
mei: Hæc dicit Dominus Deus
Dauid patris tui: Audiui orationẽ
tuam, & vidi lacrymas tuas: & ec-
ce ſanaui te, die tertio aſcendes
templum Domini. 6. Et addam
diebus tuis quindecim annos: ſed
& de manu regis Aſsyriorum li-
berabo te, & ciuitatem hanc, &
protegam vrbem iſtam propter
me, & propter Dauid ſeruum
meum. 7. Dixitq; Iſaias: Afferte
maſſam ficorum. Quam cum at-
tuliſſent, & poſuiſſet ſuper hulcus
eius, curatus eſt. 8. Dixerat autem
Ezechias ad Iſaiam: Quod erit ſi-
gnum, quia Dominus me ſanabit,
& quia aſcenſurus ſum die tertia
templum Domini? 9. Cui ait Iſa-
ias: Hoc erit ſignum à Domino,
quod facturus ſit Dominus ſer-
monem, quem locutus eſt: Vis vt
aſcendat vmbra decem lineis, an
vt reuertatur totidem gradibus?
10. Et ait Ezechias: Facile eſt, vm-
bram creſcere decẽ lineis: ne hoc
volo vt fiat, ſed vt reuertatur re-
trorſum decẽ gradibus. 11. Inuo-
cauit itaq; Iſaias propheta Domi-
num, & reduxit vmbrã per lineas,
quibus iam deſcenderat in horo-
logio Achaz, retrorſum decem
gradibus. 12. In tempore illo miſit
Berodach Baladan, filius Baladã,
rex Babyloniorum litteras & mu-
nera ad Ezechiam: audierat enim
quod ægrotaſſet Ezechias. 13. Læ-
tatus eſt autem in aduentu eo-
rum Ezechias, & oſtendit ei do-
mum

mino ac populo Iſrael. 9. Interro-
gauitque Ezechias Sacerdotes, &
Leuitas cur ita iacerent aceruі. 10.
Reſpondit illi Azarias Sacerdos
primus de ſtirpe Sadoc, dicẽs: Ex
quo cœperunt offerri primitiæ in
domo Domini, comedimus, &
ſaturati ſumus, & remanſerũt plu-
rima, eo ꝙ benedixerit Dominus
populo ſuo: reliquiarum autem
copia eſt iſta, quam cernis. 11. Præ-
cepit igitur Ezechias vt præpara-
rent horrea in domo Domini.
Quod cum feciſſent, 12. intulerũt
tam primitias, quam decimas, &
quæcumque vouerant, fideliter.
Fuit autẽ præfectus eorum Cho-
nenias Leuita, & Semei frater e-
ius, ſecundus, 13. poſt quẽ Iahiel, &
Azarias, & Nahath, & Aſael, & Ie-
rimoth, Iozabad quoque, & Eliel,
& Ieſmachias, & Mahath, & Ba-
naias, ꝓpoſiti ſub manibus Cho-
neniæ, & Semei fratris eius, ex
imperio Ezechiæ regis & Azariæ
pontificis domus Dei, ad quos o-
mnia pertinebant. 14. Core verò
filius Iemna Leuites & ianitor O-
rientalis portæ, præpoſitus erat
iis, quæ ſponte offerebantur Do-
mino, primitiiſque & conſecra-
tis in Sancta ſanctorum. 15. Et ſub
cura eius Eden, & Beniamin, Ie-
ſue, & Semeias, Amarias quoque
& Sechenias in ciuitatibus Sacer-
dotum vt fideliter diſtribuerent
fratribus ſuis partes, minoribus
atq; maioribus: 16. exceptis mari-
bus ab annis tribus & ſupra, cun-
ctis qui ingrediebãtur templum
Domini, & quidquid per ſingulos
dies cõducebat in miniſterio, at-
que

mum aromatum, & aurum & ar-
gentum, & pigmenta varia, vn-
guenta quoque, & domum vaſo-
rum ſuorum, & omnia quæ ha-
bere poterat in theſauris ſuis. Nō
fuit quod non monſtraret eis E-
zechias in domo ſua, & in omni
poteſtate ſua. 14. Venit autem I-
ſaias propheta ad regem Ezechiā,
dixitque ei: Quid dixerunt viri i-
ſti? aut vnde venerunt ad te? Cui
ait Ezechias: De terra longinqua
venerunt ad me de Babylone. 15.
At ille reſpondit: Quid viderunt
in domo tua? Ait Ezechias: Om-
nia quæcunq; ſunt in domo mea.
viderunt: nihil eſt quod non mō-
ſtrauerim eis in theſauris meis. 16.
Dixit itaque Iſaias Ezechiæ: Audi
ſermonem Domini: 17. Ecce dies
venient, & auferentur omnia,
quæ ſunt in domo tua, & quæ
condiderunt patres tui vſque in
diem hanc, in Babylonem: non
remanebit quidquam, ait Do-
minus. 18. Sed & de filiis tuis qui
egredientur ex te, quos genera-
bis, tollentur, & erunt eunuchi in
palatio regis Babylonis. 19. Dixit
Ezechias ad Iſaiam: Bonus ſer-
mo Domini, quem locutus es:
ſit pax & veritas in diebus meis
20. Reliqua autem ſermonum E-
zechiæ, & omnis fortitudo eius,
& quomodo fecerit piſcinam, &
aquæ ductum, & introduxerit a-
quas in ciuitatem, nonne hæc ſcri-
pta ſunt in Libro ſermonum die-
rum regum Iuda? 21. Dormiuit-
que Ezechias cum patribus ſuis,
& regnauit Manaſſes filius eius
pro eo.

que obſeruationibus iuxta diui-
ſiones ſuas, 17. Sacerdotibus per
familias, & Leuitis à vigeſimo an-
no & ſupra, per ordines & turmas
ſuas, 18. vniuerſęq; multitudini tā
vxoribus, quam liberis eorum v-
triuſq; ſexus, fideliter cibi de his, q̄
ſanctificata fuerant, præbebātur.
Sed & filiorum Aaron per agros,
& ſuburbana vrbium ſingularum
diſpoſiti erant viri, qui partes diſ-
tribuerent vniuerſo ſexui maſcu-
lino de Sacerdotibus, & Leuitis.
20. Fecit ergo Ezechias vniuerſa
quæ diximus in omni Iuda ope-
ratuſque eſt bonum & rectum, &
verum coram Domino Deo ſuo
21. in vniuerſa cultura miniſterij
domus Domini, iuxta legem &
ceremonias, volēs requirere Deū
ſuum in toto corde ſuo: fecitque
& proſperatus eſt.

CAP. XXXII.

1. POſt quæ & huiuſce-
modi veritatem, ve-
nit Sennacherib rex
Aſſyriorū, & ingreſ-
ſus Iudā, obſedit ciuitates muni-
tas, volens eas capere. 2. Quod cū
vidiſſet Ezechias, veniſſe ſcil. Sen-
nacherib, & totum belli impetum
verti contra Ieruſalem, 3. inito cū
principibus conſilio, viriſq; for-
tiſſimis vt obturarent capita fon-
tium, qui erāt extra vrbem: & hoc
omnium decernente ſentētia, 4.
congregauit plurimam multitu-
dinem, & obturauerunt cunctos
fontes, & riuū, qui fluebat in me-
dio terræ, dicentes: Ne veniāt re-
ges Aſſyriorū, & inueniant aqua-
rum

rum abundantiam. 5. Ædificauit quoque, agens induſtrie, omnem
murum, qui fuerat diſſipatus, & extruxit turres deſuper, & forinſe-
cus alterum murum: inſtaurauitq; Mello in Ciuitate Dauid, & fecit
vniuerſi generis armaturam & clypeos: 6. conſtituitq; principes bel-
latorum in exercitu: & conuocauit vniuerſos in platea portæ ciuita-
tis, ac locutus eſt ad cor eorum dicens: 7. Viriliter agite, & conforta-
mini: nolite timere, nec paueatis regem Aſsyriorum, & vniuerſam
multitudinem, quæ eſt cum eo: multo enim plures nobiſcum ſunt,
quam cum illo. 8. Cum illo enim eſt brachium carneum: nobiſcum
Dominus Deus noſter, qui auxiliator eſt noſter, pugnatq; ꝓ nobis.
Confortatusq; eſt populus huiuſcemodi verbis Ezechiæ regis Iuda.
9. Quæ poſtquam geſta ſunt, miſit Señacherib rex Aſsyriorū ſeruos
ſuos in Ieruſalem (ipſe enim cū vniuerſo exercitu obſidebat Lachis)
ad Ezechiam regem Iuda, & ad omnem populum, qui erat in vrbe,
dicens: 10. Hæc dicit Sennacherib rex Aſsyriorum: In quo habentes
fiduciā ſedetis obſeſſi in Ieruſalem? 11. Num Ezechias decipit vos, vt
tradat morti in fame & ſiti, affirmans quod Dominus Deus veſter li-
beret vos de manu regis Aſsyriorū? 12. Nūquid non iſte eſt Ezechias,
qui deſtruxit excelſa illius, & altaria, & præcepit Iuda & Ieruſalē, di-
cens: Coram altari vno adorabitis, & in ipſo cōburetis incenſum? 13.
An ignoratis quę ego fecerim, & patres mei cunctis terrarū populis?
numquid præualuerunt dij gentium, omniumq; terrarum liberare
regionem ſuam de manu mea? 14. Quis eſt de vniuerſis diis gentium
quas vaſtauerunt patres mei, qui potuerit eruere populum ſuum de
manu mea, vt poſſit etiam Deus veſter eruere vos de hac manu? 15.
Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana perſuaſione deludat, ne-
que credatis ei. Si enim nullus potuit Deus cunctarum gentium at-
que regnorum liberare populum ſuum de manu mea, & de manu
patrum meorum, conſequenter nec Deus veſter poterit eruere vos
de manu mea. 16. Sed & alia multa locuti ſunt ſerui eius contra Do-
minum Deum, & contra Ezechiam ſeruum eius. 17. epiſtolas quoq;
ſcripſit plenas blaſphemiæ in Dominum Deum Iſrael, & locutus eſt
aduerſus eum: Sicut dij gentium ceterarum non potuerunt liberare
populum ſuum de manu mea, ſic & Deus Ezechiæ eruere non po-
terit populum ſuum de manu iſta. 18. Inſuper & clamore magno,
lingua Iudaica contra populum, qui ſedebat in muris Ieruſalem,
perſonabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatem. 19. Locutusque eſt
contra Deum Ieruſalem, ſicut aduerſum deos populorum terræ, o-
pera manuum hominum. 20. Orauerunt igitur Ezechias rex, & Iſa-
ias filius Amos prophetes, aduerſum hanc blaſphemiā, ac vociferati
ſunt vſque in cælum. 21. Et miſit Dominus Angelum, qui percuſſit
omnem virum robuſtum, & bellatorem, & principem exercitus
regis

regis Aſſyriorum: reuerſuſque eſt cum ignominia in terram ſuam.
Cumq; ingreſſus eſſet domum Dei ſui, filij qui egreſsi fuerant de verto
eius interfecerunt eum gladio. 22. Saluauitq; Dominus Ezechiam &
habitatores Ieruſalem de manu Sennacherib regis Aſsyriorum, &
de manu omnium, & præſtitit eis quietem per circuitum. 23. Multi
etiam deferebant hoſtias, & ſacrificia Domino in Ieruſalem, & mune-
ra Ezechiæ regi Iuda: qui exaltatus eſt poſt hæc coram cunctis genti-
bus. 24. In diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem, & orauit
Dominum: exaudiuitq; eum, & dedit ei ſignum. 25. Sed non iuxta be-
neficia, quæ acceperat, retribuit, quia eleuatum eſt cor eius: & facta eſt
contra eum ira, & contra Iudam & Ieruſalem. 26. Humiliatuſque eſt
poſtea, eo quod exaltatum fuiſſet cor eius, tam ipſe, quam habitatores
Ieruſalem: & idcirco non venit ſuper eos ira Domini in dieb. Ezechiæ
27. Fuit autem Ezechias diues, & inclytus valde, & theſauros ſibi plu-
rimos congregauit argenti & auri & lapidis pretioſi, aromatũ & ar-
morum vniuerſi generis, & vaſorum magni pretij. Apothecas quo-
que frumenti, vini, & olei, & præſepia omniũ iumentorum, caulaſque
pecorum, 29. & vrbes ædificauit ſibi: habebat quippe greges ouium,
& armentorum innumerabiles, eo quod dediſſet ei Dominus ſubſtan-
tiam multam nimis. 30. Ipſe eſt Ezechias, qui obturauit ſuperiorem
fontem aquarum Gihon, & auertit eas ſubter ad Occidentem Vrbis
Dauid: in omnibus operibus ſuis fecit proſpere quæ voluit. 31. Atta-
men in legatione principum Babylonis, qui miſsi fuerant ad eum, vt
interrogarent de portento, quod acciderat ſuper terram, dereliquit
eum Deus vt tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in corde
eius. 32. Reliqua autem ſermonum Ezechiæ, & miſericordiarum eius
ſcripta ſunt in viſione Iſaiæ filij Amos prophetæ, & in libro regum Iu-
da & Iſrael. 33. Dormiuitque Ezechias cum patribus ſuis, & ſepelie-
runt eum ſuper ſepulchra filiorum Dauid: & celebrauit eius exequias
vniuerſus Iuda, & omnes habitatores Ieruſalem: regnauitque Manaſ-
ſes filius eius pro eo.

COMMENTARIVS.

DECIMVSTERTIVS REX IVDAE

EZECHIAS.

REgnauit annos *29.* & quidem priores ſex cum eodem vltimo rege Iſraelis. Nam tertio anno Ezechiæ obſeſſa fuit à Salmanaſare Aſſyrio vrbs Samaria, & ſexto anno capta.

Eſt vero Salmanaſar, tertius Aſſyriorum Rex, vt ſupra dixi: eum aſtrologi Prutenici (contra quos *Scaliger* l.*3*.l.*5*.pag.*286*. ſcribit) eundem eſſe putant, qui à Ptolemæo Nabonaſar vocatur. Sed vt ex nominum tabula ſupra explicata liquet, Salmanaſar non Babylonis, ſed Niniuæ rex fuit; contra vero Nabonaſar non Niniuæ, ſed Babylonis. & quidem ita; vt licet in extremis duabus ſyllabis latine conuenire videantur, Hebraicè tamen non conueniant. Nam Aſſyriorum ſecundus differt à Chaldæorum decimo. Nec tempora de quibus Ptole-

mæus, congruunt. Euſebius chr. eundem cum Senacheribo facit, contra ſcripturam clariſſime. Cedrenus f.88. cum Sardanapalo: & ineptiſſime tradit eum eſſe patrem Nabuchodonoſoris.

Hoc igitur tempore translatæ ſunt è terra promiſſionis decem tribus Iſrael; ita vt ſola Judæ tribus cum adiuncta Beniamin remaneret, Eſdræ.1.& 4. D. Auguſtin.18. Geneſ. cap.24. duæ tribus, ait, nomine Judæ vocabantur. LXX. in illud cap.17. verſ.18. non remanſit niſi tribus Iuda: tantummodo vſi ſunt ſuperlatiuo μονωτάτη. quo etiam Theocritus dixit Adonin μονώτατον, de quo Lipſ.l.1. de Cruce cap.5. Annot. vide orationem de bello Turcico. D. Hier. in Iſa.c.5. quoniam (ait) ab Iſrael vituli colebantur, propterea ab Aſſyriis primum capta eſt Samaria, & multo poſt tempore Judas à Chaldæis ductus eſt in Babylonem, quia minora peccauerat. vnde & in Ezechiele cap.4. ad vtriuſque populi peccata purganda Iſrael in ſiniſtro latere ponuntur juxta LXX. dies 190. ſiue vt verius in Hebraico continetur, dies 390: Iuda autem 40. dies. hoc (ait) ideo dico, vt comparatione Iſrael, id eſt decem tribuum, amabilem atque dilectum oſtendam Iudam, in quo erant ſacerdotes, & Leuitæ, & dei religio.

Translatæ vero ſunt ad Colchos & Iberos, vt Hebræa hic verba ſubnotare Scaligero videntur: cum tamen Latinus textus c.18.v.11. vocet Hala, & Haba: fluuios Gozan, & Græci ἐν ἑλαά, καὶ ἐν ἀβὼρ ποταμοῖς. & ſubditur de vrbibus Medorum.

Fluuius vero Gozan quis? ad Colchos tamen pertinuiſſe argumentatur etiam Mercator ex circumciſione, quã habuerunt, & vti videtur, à Judæis didicerunt, non ab Ægyptiis: quemadmodũ putat l.2. Diod. Tharg. cant.5. v.4. dicit duas tribus Gad, & Ruben, & dimidiam Manaſſę translatas in Lachlach, & Chabor fluuios Cozan, & abſtuliſſe vitulum aureum è Paneade. R. Moſes Ben-Naaman flumen Gozan videtur ponere in Media, aut Meſopotamia, & ait eſſe fluuium Sabbaticum. vide Galat.l.11.cap.9. Gen.f.150.

Ego, ait Genebrardus, puto veterẽ Tartariam eſſe ad deſertum Belgiam in Orientis ſeptentrionalis angulo, è qua illi ſub annũ Chriſti 1200. Duce Cignis erũpentes, cum antea ignoti eſſent, & loco & nomine, imperiũ Chan Tartarorum, quod hodie memoratur, conſtituerunt. Nam in Hebræorum annalibus apud R. Salomonem in 27. Eſaiæ, decem tribus in Oriente fuerunt perditæ, facile amplexæ ſunt Mahometiſmum; quod iam ab æuo circumciderentur, & corrupta quadam Moſaicæ religionis ſpecie tinctæ eſſent.

Cauſa tranſmigrationis diligenter notanda cap.17.

In horum locum miſit populos alios ipſe Salmanaſar, non Babylone (cum eius rex non eſſet) ſed è Babylonia regione, cuius partem occuparat; Deinde Sennacherib & Azaraddon. Sed cum diuino cultui terram mancipatam tenerent, neq; Deum colerent, immiſſi ſunt in eos diuino iuſſu & voluntate leones, à quibus dilacerarentur. Atque hi ſunt qui Joannis 4. & in Euangelijs vocantur Samaritani, ob regionem, vt c.17.v.41. & 4. Eſd.c.1. dicitur, in quam venerant, & ob ex gentiliſmo & Judaiſmo mixtam religionem.

Circumciſionem accipiebant, ſolos Moyſis libros admittebant. Iidemque vocantur à Judæis, & apud Epiphanium hæreſi 8. Cuthæi. Dum Judæorum res florerent ipſi ſe Judæos, & eorum fratres nuncupabunt: dum premerentur, aduerſarios, vt ait Joſephus, l. antiq.12. cap.7. vide Hier. ep. ad Agl.

Cum vero leonum tunc feritas cõquierit, num putandũ, Deo miſcellam quãdam ex Catholiciſmo & hęreſi religionẽ placere? Ita pleriq; hoc tempore o[illegible] inãtur, ad quos, fieri ſi poteſt; ſanãdos tota meæ de ſymbolo Athanaſiano diſputationis, pars ſecunda refert. Et Deus hoc loco non religionum confuſionem. ſed aliquam ſaltem ſui ipſius diuini cultus partem poſtliminio reuocatam

proba-

probauit. Peruanos hiſce Samaritis conſimiles oſtendit Joſephus Acoſta l. primo de procur. ſal. Indorum capit. 14. 15. de Samaritis his videatur Epiphanius l. primo, Iuſtinian. & Baron. t. 7. anno 530. Philaſtrius initio ſuarum hæreſum.

In hac ipſa captiuitate ſe abductum profitetur cap. 1. Tobias. Notatu vero non indignum hæretici Chronologi de ſchiſmaticorum & hæreticorum cum decem iſtis tribubus ſimilitudine teſtimonium: Merito, inquit Melanchthonicus ille canon f. 50. nobis hoc exemplum terrorem debet incutere; vt diſcamus timere Deum: Nam ſi peculiari ſuo populo; & poſteris Abrahæ, quibus tam præclaræ promiſſiones contigerant, non pepercit Deus; ſed regnum eorum tam ſubito euertit, & abiecit eos: quis animo tam ſecurus eſt, qui credere poteſt impunè nos euaſuros? Quin vero mea opinione, ea pars Samariæ typum videtur præſeferre Orientalis, & Græcorum Eccleſiæ: quandoquidem vt Iſrael in Samaria abductus per Aſſyrios, nunquam reuerſus eſt: ita & Orientalis Eccleſia per Saracenos, & Turcam prorſus eſt deleta. Et quemadmodum poſtea tribui Iuda accidit, ita valde metuo; ne & hæc pars Occidentalis ſimile quiddam aliquando experiatur. Metuendum ſanè eſt, ne atrocius etiam nobiſcum acturus ſit Deus, ad magnitudinem flagitiorum noſtrorum, dum ſcilicet à vetere ſacroſancta religione, Apoſtolica & Romana Eccleſia tam leuiter diſcedimus, in ipſa diſceſſione tam pertinaciter hæremus: nullis ſynodicorum Canonum decretis, nullis Apoſtolicæ Sedis hortationibus, nullis denique doctiſſimorum hominum diſputationibus & exemplis permouemur. ſed ſola fide, quam tamen nec habemus; contenti, omnem & credendi & viuendi licentiam conſectamur. hæc ibi.

Fuit Ezechias valde pius, religioniſq; contaminationē perpurgauit, ſerpentē à Moyſe Numerorū vigeſimoprimo ædificatū, quia idololatricè iam colebatur confregit. vnde & Hæretici Ophitæ, de quibus Epiphanius & Auguſtinus hæreſi decimaſeptima, damnantur: non autem ſacrarum imaginum cultus, vt hoc etiam loco notat Procopius; docens ab Hebraico ſerpentis huius nomine vocitatos Eſtenos: Philaſtrius vero vocat Ophitas, qui ſerpentem, à quo Eua & Adam decepti, quaſi ſcientiæ omnis auctorem venerabantur hær. 1. de his qui æreum iſtum adorabant, agit Hær. 17. & alias quaſdam eorundem ſuperſtitiones addit.

Iuſta de cauſa ob neceſſitatem, & animo etiam omnia templo reddendi, munera Senacheribo è templo miſit. idque iſto modo fas eſt: Fregit ille pacta, & ipſum Ezechiam intercipere voluit, ſed ſtudio & precibus Iſaiæ prophetæ, ſecus euenit, cuius filium parum conſiderate dicunt nonnulli fuiſſe Rabſacen illum, de quo cap. 18. cum Aſſyrius fuerit, ſciens Hebraice, ſicut & Hebræi, qui ei reſponderunt, Syriace ſciebant.

Ex illius vero copiis deleuit angelus breuiſſimo vnius noctis tempore 185000. Sed vbi hoc factum? Significare videtur lib. 7. Herodotus factum in Ægypto, & de muribus fabulam apponit R. Salomon in Nobe cis Jordanina. Sed Joſephus, Beroſus, Ioan. Orientalis & Midras in pſalm. 22. f. 196. & Abulenſis in obſidione Jeroſolymitana. Beroſus apud Ioſephum peſtilentia iſtos omnes confectos vult. tradunt, inquit D. Hieronym, cap 10. Iſaiæ, Hebræi illæſis veſtibus Aſſyriorum corpora occulto ardore cremata, ſicque lumen Iſraelis, id eſt angelum fuiſſe in igne & flamma, vt ibi ſcribitur. & tradunt iidem de Senacheribi exercitu decem tantum remanſiſſe: vnde ibidem: erit terrore profugus.

Huius hiſtoriæ angelus olim fictus pictuſque fuit, valdeque ſancto Chryſoſtomo placuit, vt ipſemet enarrat orat. Quod vet. & nou. teſtam. vnus legiſ-

lator. ego (ait) ex cera fuſilem picturam pietate plenam amaui. vidi enim angelum in Imagine Barbarorum nubes propulſantem. vidi Barbarorum cohortes conculcatas. quæ verba cum in Synodo 7. Nicæna recitarentur, Joan. Orientalium Dioe. locum tenens dixit actionis coactæ initio. quis eſt iſte angelus, niſi de quo ſcriptum eſt. quia angelus domini &c. eoſdem Aſſyrios alij vino ſepultos, alij luſiſſe affirmant.

Ægrotauit Ezechias vlcere tam graui vt mortem afferret, ſed cum Iſaiæ iuſſu appoſitum eſſet ficuum cataplaſma, conualuit ſupernaturaliter, cum vel ficus obſint, vel certe vt vult cap. trigeſimonono Valleſius, vim quidem aliquam habeant, non tamen tantam; vt potuerit ita ſanus poſt triduum in templum aſcendere.

Fuit Senacherib. quartus Aſſyriorum Rex. qui Eſd. 4. nominatur Aſenaphar. Iſaiæ 20. Sargon. licet vt ſupra ex D. Hieronym. in Iſai. 36. dixi, aliqui diuerſos exiſtiment.

Religionem vt reſtauraret, magnam ſcholarum & librorum cum veterum, tum nouorum curam habuit; vt colligitur ex Prouerbior. 25. Et tradunt in Helec Sanedrim Thalmudici. Vnde fortaſſis tanquam rerum etiam Aſtronomicarum perito datum ſignum in horologio, vt 10. lineis vmbra ſolis retrogrederetur. quod factum vel ſubitò vel pedetentim: ita vt illarum linearum fuerit eo die triplicatum tempus.

Diligenter hoc Solarij oſtentum à Glyca f. 269. explicatur: ſed quod de lineis iſtis dicitur, monuit Hieronym. in Iſaiæ trigeſimũoctauũ Hebraice gradus haberi. vnde aliqui putant ita domus exſtructos gradus arte mechanica; vt per ſingulos vmbra deſcendens horarum ſpatia terminaret: additque: ſolent ſanctorum locorum in hac prouincia monſtratores intra conceptum templi oſtendere gradus domus Ezechiæ, vel Achaz; quod ſol per eos deſcenderit. ſed nunquam ego credam. vide Maiol in diebus canic. colloquio primo, vbi monet non lineas tantum deſcendiſſe, ſed ſolem etiam. ne vero hæc Ezechiæ retroceſſio videatur naturalis, vide P. Clauium cap. 21. l. de Horologijs f. 110. exiſtimat vero Abul. qu. 31. illas potius dimidiarum horarum vel quadrantium fuiſſe lineas quam integrarum horarum.

Quanto vero in Regni principio ſtudio & ardore religionem inſtaurauit, explicatur 2. Paralip. 29. & 30. vbi vides cur Oſee rex Iſraelis vltimus, dicatur hic cap. decimoſeptimo, minus malus, quam alij Iſraelis reges, cum Ezechiæ tabellarios Jeroſolymam ad templum inuitantes non prohibuerit. Vides etiam celeberrimum paſcha, ſed menſe 2. celebratum, cuius rei cauſa ponitur hic ver. 3. & 18.

Sed quonam tempore Ezechias ægrotauit? cenſet Abulenſis ſub Sennacheribi aduentum: Joſephus poſt eiuſdem copias deletas: & rectè. fallitur enim Abul: cum verba capitis 19. v. 29. ita explicat, quaſi triennium poſuerit Sennacherib, antequam Hieroſolymam reuerteretur: cum ea verba tantum ſignificent annum illum Ezechiæ decimumquartum fuiſſe: ſextum ſemitæ, vt Hebræi vocant, ſeu ſabbatiſmi annorum, de quo Exodi. 23. Leuit. 25. Annum vero decimumquintum futurum ipſum Sabbati.

Sed quomodo dicuntur adiecti vitæ ipſius Ezechiæ anni 15? R. ſecundum naturalem conditionem moriturus ea ægritudine fuerat, non autem ſecundum Dei cognitionem, qui iam prouidebat ſe naturali conditioni annos iſtos additurum; ſiue certam quandam valetudinis qualitatem eius corpori dando, ſiue ſymptomata noxia auertendo.

Miraculum iſtud valetudinis & horologij fuit etiam à Chaldæis Babylone obſeruatum; ita vt eius rex, qui Iſaiæ 29. Merodach vocatur, hic cap. 20. Berodach, legatos, gratulationis ergo miſerit.

Pecca-

Peccauit tamen aliquantum Ezechias Paral.32. ingratitudine & ſuperbia quadam oſtendendo legatis non tantum quæ in domo ſua, ſed etiam quæ in omni poteſtate, Iſai.39. & in his fuiſſe templi ſupellectilem & opes ait ibidem Hieronymus & probat iſtas fuiſſe ipſius poteſtatis, quia de templi valuis, auri laminas iam ante tulerat.

DE BABYLONIORVM REGIBVS VSque ad Monarchiam 2.

De eorum nominibus dixi quidem antea: ſed quia in Merodach prima hic eorum mentio; addendum iam, qui & quot fuerint. In ſcriptura iſti nominantur.

I. BEL.

Seu Bal-Adan Iſaiæ cap.39. verſ. 1. vbi, cum Merodachi pater dicatur, ne que aliud repugnet, Patris nomen proprie accipiendum eſt, vt ſit non auus, aut proauus; ſed verus Pater. Temporum vero ratio indicat eum ipſum eſſe, qui à Ptolemæo Nabonaſſar vocatur, & non eſt Phul aut Salmanaſar, vt ſupra diſſerui. multò minus Nabuchodonoſor, de quo infra: Licet iſto eum nomine afficiat Albategnius, Alphonſini, & vetus Almageſte Ptolemæi Latina, quæ Maimonis Arabum Regis iuſſu facta eſt anno Domini 827.

II. MERODACH.

Ponitur Iſaiæ cap. eodem: vbi à Patris nomine dicitur etiam Baladan, & hoc lib. cap. 20. ver. 12. Berodach. Sed huic ſimplici nomini alia duo adiunxit Ptolemæus, vt compoſitum, quo tunc vocabatur ſit Mardoceupadus. Eius regni annus primus eſt Nabonaſſari vigeſimúſſeptimus Ptolemæo auctore, l. 4. cap. 6. Ezechiæ vigeſimusquintus, poſt eius morbum ſeptimus.

Dices; fieri non ſolet, vt tot annis poſt, cuipiam quiſpiam de recuperata valetudine gratuletur. Reſpondeo interdum fieri poſſe, dum cauſa ita faciendi quæpiam eſt. verbi cauſa: ſi Princeps aliquis aliquam alicuius cum alio fœderis occaſionem quærat, poteſt literarum & legationis principium à gratulatione incipere, maxime, ſi magnũ & ad memoriam illuſtre aliquid interueniſſet. Sunt vera iſta hic omnia. Incipiebant Babylonij Reges Aſſyrios debilitare, imperiumque in ſe transferre. Sennacherib. Aſſyrius Iudæo Regi Ezechiæ permoleſtus, infiduſque fuerat. Ezechiam igitur ſibi adiungere nouus Babylonis Rex optabat. legatos miſit. à gratulatione orſus eſt. Hoc ſi minus cuipiam veriſimile videretur, alterutrum dicendum foret; vel 26. ſolidos annos Nabonaſſari tribuendos non eſſe. vel, ſi tribuendi, vt Ptolemæi poſtulat autoritas; Merodachum, viuo adhuc Patre & bellis contra Aſſyrios occupato, legationem iſtam miſiſſe: Ptolemæum vero eos eius annos numerare, quibus Patre iam mortuo ſolus regnauit. Nã ab Ezechiæ morbo ad eius mortem anni ſunt 15. numerandi, hoc lib. c. 20. v. 6. Iſa. 38. v. 6. Qui ſcripſerunt hunc Merodachum in Babyloniæ regnum inuaſiſſe, idque vi occupaſſe, à Pſeudoberoſo & Pſeudophilone decepti ſunt. quaſi nominis ratio ipſum Merodach Babylonium fuiſſe non oſtendat.

III. NABVCHODONOSOR.

Sed is duplex. Vnus de quo in ſcriptura, quod quidem ſciam; nihil: alter de quo & hoc libro à cap. vigeſimoquarto, & in Daniele tam multa. Ille,

huius pater eſt, & à Beroſo apud *Ioſephum* l.10. cap.*11*. f.*312*. vocatur Nabuchodonoſorus, lib.*1*. contra Apionẽ Nabalaſſarus, ab Euſebio & Ptolemęõ Nabopollaſſarus. Cum vero eius annus primus ſit, vt ſupra explicatum, centeſimus vigeſimus tertius Nabonaſſari; patet inter ipſum, & Mardocepadum, Babylonios alios Reges interiectos fuiſſe; licet de eorum nominibus & regnis conticuerit antiquitas. Regnauit, ipſe annos *29*. Beroſo teſte apud *Ioſephum* l.1.cont.Ap.& l.*10*.c.*11*. Nabuchodonoſor verò poſterior, propter rerum ab eo geſtarum magnitudinem Magnus vocari ſolet. eiuſque mentio ex Megaſthene apud Ioſephum l.*11*.c.11. apud Strabonem lib.15. dum ait: Ναυοκοδρόσορον τὸν παρὰ χαλδαίοις ἐνδοκιμήσαντα Ηρακλέυς μᾶλλον, καὶ ἕως ςηλῶν ἐλάσαι.

Regnauit annos 43. Ioſ. cap. 11. lib. 10. anni vero eius numerantur dupliciter. primo à regni Babylonij quod adminiſtrabat principio, quod incidit in quartum Joacimi annum. ſecundo à principio imperij cum tandem Aſſyriorum monarchiam ad ſe transtuliſſet. prior calculus eſt in hiſce Regum & Paralip. libris: poſterior in *Danielis* cap.2. vt ex Hebræis ibi notat D. Hieronym. & copioſe iſta tradit probatque Ribera in cap. 2. Nahum. apud R. Eliezer cap. *49*. ait R. Abahu. Nabuchodonoſorem regnaſſe annos quadraginta quinque, & probat.

IV. EVILMERODACH.

Nabuchodonoſoris Magni filius, de quo huius lib. cap. vltim. & Jerem. *52*. Regnauit auctore quidem Megaſthene apud Joſeph. l. primo contra *Apionem*, & Sulpitio annos 12. ipſo vero Joſepho l.10. cap. *12*. annos 18. Dices Baruch cap. 1. verſ. 11. 12. filius Nabuchodonoſoris vocatur Balthaſar. Reſpondeo potuiſſe aliquem eſſe, qui ante ipſum Nabuchodonoſorem, morte ſit deletus; licet eſſet primogenitus. Deinde fieri poteſt, vt vnus idemque dionymus fuerit, ita vt Euilmerodach fuerit etiam vocatus Balthaſar: maxime antequam regnum iniret, quia tum alia nomina ſumebant.

V. BALTHASAR.

5. In ſcriptura eſt Balthaſar ille, de quo in Daniele. ſed ante ipſum ponuntur duo. Prior eſt, qui à Ioſepho cap. *12*. l. 10. dicitur Nigliſarus Euilmerodachi filius, qui regnauit annos 40. à Megaſthene l.11. contra *Ap*. Nerigliſſoroorus, maritus ſororis Euilmerodachi: qui regnarit annos tantum quatuor. Poſterior eſt huius filius, à Ioſepho dictus Laboſordachus: à Megaſthene Laboroſoardoſtius, qui menſes tantum *9*. regnarit: Balthaſar vero dicitur hebraicè Balſaſſar à Ioſepho l.*1*. Baltaſſarus & Naboandelus, & videtur à Megaſthene ibid. appellari Nadonnidus & Nabonnedus, ab Ieremia cap. 50. Merodach. ab Herod. l.1. Labinytus aut Labinetus. Sunt tamen de hiſce plures difficultates & in Chronologia, & in hiſtoria. de quibus, quoad Eſdræ librum explicem, legatur Pererius l.*6*. in Danielem.

VI. DARIVS.

Medus, qui *Scaligero* videtur eſſe Nadonnidus & Labynitus, de quo iamiam dixi. & poſſet is primus in ſecunda monarchia collocari ex Danielis cap.*5*. verſ.31. cap.*6*. verſ.*1*. &c. niſi Cyrus Perſa Perſicæ Monarchiæ auctor ab omnibus merito ſtatueretur. Sed hæc vt dixi in Eſdra & Daniele.

CAP. XXI.

DVodecim annorum erat Manaſſes cum regnare cœpiſſet, & quinquaginta quinq; annis regna-

CAP. XXXIII.

DVodecim annorũ erat Manaſſes cum regnare cœpiſſet, & quinquagintaquinque annis regnauit

regnauit in Ieruſalem: nomẽ ma-
tris eius Haphſiba. 2. Fecitq́; ma-
lum in conſpectu Domini, iuxta
idola Gentium, quas deleuit Do-
minus à facie filiorũ Iſrael. 3. Cõ-
uerſusq; eſt & ædificauit excelſa,
quæ diſsipauerat Ezechias pater
eius: & erexit aras Baal, & fecit lu-
cos ſicut fecerat Achab rex Iſrael,
& adorauit omnem militiam cæ-
li, & coluit eam. 4. Extruxitque
aras in domo Domini, de qua di-
xit Dominus: In Ieruſalem ponã
nomen meum. 5. Et extruxit alta-
ria vniuerſæ militiæ cæli in duo-
bus atriis templi Domini. 6. Et
traduxit filium ſuum per ignem:
& ariolatus eſt, & obſeruauit au-
guria, & fecit pythones, & aru-
ſpices multiplicauit, vt faceret
malum coram Domino, & irri-
taret eum. 7. Poſuit quoque ido-
lum luci, quem fecerat in templo
Domini, ſuper quod locutus eſt
Dominus ad Dauid, & ad Salo-
monem filium eius: In templo
hoc, & in Ieruſalem, quam elegi
de cunctis tribubus Iſrael, ponam
nomen meum in ſempiternum.
8. Et vltra non faciam commoue-
ri pedem Iſrael de terra, quam de-
di patribus eorum: ſi tamen cu-
ſtodierint opere omnia quæ præ-
cepi eis, & vniuerſam legem,
quam mandauit eis ſeruus meus
Moyſes. 9. Illi vero non audie-
runt: ſed ſeducti ſunt à Manaſſe,
vt facerent malum ſuper Gentes,
quas contriuit Dominus à facie
filiorum Iſrael. 10. Locutusque
eſt Dominus in manu ſeruorum
ſuorum Prophetarum, dicens:
11. Quia fecit Manaſſes rex Iuda
abo-

gnauit in Ieruſalem. 2. Fecit au-
tem malum coram Domino iu-
xta abominationes gẽtium, quas
ſubuertit Dominus coram filiis
Iſrael: 3. & conuerſus inſtaurauit
excelſa, quę demolitus fuerat Eze-
chias pater eius: conſtruxitq́; aras
Baalim, & fecit lucos, & adorauit
omnem militiam cæli, & coluit
eam. 4. Aedificauit quoq; altaria
in domo Domini, de qua dixerat
Dominus: In Ieruſalem erit no-
men meum in æternum. 5. Aedi-
ficauit autem ea cuncto exercitui
cæli in duobus atriis domus Do-
mini. 6. Tranſireq́; fecit filios ſuos
per ignem in Vallebenennom:
obſeruabat ſomnia, ſectabatur
auguria, maleficis artib. inſeruie-
bat, habebat ſecum magos, & in-
cantatores: multaq́; mala opera-
tus eſt coram Domino vt irritaret
eum. 7. Sculptile quoque, & con-
flatile ſignũ poſuit in domo Dei,
de qua locutus eſt Deus ad Dauid,
& ad Salomonem filium eius, di-
cens: In domo hac & in Ieruſa-
lem, quam elegi de cunctis tribu-
bus Iſrael, ponam nomen meum
in ſempiternum. 8. Et moueri
non faciam pedem Iſrael de terra,
quam tradidi patribus eorum: ita
dumtaxat ſi cuſtodierint facere
quæ præcepi eis, cunctamque le-
gem & ceremonias, atque iudi-
cia per manum Moyſi. 9. Igitur
Manaſſes ſeduxit Iudam, & ha-
bitatores Ieruſalem vt facerent
malum ſuper omnes gentes, quas
ſubuerterat Dominus à facie filio-
rum Iſrael. 10. Locutusque eſt
Dominus ad eum, & ad populum
illius, & attendere noluerunt.

 11. Id-

abominationes iſtas peſsimas, ſu-
per omnia quæ fecerunt Amor-
rhæi ante eum, & peccare fecit et-
iam Iudam in immunditiis ſuis:
12. propter hæc dicit Dominus
Deus Iſrael: Ecce ego inducam
mala ſuper Ieruſalem & Iudam:
vt quicumque audierit, tinniant
ambæ aures eius. 13. Et extendam
ſuper Ieruſalem funiculum Sa-
mariæ, & pondus domus Achab:
& delebo Ieruſalem ſicut deleri
ſolent tabulæ: & delens vertam,
& ducam crebrius ſtylum ſuper
faciem eius. 14. Dimittam vero
reliquias hereditatis meæ, & tra-
dam eas in manus inimicorum e-
ius: eruntque in vaſtitatem, & in
rapinam cunctis aduerſariis ſuis:
15. eo quod fecerint malum co-
ram me, & perſeuerauerint irri-
tantes me, ex die qua egreſsi ſunt
patres eorum ex AEgypto, vſque
ad hanc diem. 16. Inſuper & ſan-
guinem innoxium fudit Manaſ-
ſet multum nimis, donec imple-
ret Ieruſalem vſque ad os: abſ-
que peccatis ſuis, quibus pecca-
re fecit Iudam, vt faceret malum
coram Domino. 17. Reliqua au-
tem ſermonum Manaſſe, & vni-
uerſa quæ fecit, & peccatum e-
ius, quod peccauit, nonne hæc
ſcripta ſunt in Libro ſermonum
dierum Iuda? 18. Dormiuitque
Manaſſes cum patribus ſuis, & ſe-
pultus eſt in horto domus ſuæ, in
horto Oza: & regnauit Amon fi-
lius eius pro eo. 19. Viginti duo-
rum annorum erat Amon cùm
regnare cœpiſſet: duobus quoque
annis regnauit in Ieruſalem no-
men matris eius Meſſameleth filia
Ha-

11. Idcirco ſuper induxit eis prin-
cipes exercitus regis Aſſyriorum:
ceperuntq; Manaſſen, & vinctum
catenis, atque compedibus du-
xerunt in Babylonem. 12. Qui
poſtquam coanguſtatus eſt, ora-
uit Dominum Deum ſuum: & e-
git pœnitentiam valde coram
Deo patrum ſuorum. 13. Depre-
catusque eſt eum, & obſecrauit
intente: & exaudiuit orationem
eius, reduxitque eum Ieruſalem in
regnum ſuum, & cognouit Ma-
naſſes quod Dominus ipſe eſſet
Deus. 14. Poſt hæc ædificauit mu-
rum extra ciuitatem Dauid ad oc-
cidentem Gihon in conualle, ab
introitu portę piſcium per circui-
tum vſque ad Ophel, & exaltauit
illum vehementer: conſtituitque
principes exercitus in cunctis ci-
uitatibus Iuda munitis: 15. & ab-
ſtulit Deos alienos, & ſimulacrū
de domo Domini: aras quoque,
quas fecerat in monte domus Do-
mini, & in Ieruſalem, & proiecit o-
mnia extra vrbem. 16. Porro in-
ſtaurauit altare Domini, & im-
molauit ſuper illud victimas & pa-
cifica, & laudem: præcepitque Iu-
dę vt ſeruiret Domino Deo Iſrael.
17. Attamen adhuc populus im-
molabat in excelſis Domino Deo
ſuo. 18. Reliqua autem geſtorum
Manaſſe: & obſecratio eius ad
Deum ſuum: verba quoque Vi-
dentium, qui loquebātur ad eum
in nomine Domini Dei Iſrael, cō-
tinentur in ſermonibus regum Iſ-
rael. 19. Oratio quoq; eius & exau-
ditio, & cuncta peccata, atq; con-
temptus, loca etiam, in quibus æ-
dificauit excelſa, & fecit lucos, &
ſtatuas

Harus de Ieteba. 20. Fecitq́ue
malum in conſpectu Domini,ſic-
ut fecerat Manaſſes pater eius. 21.
Et ambulauit in omni via, per
quam ambulauerat pater eius:
ſeruiuitq́ue immunditijs, quibus
ſeruierat pater eius, & adorauit
eas, 22. & dereliquit Dominum
Deum patrum ſuorum, & non
ambulauit in via Domini. 23. Te-
tenderuntq́ue ei inſidias ſerui ſui,
& interfecerunt regem in domo
ſua. 24. Percuſsit autem populus
terræ omnes, qui coniurauerant
contra regem Amon: & conſti-
tuerunt ſibi regem Ioſiam filium
eius pro eo. 25. Reliqua autem ſer-
monum Amon quæ fecit, nonne
hæc ſcripta ſunt in Libro ſermo-
num dierum regum Iuda? 26. Se-
pelieruntq́; eum in ſepulchro ſuo,
in horto Oza: & regnauit Ioſias
filius eius pro eo.

ſtatuas antequam ageret pœnitē-
tiam, ſcripta ſunt in ſermonibus
Hozai. 20. Dormiuit ergo Ma-
naſſes cum patribus ſuis, & ſepe-
lierunt eum in domo ſua, regna-
uitq́ue pro eo filius eius Amon.
21. Vigintiduorum annorum e-
rat Amon cum regnare cœpiſſet,
& duobus annis regnauit in Ieru-
ſalem. 28. Fecitque malum in
conſpectu Domini, ſicut fecerat
Manaſſes pater eius: & cunctis i-
dolis, quæ Manaſſes fuerat fabri-
catus, immolauit atque ſeruiuit:
23. Et nō eſt reueritus faciem Do-
mini, ſicut reueritus eſt Manaſſes
pater eius: & multo maiora deli-
quit. 24. Cumq́ue cōiuraſſent ad-
uerſus eum ſerui ſui, interfecerunt
eum in domo ſua. 25. Porro reli-
qua populi multitudo, cæſis iis,
qui Amon percuſſerant, conſti-
tuit regem Ioſiam filium eius pro
eo.

COMMENTARIVS.

DECIMVSQVARTVS REX IVDAE,

MANASSES ſeu MNASEAS.

Annos regnauit 55. Fuit optimi parentis, peſsimus initio filius, qui ſuæ impietati vel obſiſtentes, vel eam non ſequentes, quam plurimos interfecit. In quibus fuit etiam ipſius patruelis Iſaias propheta, quem ſerra diſſecuit, vti refert in *Iſaiæ*.1.& 6.& ep. 142. D. Hier. aitque, certiſsimam apud *Iu*dæos traditionem *Iſaiæ* 57. ſubditque*:* vnde & noſtrorum plurimi, quod de paſſione ſanctorum in ep. ad Hebræos ponitur*:* ſerrati ſunt*:* ad Iſaiæ referunt paſſionem. idem docet S. Zeno Serm. 28. Vide Baronium 6. die Iulii, Cedrenum pag. 91. *S*calig. animad. 72. negant tamen hanc ſerrationem quidam, & refert ex Iudæis R. Godolias: è noſtris Abulenſis: qui ſub Ezechia mortuum Iſaiam docet 4. Reg. c. 21. quæſt. 18.

Ductus eſt Babylonem captiuus, an ab illo Merodach*:* qui & Baladan dicitur, an ab alio rege, non exprimitur. Hinc iam incipiunt aliqui Iudaicæ tribus captiuitates, dum eas quatuor faciunt, ſed tres ſequentes præcipuæ ſunt.

Rediit ad mentem & pœnitentiam, in vinculis cum eſſet, extatque ipſius oratio, quæ tamen apocrypha eſt, de qua Bellar. lib. *1.* c. 4. Bibliothec. ſacr. lib. *1.* Vnde & in correctis Bibliis, non niſi poſt teſtamentum nouum attexitur. eam tamen totam recitant, & quidem veluti cohærentem textui, c. *33.* l. 2. Paral. cõſtitutiones Apoſtolicæ l. 2. c. *22.* vbi etiam de captiuitate ipſius Babylonica. dabatur, aiunt, ei panis ex furfuribus paruo pondere, & parua menſura aqua cum aceto, vt viueret. & inuenitur, in græcis exemplaribus, de quibus P. Fronto in ep. ad me data. vide quæ R. Midras f. 43. adducat.

Poſt eius redditum ponit Bellar. cap. *12.* lib. eiuſdem hiſtoriam Iudith de qua Domino propitio, ſuo loco.

DECIMVSQVINTVS REX IVDAE,
AMMON.

DVos annos regnauit. Euſeb. in Chron. & eum ſecuti Niceph. Marian. Beda, Iſidorus, dãt ei annos duodecim; ſed male. V. Scaliger. animad. *76.*

Rex impius priorem patris impietatem ſequutus, non pœnitentiam: Huic quaſi per proſopopœiam ex ſcriptura quædam verba tribuunt conſt. l. c. *23.* quæ tamen in ea non inuenio. nullum aiunt peccatum maius, quam idolorum cultus. Si quis vero ex acie, id eſt, ex propoſito (Heb. *10.* voluntarie) delinquat, &c.

CAP. XXII.

OCto annorum erat Iozias cum regnare cœpiſſet triginta & vno anno regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Idida, filia Haiada de Beſecath. 2. Fecitq; quod placitum erat coram Domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris ſui: nõ declinauit ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram. 3. Anno autem octauo decimo regis Ioſiæ, miſit rex Saphan filium Aſsia, filij Meſſulam ſcribã templi Domini, dicens ei 4. Vade ad Helciam ſacerdotem magnum, vt confletur pecunia, quæ illata eſt in templũ Domini, quam collegerunt ianitores tẽpli à populo, 5. deturq; fabris per prępoſitos domus Domini: qui & diſtribuant eam his qui operantur in templo Domini, ad inſtauranda ſartatecta tẽpli: *6.* tignarijs videlicet & cæmẽtarijs, & ijs, qui interrupta cõponunt: & vt emãtur ligna, & lapides de lapicidinis

CAP. XXXIV.

OCto annorum erat Ioſias cum regnare cœpiſſet, & triginta & vno anño regnauit in Ieruſalem. 2. Fecitq; quod erat rectum in conſpectu Domini, & ambulauit in vijs Dauid patris ſui: non declinauit neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram. 3. Octauo autem anno regni ſui, cũ adhuc eſſet puer, cœpit quærere Deum patris ſui Dauid: & duodecimo anño poſtquam regnare cœperat, mundauit Iudam & Ieruſalem ab excelſis, & lucis, ſimulacriſque & ſculptilibus. 4. Deſtruxeruntq; coram eo aras Baalim: & ſimulacra, quæ ſuperpoſita fuerant, demoliti ſunt: lucos etiam, & ſculptilia ſuccidit atq; comminuit: & ſuper tumulos eorum, qui eis immolare conſueuerant, fragmenta diſperſit. 5. Oſſa prǽterea ſacerdotum combuſsit in altaribus idolorum, mũdauitq; Iudam & Ieruſalẽ. *6.* Sed & in vrbibus Manaſſe, & Ephra-

dinis ad inſtaurandum templum Domini. 7. Verumtamē non ſupputetur eis argentum quod accipiunt, ſed in poteſtate habeant, & in fide. 8. Dixit autem Helcias pōtificis ad Saphan ſcribam: Librum Legis reperi in domo Domini: deditq; Helcias volumen Saphan, qui & legit illud 9. Venit quoq; Saphan ſcriba ad regem, & renūciauit ei quod præceperat, & ait: Conflauerunt ſerui tui pecuniam, quæ reperta eſt in domo Domini: & dederunt vt diſtribueretur fabris à præfectis operum templi Domini. 10. Narrauit quoq; Saphan ſcriba regi, dicens: Librum dedit mihi Helcias ſacerdos. Quē cum legiſſet Saphan coram rege, 11. & audiſſet rex verba Libri Legis Domini, ſcidit veſtimenta ſua. 12. Et præcepit Helciæ ſacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achobot filio Micha, & Saphan ſcribæ, & Aſaiæ ſeruo regis, dicens: 13. Ite & conſulite Dominum ſuper me, & ſuper populo, & ſuper omni Iuda, de verbis voluminis iſtius, quod inuētum eſt: magna enim ira Domini ſuccenſa eſt contra nos: quia non audierunt patres noſtri verba Libri huius, vt facerent omne quod ſcriptum eſt nobis. 14. Ierūt itaq; Helcias ſacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Aſaia ad Holdam prophetidem vxorē Sellū filij Thecuæ, filij Araas cuſtodis veſtium, quę habitabat in Ieruſalē in Secunda: locutiq; ſunt ad eam. 15. Et illa reſpondit eis: Hæc dicit Dn̄s Deus Iſrael: Dicite viro, q̄ miſit vos ad me: 16. Hæc dicit Dn̄us: Ecce, ego adducam mala ſuper locum

Ephraim, & Simeon, vſq; Nephthali cuncta ſubuertit. 7. Cumq; altaria diſsipaſſet, & lucos, & ſculptilia contriuiſſet in fruſta, cunctaq; delubra demolitus eſſet de vniuerſa terra Iſrael, reuerſus eſt in Ieruſalem. 8. Igitur anno octauodecimo regni ſui, mundata iam terra, & templo Domini, miſit Saphan filium Eſeliæ, & Maaſiam principem ciuitatis, & Ioha filium Ioachaz à cōmentariis, vt inſtaurarent domū Domini Dei ſui. 9. Qui venerunt ad Helciā Sacerdotē magnū: acceptamq; ab eo pecuniam, quæ illata fuerat in domū Domini, & quā congregauerant Leuitæ & ianitores de Manaſſe, & Ephraim, & vniuerſis reliqis Iſrael, ab omni quoq; Iuda, & Beniamin, & habitatoribus Ieruſalē, 10. tradiderunt in manibus eorum, qui præerant operariis in domo Domini vt inſtaurarent templum, & infirma quæq; ſarcirent. 11. At illi dederūt eam artificibus, & cæmētariis vt emerent lapides de lapicidinis, & ligna ad cōmiſſuras ædificij, & ad contignationem domorum quas deſtruxerant reges Iuda. 12. Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autem præpoſiti operantium, Iahath & Abdias de filijs Merarii Zacharias & Moſollam de filijs Caath, qui vrgebant opus: omnes Leuitæ ſcientes organis canere. 13. Super eos vero, qui ad diuerſos vſus onera portabant, erant ſcribæ, & magiſtri de Leuitis ianitores, 14. Cumq; efferrent pecuniam, quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias ſacerdos Li-

locum iſtum, & ſuper habitatores eius omnia verba Legis quæ legit rex Iuda: 17. quia dereliquerunt me, & ſacrificauerunt dijs alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum ſuarum: & ſuccendetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur. 18. Regi autem Iuda, qui miſit vos vt conſuleretis Dominum, ſic dicetis: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: pro eo quod audiſti verba voluminis, 19. & perterritum eſt cor tuum, & humiliatus es coram Domino, auditis ſermonibus contra locum iſtū, & habitatores eius, quod videlicet fierent in ſtuporem & in maledictum: & ſcidiſti veſtimenta tua, & fleuiſti coram me, & ego audiui, ait Dominus: 20. idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad ſepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala, quæ inducturus ſum ſuper locum iſtum.

C A P. XXIII.

ET renunciauerunt regi quod dixerat. Qui miſit: & cōgregati ſunt ad eum omnes ſenes Iuda & Ieruſalem. 2. Aſcenditq; rex templum Domini, & omnes viri Iuda, vniuerſique qui habitabant in Ieruſalem, cum eo ſacerdotes & prophetæ, & omnis populus à paruo vſque ad magnum: legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus eſt in domo Domini. 3. Stetitque rex ſuper gradum: & fœdus percuſſit coram Domino, vt ambularent poſt Dominum, & cuſtodirent præce-

Librum legis Domini per manū Moyſi. 15. Et ait ad Saphan ſcribā: Librum legis inueni in domo Domini: Et tradidit ei, 16. At ille intulit volumen ad regem, & nūciauit ei dicens: omnia, quæ dediſti in manu ſeruorum tuorum, ecce complentur. 17. Argentum, quod repertum eſt in domo Domini, conflauerunt: datumq; eſt præfectis artificum, & diuerſa opera fabricantium. 18. Præterea tradidit mihi Helcias ſacerdos hunc librū. Quem cum rege præſente recitaſſet, 19. audiſſetque ille verba legis, ſcidit veſtimenta ſua: 20. & præcepit Helciæ, & Ahicam filio Saphan, & Abdō filio Micha, Saphā quoq; ſcribæ, & Aſaæ ſeruo regis, dicens: 21. Ite, & orate Dominum pro me, & pro reliquiis Iſrael, & Iuda, ſuper vniuerſis ſermonibus Libri iſtius, qui repertus eſt: magnus enim furor Domini ſtillauit ſuper nos, eo quod non cuſtodierint patres noſtri verba Domini vt facerent omnia, quę ſcripta ſunt in iſto volumine. 22. Abijt ergo Helcias, & qui ſimul à rege miſſi fuerant, ad Oldam prophetidem, vxorem Sellum filij Thecuath, filij Haſra, cuſtodis veſtium: quæ habitabat in Ieruſalem in Secunda: & locuti ſunt ei verba, quæ ſupra narrauimus. 23. At illa reſpondet eis: Hęc dicit Dominus Deus Iſrael: Dicite viro, q̃ miſit vos ad me: 24. Hæc dicit Dominus: Ecce ego inducā mala ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores eius, cunctaq; maledicta, quæ ſcripta ſunt in Libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda. 25. Quia dereliquerunt me, & ſa-

præcepta eius, & teſtimonia, & ce-
remonias in omni corde, & in to-
ta anima, & ſuſcitarent verba fœ-
deris huius, quę ſcripta erant in li-
bro illo: acquieuitq; populus pa-
cto. 4. Et præcepit rex Helciæ pō-
tifici, & ſacerdotibus ſecundi or-
dinis, & ianitoribus, vt proijcerēt
de tēplo Domini omnia vaſa, quæ
facta fuerant Baal, & in luco, & v-
niuerſæ militiæ cæli: & combuſſit
ea foris Ieruſalem in Conualle ce-
dron, & tulit puluerem coram in
Bethel. 5. Et deleuit aruſpices,
quos poſuerant reges Iuda ad ſa-
crificandum in excelſis per ciuita-
tes Iuda, & in circuitu Ieruſalem:
& eos, qui adolebant incenſum
Baal, & Soli, & Lunæ, & duode-
cim ſignis, & omni militiæ cæli.
6. Et efferri fecit lucum de domo
Domini foras Ieruſalem in Con-
ualle cedron, & combuſſit eum
ibi, & redegit in puluerē, & proie-
cit ſup ſepulchra vulgi. 7. Deſtru-
xit quoq; ædiculas effeminatorū,
quæ erant in domo Domini, pro
quibus mulieres texebant quaſi
domūculas luci. 8. Congregauitq;
omnes ſacerdotes de ciuitatibus
Iuda: & contaminauit excelſa, v-
bi ſacrificabant ſacerdotes de Ga-
baa vſque Berſabee: & deſtruxit
aras portarum in introitu oſtij Io-
ſue principis ciuitatis, quod erat
ad ſiniſtram portę ciuitatis. 9. Ve-
rumtamen non aſcendebant ſa-
cerdotes excelſorum ad altare
Domini in Ieruſalem: ſed tantùm
comedebant azyma in medio fra-
trum ſuorum. 10. Contamina-
uit quoque Tophet, quod eſt in
Conualle filij Ennon: vt nemo

& ſacrificauerunt dijs alienis, vt
me ad iracundiam prouocarēt in
cunctis operibus manuum ſuarū,
idcirco ſtillabit furor meus ſuper
locum iſtum, & non extinguetur.
26. Ad regem autem Iuda, qui mi-
ſit vos pro Domino deprecando,
ſic loquimini: Hęc dicit Dominus
Deus Iſrael: Quoniam audiſti ver-
ba voluminis, 27. atq; emollitum
eſt cor tuum, & humiliatus es in
conſpectu Dei ſuper his, quæ dicta
ſunt contra locum hunc, & habi-
tatores Ieruſalem, reueritusq; fa-
ciem meam, ſcidiſti veſtimēta tua,
& fleuiſti coram me: ego quoque
exaudiui te, dicit Dominus. 28. Iā
enim colligam te ad patres tuos,
& inferéris in ſepulchrum tuum
in pace: nec videbunt oculi tui o-
mne malum, quod ego introdu-
cturus ſum ſuper locum iſtum, &
ſuper habitatores eius. Retulerūt
itaq; regi cuncta quæ dixerat. 29.
At ille conuocatis vniuerſis ma-
ioribus natu Iuda & Ieruſalem,
30. aſcendit in domum Domini,
vnaque omnes viri Iuda, & habi-
tatores Ieruſalem, Sacerdotes &
Leuitæ & cunctus populus à mini-
mo vſque ad maximum. Quibus
audientibus in domo Domini,
legit rex omnia verba voluminis:
31. & ſtans in tribunali ſuo, per-
cuſſit fœdus coram Domino vt
ambularet poſt eum, & cuſtodiret
præcepta, & teſtimonia, & iuſtifi-
cationes eius in toto corde ſuo, &
in tota anima ſua, faceretque quæ
ſcripta ſunt in volumine illo,
quod legerat. 32. Adiurauit quo-
que ſuper hoc omnes, qui reperti
fuerant in Ieruſalē, & Beniamin:

cõſecraret filium ſuum aut filiam per ignem, Moloch. 11. Abſtulit quoque equos, quos dederant reges Iuda, Soli, in introitu templi Domini iuxta exedram Nathanmelech eunuchi, qui erat in Phaturim: currus autem Solis combuſsit igni. 12. Altaria quoque, quæ erant ſuper tecta cænaculi Achaz, quæ fecerant reges Iuda, & altaria, quæ fecerat Manaſſes in duobus atrijs templi Domini, deſtruxit rex: & cucurrit inde, & diſperſit cinerem eorum in Torrentem Cedron. 13. Excelſa quoque, quæ erant in Ieruſalem ad dexteram partem Montis offenſionis, quæ ædificauerat Salomon rex Iſrael Aſtaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offenſioni Moab, & Melchom abominationi filiorũ Ammon, polluit rex. 14. Et contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos: repleuitq; loca eorum oſsibus mortuorũ. 15. Inſuper & altare, quod erat in Bethel, & excelſum, quod fecerat Ieroboam filius Nabat, qui peccare fecit Iſrael: & altare illud, & excelſum deſtruxit, atq; combuſsit, & comminuit in puluerẽ, ſuccenditque etiam lucum. 16. Et conuerſus Ioſias, vidit ibi ſepulchra, quæ erant in monte: miſitque & tulit oſſa de ſepulchris, & combuſsit ea ſuper altare, & polluit illud iuxta verbum Domini, quod locutus eſt vir Dei, qui prædixerat verba hæc. 17. Et ait: Quis eſt titulus ille, quem video? Reſponderuntq; ei ciues vrbis illius: Sepulchrum eſt hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc, quæ feciſti ſuper altare Bethel, & fecerunt habitatores Ieruſalem iuxta pactum Domini Dei patrũ ſuorum. 33. Abſtulit ergo Ioſias cũctas abominationes de vniuerſis regionibus filiorum Iſrael: & fecit omnes, qui reſidui erant in Iſrael, ſeruire Domino Deo ſuo. Cunctis diebus eius non receſſerunt à Domino Deo patrũ ſuorũ.

CAP. XXXV.

Fecit autem Ioſias in Ieruſalem Phaſe Domino, quod immolatum eſt quartadecima die menſis primi: 2. conſtituit Sacerdotes in officijs ſuis, hortatusque eſt eos vt miniſtrarent in domo Domini. 3. Leuitis quoque ad quorum eruditionem omnis Iſrael ſanctificabatur Domino, locutus eſt: Ponite arcã in ſanctuario templi, quod ædificauit Salomõ filius Dauid rex Iſrael, nequaquam enim eam vltra portabitis: nunc autem miniſtrate Domino Deo veſtro, & populo eius Iſrael. 4. Et præparate vos per domos, & cognationes veſtras in diuiſionibus ſingulorum, ſicut præcepit Dauid rex Iſrael, & deſcripſit Salomon filius eius. 5. Et miniſtrate in ſanctuario ꝑ familias turmasq; Leuiticas, 6. & ſanctificati immolate Phaſe: fratres etiam veſtros, vt poſsint iuxta verba, quæ locutus eſt Dominus in manu Moyſi facere, præparate. 7. Dedit præterea Ioſias omni populo, qui ibi fuerat inuentus in ſollemnitate Phaſe, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia, hæc

thel,18. Et ait: Dimittite eum, ne-
mo commoueat oſſa eius. Et in-
tacta manſerunt oſſa illius cum
oſſibus prophetæ, qui venerat
de Samaria. 19. Inſuper & om-
nia fana excelſorum, qui erant in
ciuitatibus Samariæ, quę fecerant
reges Iſrael ad irritandum Domi-
num, abſtulit Ioſias: & fecit eis ſe-
cundum omnia opera, quæ fe-
cerat in Bethel. 20. Et occidit v-
niuerſos ſacerdotes excelſorum,
qui erant ibi ſuper altaria: & com-
buſſit oſſa humana ſuper ea: re-
uerſusque eſt Ieruſalem. 21. Et
præcepit omni populo, dicens:
Facite Phaſe Domino Deo ve-
ſtro, ſecundum quod ſcriptum
eſt in libro fœderis huius. 22. Nec
enim factum eſt Phaſe tale à die-
bus Iudicum, qui iudicauerunt
Iſrael, & omnium dierum regum
Iſrael, & regum Iuda, 23. ſicut in
octauo decimo anno regis Ioſiæ
factum eſt Phaſe iſtud Domino
in Ieruſalem, 24. Sed & pythones,
& ariolos, & figuras idolorum, &
immunditias, & abominationes,
quæ fuerant in terra Iuda & Ieru-
ſalem, abſtulit Ioſias: vt ſtatueret
verba legis, quæ ſcripta ſunt in
Libro, quem inuenit Helcias ſa-
cerdos in templo Domini. 25. Si-
milis illi non fuit ante eum rex,
qui reuerteretur ad Dominum in
omni corde ſuo, & in tota anima
ſua, & in vniuerſa virtute ſua iu-
xta omnem legem Moyſi: neque
poſt eum ſurrexit ſimilis illi. 26.
Verumtamen non eſt auerſus
Dominus ab ira furoris ſui ma-
gni, quo iratus eſt furor eius con-
tra

hæc de regis vniuerſa ſubſtantia.
8. Duces quoq; eius, ſponte q̃ vo-
uerant, obtulerunt, tam populo,
quam Sacerdotib. & Leuitis. Por-
ro Helcias, & Zacharias, & Iahiel
principes domus Domini, dede-
runt Sacerdotibus ad faciendum
Phaſe pecora com̃ixtim duo mil-
lia ſexcenta, & boues trecentos. 9.
Chonenias a. & Semeias, etiã Na-
thanael fratres eius, necnon Haſa-
bias, & Iehiel, & Iozabad princi-
pes Leuitarũ, dederũt ceteris Le-
uitis ad celebrandũ Phaſe quinq;
millia pecorũ, & boues quingen-
tos. 10. Præparatumq; eſt miniſte-
riũ, & ſteterũt Sacerdotes in offi-
cio ſuo: Leuitæ quoq; in turmis,
iuxta regis imperiũ. 11. Et im̃olatũ
eſt Phaſe: aſperſeruntq; ſacerdotes
manu ſua ſanguinẽ, & Leuitæ de-
traxerunt pelles holocauſtorũ: 12.
& ſeparauerunt ea vt darent ꝑ do-
mos & familias ſingulorũ, vt of-
ferrẽtur Domino, ſicut ſcriptum
eſt in Libro Moyſi: de bobus quo-
que fecerũt ſimiliter. 13. Et aſſaue-
runt Phaſe ſuper ignẽ, iuxta quòd
in lege ſcriptum eſt: pacificas ve-
ro hoſtias coxerunt in lebetibus,
& cacabis, & ollis, & feſtinato diſ-
tribuerunt vniuerſæ plebi: 14. ſibi
autem, & Sacerdotibus poſtea pa-
rauerunt: nam in oblatione holo-
cauſtorum & adipum vſq; ad no-
ctẽ Sacerdotes fuerunt occupati:
vnde Leuitæ ſibi, & Sacerdotibus
filiis Aaron parauerunt nouiſſi-
mis. 15. Porro cantores filij Aſaph
ſtabant in ordine ſuo, iuxta præ-
ceptum Dauid, & Aſaph, & He-
man, & Idithun prophetarum
regis:

tra Iudam: propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manaſſes. 27. Dixit itaque Dominus: Etiam Iudam auferam à facie mea, ſicut abſtuli Iſrael: & proiiciam ciuitatem hanc, quam elegi Ieruſalem, & domũ, de qua dixi: Erit nomen meum ibi. 28. Reliqua autem ſermonum Ioſiæ, & vniuerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iuda? 29. In diebus eius aſcendit Pharao Nechao rex Aegypti, contra regem Aſsyriorum ad flumen Euphratem: & abiit Ioſias rex in occurſum eius: & occiſus eſt in Mageddo, cum vidiſſet eum. 30. Et portauerunt eum ſerui ſui mortuũ de Mageddo: & pertulerunt in Ieruſalem, & ſepelierunt eum in ſepulchro ſuo. Tulitque populus terræ Ioachaz filium Ioſiæ: & vnxerunt eum, & conſtituerunt eum regem pro patre ſuo. 31. Viginti trium annorum erat Ioachaz cum regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Amital filia Ieremiæ, de Lobna 32. Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius. 33. Vinxitq; eum Pharao Nechao in Rebla, quæ eſt in terra Emath, ne regnaret in Ieruſalem: & impoſuit mulctã terræ, centum talentis argenti, & talento auri. 34. Regemq; cõſtituit Pharao Nechao Eliacum filiũ Ioſiæ ꝓ Ioſia patre eius: vertitq; nomen eius Ioakim. porro Ioachaz tulit, & duxit in Aegyptũ, & mortuus eſt ibi. 35. Argẽtũ autẽ, & aurum

regis: Ianitores vero per portãs ſingulas obſeruabant, ita vt nec puncto quidem diſcederẽt à miniſterio: quam ob rẽ & fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos. 16. Omnis igitur cultura Domini rite completa eſt in die illa vt facerent Phaſe, & offerrẽt holocauſta ſuper altare Domini, iuxta præceptum regis Ioſiæ. 17. Feceruntque filij Iſrael, qui reperti fuerant ibi, Phaſe in tempore illo, & ſolemnitatem azymorum ſeptem diebus. 18. Non fuit Phaſe ſimile huic in Iſrael à diebus Samuelis prophetæ, ſed nec quiſquam de cunctis regibus Iſrael fecit Phaſe ſicut Ioſias, Sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Iſrael qui repertus fuerat, & habitantibus in Ieruſalem. 19. Octauodecimo anno regni Ioſiæ hoc Phaſe celebratum eſt. 20. Poſtquam inſtaurauerat Ioſias templum, aſcẽdit Nechao rex Ægypti ad pugnãdum in Charcamis iuxta Euphraten: & proceſſit in occurſum eius Ioſias. 21. At ille, miſſis ad eũ nuntiis ait: Quid mihi & tibi eſt rex Iuda? non aduerſum te hodie venio, ſed contra aliam pugno domũ, ad quam me Deus feſtinato ire præcepit, deſine aduerſum Deũ facere, qui mecum eſt, ne interficiat te. 22. Noluit Ioſias reuerti, ſed præparauit contra eum bellũ, nec acquieuit ſermonib. Nechao ex ore Dei: verum perrexit vt dimicaret in campo Mageddo. 23. Ibique vulneratus à ſagittariis, dixit pueris ſuis: Educite me de prælio, quia oppidò vulneratus ſum.

rum dedit Ioakim Pharaoni cum induxiſſet terræ per ſingulos, vt conferretur iuxta præceptum Pharaonis: & vnumquemque iuxta vires ſuas exegit, tam argentum quam aurum de populo terræ: vt daret Pharaoni Nechao. 16. Vigintiquinque annorum erat Ioakim cum regnare cœpiſſet: & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Zebida filia Phadaia de Ruma. 37. Et fecit malum coram Domino iuxta omnia, quæ fecerant patres eius.

ſum. 24. Qui tranſtulerũt eum de curru in alterum currum, qui ſequebatur eum more regio, & aſportauerunt eum in Ieruſalem, mortuusq; eſt, & ſepultus in mauſoleo patrum ſuorum: & vniuerſus Iuda & Ieruſalem luxerunt eũ. 25. Ieremias maxime: cuius omnes cantores atq; cantatrices, vſq; in præſentem diem lamentationes ſuper Ioſiam replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſrael: Ecce ſcriptum fertur in lamentationibus. 26. Reliqua autem ſermonum Ioſiæ & miſericordiarum eius: quæ lege præcepta ſunt Domini: 27. opera quoque illius prima & nouiſſima ſcripta ſunt in Libro regum Iuda & Iſrael.

COMMENTARIVS.

DECIMVS SEXTVS REX IVDÆ, IOSIAS.

Annos 31. regnauit (cui annum vnum addit Euſebius. vide Scaligerum animad. 77.) cœpit anno ætatis 8. regnare, Deumque ſtudioſe quærere, ipſius religionem inſtaurare, ſed maxime anno ætatis 12. vt habetur cap. 34. Paralip. hebraice, & clare in Ioſepho.

Liber fuit anno Joſiæ duodeviceſimo, vt ait in c. 1. Ezechielis D. Hier. in tẽplo inuentus, qui propter ſuperiorum regum impietatem, quaſi obſcurus & ignotus erat. Fuit Moyſis liber, vt ait Joſephus, & quidem Deuteronomij, vti ait D. Athanaſius ep. ad Marcell. p. 758 de interpr. pſal. & probat Abulenſis; vbi obſerues ab ipſo Pontifice librum iſtum ſacrum promi & regi dari, ne Hæreticis male hoc libro abutentibus credas.

Eodem cap. 22. v. 14. per ſecundam intelligit Chaldæus & Rabini ſcholam ſeu doctrinæ domum. quia videlicet Hebraice dicitur Miſneh. apud ipſos vero Thalmud totus duas in partes diuiditur, Miſnam & Gemaram, vt explicat Elias Thisbi. Sed aliqui aiunt fuiſſe ſcholam iuxta templum in qua ſacræ litteræ tractarentur. ſicque à quibusdam Rabinis domus doctrinæ vocatur, & quidem ſacræ. aliqui, in qua prophanæ diſciplinæ; q, vt ait Vatablus, nulli tunc Hieroſolymis eſſent libri ſacri. At falſum hoc, & per ſecũdam nihil aliud ſignificatur, q̃ vel ſecunda vrbs Jeroſolyma, de qua in Judicibus dixi, vel è duob, Hieroſoly-

morum muris antiquioribus porta quæ ſecundo in muro, ſecunda erat, ex Sophoniæ c. 1. & Joſepho l. 6. de bello c. 6. quæ & media dicitur hieremiæ 39. vt iuxta portam hanc habitarit prophetes.

Jam c. 23. v. 5. pro 12. ſignis retinent 70. vocem Hebraicam: quæ vel ab influẽdo, vel abeundo & quaſi vagando ducitur. Vnde quibusdam ſignificare videtur planetas, quibusdam vt R. Kimhio; Theodoreto hic. q. 24. & Procopio vnam illam ſtellam, quæ Lucifer & Heſperus dicitur. Hieron. hic; & epiſt. ad Fabiolã de veſte ſacerd. Zodiacum, qui in 12. ſigna diuidi ſolet. Sed Job. 38. v. 32. vertit Luciferum, vbi licet ſcriptum ſit Mazaroth, hic vero Mazaloth, non tamẽ mutatur ſignificatio. cum 70. legant etiam hic Mazouroth, & literæ r. & l. permutabiles ſint, vti hoc exemplo & aliis confirmat in Schilſchel Thisbites.

Porro mulieres illæ v. 7. texuiſſe videntur quaſdam veluti cortinas & periſtromata, quib. & lucus magis opacaretur, & ſeiunctæ domunculæ fierent, in quib. libidini vacarent, prout ex funibus illis fiebat Baruch 6. apud Herod. l. 1. σχοινοτενέες διέξοδοι. huiuſmodi vero cortinę vocantur hic στολή, fortaſſis etiam πέτασος: cum dicat Suidas hunc eſſe εἶδος ὑφάσματος, & ab extenſione petaſus ducatur, vt argumentatur l. 3. agoniſt c. 28. Petrus Faber, qui effeminatos iſtos ideo Hebraice cadiſim, & græce πεπλισμένους vocari tradit; quod certo cuipiam dæmonio (verbi cauſa Veneri) conſecrati eſſent. vt l. 3. Semeſtr. c. 3. vberius explicat, & Delr. in diſq. mag.

A valle filij Hennon v. 10. dicta eſt gehenna. Nam, omiſſo illo filij nomine breuitatis cauſa, dicta etiam eſt Ioſuæ c. 15. vallis hennom, Hebraice geheñom. Cur vero ita dici placuerit, cauſa duplex eſt. Vna, quod quemadmodum hic ignes excitabantur, quib. vel vſtulabantur, vel exurebantur homines, vt hic dicitur, & ſupra expoſitum eſt: ita in inferno ignis ſit ad impiorum cruciatum inextinguibilis. Matt. 25 Hinc enim etiam ab Ieremia c. 7. v. 34. vallis occiſionis nuncupata eſt. ſed lege D. Hier. in Ieremiæ c. 7. & 32. & Philaſtrium Hær. 19. de Tophetitis.

Altera quod à Joſia factus ſit locus iſte viliſſimus, & contaminatiſſimus; ita vt omnis generis cadauera & morticina fœtidiſſima huc deinceps proiecta ſint. Quemadmodum iuſtorum merces ab Hebræis vocata eſt Gan Eden, à loco ſcilicet pulcherrimo & amœniſſimo: ita & impiorum ſupplicium, à contemptiſſimo & graueolentiſſimo. licet is olim amœnus fuiſſet, Cedroniſq; aquis rigaretur.

Topheth porro appellatur, primo quidem locus, deinde vero etiam ipſe gehennæ ignis, vt ait lib, R. Dauid. Cauſa eſt, quod vt ait Lyranus, horrendus quidam ſtrepitus ex vario tympanorum pulſu excitabatur, ne vel extremos miſerorum liberorum, dum comburerentur, eiulatus, ipſi parentes audirent & permouerentur. Nam Hebræis toph tympanum eſt, à ſono quidem ita dictum, ſed à quo & Græcorum τύπανον & ipſorum noſtrumque tympanum extitit.

Addunt alij cauſas alias tres. Nam primo Rabini, Elia teſte, à pathah quod eſt ſeducere, lactare & illicere, nomen hoc deducunt, quod in Topheth, ſeu ignem æternum ij corruant, quos à Dei mandatorum via, vel voluptas, vel ſuperbia; vel aliud quodcunque vitium ſeduxit & prolectauit. Alij ab eodem verbo ſed qua dilatare ſignificat; idem nomen repetunt. quod ad impiorum multitudinem capiẽdam locus ipſe latiſſimus & capaciſſimus ſit. Iſaiæ 5. v. 14. Poſtremo recentiores nonnulli à Iaphah ipſum Topheth deflectunt. quaſi horrendum & portẽtoſum ea in valle ſpectaculum eſſet, ſitq; apud inferos futurum. Sed cum Iaphah pulchrum eſſe ſignificet, vel deflexio hæc reijcienda, vel per antiphraſin accipienda: quaſi locus minime pulcher ſit. vti de bello quidam aiunt, item de Parcis & Manibus.

QVÆ

QVÆSTIO,

Equi & currus ſolis qui v.11. fuerint?

LYranus & hiſt. Scholaſtica pictos tantum in ſolis honorem fuiſſe aiunt. R. Salomon & Abulenſis qu. *19*. veros. Sed diſſimiliter. *I*lle ait moris fuiſſe, vt orienti ſoli, equis quibuſdam obuiam nonnulli pergerent, ipſumque quaſi ſalutarent. Hunc morem negat Abulenſis, & vult equos iſtos & currus ante Solis ſtatuam ſuſpenſos fuiſſe, vel eam currui impoſitam ab equis tractam eſſe.

Mihi tamen alicubi obſeruaſſe videor. *S*ane de picturis, vt ſupra in Elia dixi, de ſtatuis vt in hiſtoria 4. Coronatorum, imo & de ſolis ſalutatione matutina negare poterit nemo, cum teſtes ſint D. Leo hom. de Epiph. Plato dum idipſum facere ſolitum Socratem ſcribit, & Plutarchus dum contritum illud prouerbium refert: Plures adorant Orientem ſolem quam occidentem. Herodianus dum de Artabani exercitu loquitur, & Sozomenus l. 2. hiſt. c. 8. & 9. de S. Simeone recuſante ſolem adorare.

Inuenio tamen equos ſolis dici poſſe, qui ipſi ſacrificarentur, vti apud Perſas, Lactantius l. *1*. & Ouid. l. 1. & Faſtorum

Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum

& *I*uſtinus l. *1*. & Philaſt. l. *1*. & apud Maſſagetas fieri narrat *S*trabo l. 11. & extremo l. 1. Herodotus, quod Deorum perniciſsimo vellent mortalium etiam omnium perniciſsimum immolare, qui etiam in ipſius honorem à Regibus albi alerentur, & ducerentur, vt eodem libro cum de Cyri ad Babylonem expeditione agitur, ſcriptum eſt. *S*ic & Xenophon l. *8*. Pædiæ Cyri è Babylone iam capta egreſſum deſcribens. Cum, inquit, Palatii portæ apertæ fuiſſent, primum agebantur ipſi Ioui tauri pulcherrimi quaterni, & aliis quibuſdam diis, quos Magi delegiſſent. Poſt boues vero equi, vt ſoli ſacrificium exiſterent. Poſt hos autem, currus educebatur candidus, iugum habens aureum, coronatus, *I*oui ſacer. Poſt hunc educebatur Solis currus, candidus, & coronatus ſimiliter vti ſuperior. Poſt hunc etiam alius tertius currus educebatur, cuius equi ſtrati erant puniceis amictibus & poſt eum viri ſequebantur, qui in magno quodam foco, ignem portarent.

Ex his vides, qui ſolis equi & currus ſint, & vnde hæc ad Iudæos Reges ſuperſtitio manarit. quod perſequitur l. *3*. de Cambyſe loquens Herodotus: è quo corrigendus Seneca l. 3. de ira c. 20. refert etiam in Heroicis Philoſtratus, Græcis præcepiſſe Palamedem, vt orienti ſoli equum candidum mactarent. Sic Curtius l. *3*. eximiæ magnitudinis equus ſolis. Vide Pradum in Ezechielis c. 1. comm. de viſ. 1. ſect. 10. p. 41. de curru Dei, & ſuperſtitioſis eius imitatoribus Mercurio, Apolline, *S*ole, &c. Villal. p. l. 3. c. *32*. in c. 40. Ezech. p. *221*.

Apud Poetas quidem vt Ouid. 2. Meta. in *S*olis quadriga hi tantum quatuor iunguntur

——Pyrois, Eous & Æthon
Solis equi, quartuſq; Phlegon

Per quos Abul. ſignificari ait 4. anni & diei partes. Mahometus vero apud Euthymium titulo. *28*. *S*olem & Lunam in equis etiam collocat. *S*eu vt profeſſio fidei à Turciſmo ait, καβαλλαρίου εἶναι nugatur, conſule Villalpand. l. 3 c. *32*. in c. 40. Ezech. p. 221.

Celebrauit anno regni 18. paſcha celeberrimum, de quo etiam. 3. Eſdræ *1*. *S*ed à Rege Nechao, de quo lib. *1*. Herodotus, fuit tandem interfectus, ipſiq; Epicedia triſtiſsima cecinit Ieremias, vt explicatur *2*. Paral. *35*

DECIMVS SEPTIMVS REX, IVDAE, IOACHAZ.

QVi 1.Par.3.v.15: Iohanam, ἰωανὰν. Annotatio tamen in c. 1.l.3. Eſdræ Scaliger dicit ſe legiſſe ἰωχανὰν, vt aliquo modo ad Iechoniam accedat, de quo infra: imo à Clemente Iechonias dicitur, putatur à quibuſdam vocari Ieremiæ *22.* Sellum: quin eundem Ioachazum vocari etiam Jechoniam, Sellum, & Amaſiam ait p.*25.* Epiphanius: Sed falſo, inquit Scaliger p. 80. annotat.

Regnauit menſes tres. Nam ab illo parentis victore & interfectore Nechao, fuit in Ægyptum abductus. fuit alioquin frater ipſius etiam nomine Sellum 1. Paralip. 3.v.15. qui propter Hieroſolymorum vaſtationem & tranſmigrationem regnare non potuit. licet ſecus non nemo ex Jeremia ſentiat.

CAP. XXIV.

IN diebus eius aſcendit Nubuchodonoſor rex Babylonis,
& factus eſt ei Ioakim ſeruus tribus annis: & rurſum rebel-
lauit contra eum. 2.Immiſitque ei Dominus latrunculos
Chaldæorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrun-
culos filiorũ Ammon: & immiſit eos in Iudam, vt diſperderent eum,
iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat per ſeruos ſuos prophe-
tas. 3. Factum eſt autem hoc per verbum Domini contra Iudam, vt
auferret eum coram ſe propter peccata Manaſſe vniuerſa quæ fecit,
4.& propter ſanguinem innoxium, quem effudit, & impleuit Ieruſa-
lem cruore innocentium & ob hanc rem noluit Dominus propitiari.
5.Reliqua autem ſermonum Ioakim, & vniuerſa quæ fecit, nónne hęc
ſcripta ſunt in Libro ſermonũ dierum regum Iuda? Et dormiuit Ioa-
kim cum patribus ſuis: *6.* & regnauit Ioachin filius eius pro eo. 7.Et
vltra non addidit rex AEgypti, vt egrederetur de terra ſua: tulerat e-
nim rex Babylonis à riuo AEgypti vſq; ad fluuium Euphraten, omnia
quæ fuerant regis AEgypti. 8. Decem & octo annorum erat Ioachin
cum regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem: no-
men matris eius Noheſta filia Elnathan de Ieruſalem. *9.* Et fecit malũ
coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. 10.In tẽpore illo
aſcenderunt ſerui Nabuchodonoſor regis Babylonis in Ieruſalem, &
circumdata eſt vrbs munitionibus. 11. Venitq; Nabuchodonoſor rex
Babylonis ad ciuitatem cum ſeruis ſuis vt oppugnarent eam. 12. E-
greſſusq; eſt Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipſe & mater eius,
& ſerui eius, & principes eius, & eunuchi eius: & ſuſcepit eum rex Ba-
bylonis anno octauo regni ſui. 13. Et protulit inde omnes theſauros
domus Domini, & theſauros domus regiæ: & concidit vniuerſa vaſa
aurea, quæ fecerat Salomon rex Iſrael in templo Domini iuxta verbũ
Domini. 14. Et transtulit omnẽ Ieruſalẽ, & vniuerſos principes, & o-
mnes

mnes fortes exercitus, decē millia, in captiuitatem: & omnem artificē
& cluſorem: nihilque relictum eſt, exceptis pauperibus populi terræ.
15. Tranſtulit quoque Ioachim in Babylonem, & matrem regis, &
vxores regis, & eunuchos eius: & iudices terræ duxit in captiuitatem
de Ieruſalem in Babylonem. 16. Et omnes viros robuſtos, ſeptem millia, & artifices, & cluſores mille, omnes viros fortes & bellatores duxitque eos rex Babylonis captiuos in Babylonem. Et conſtituit Matthaniam patruum eius pro eo: impoſuitque nomen ei Sederiam. 18.
Vigeſimum & primum annum ætatis habebat Sedecias cum regnarē
cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius
erat Amital, filia Ieremiæ de Lobna. 19. Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ioakim. 20. Iraſcebatur enim Dominus contra Ieruſalem & contra Iudam, donec proijceret eos à faciē
ſua: receſsitque Sedecias à rege Babylonis.

COMMENTARIVS.

DECIMVS OCTAVVS REX IVDAE.

IOAKIMVS frater Ioachazi.

FVit à Nechao conſtitutus rex, qui & Eliakim dicitur: nec deſunt qui putent, eum melius dici Ioaquim. Regnauit; annos *11.* & antea vocabatur Eliakimus. Anno eius tertio cœpit primum regni ſui annum Nabuchodonoſor Magnus, eumq; quarto illius anno finiuit, vt ex Danielis *1.* & Ieremiæ *25.* perſpicitur: eodemque anno *1.* venit Hieroſolymam Nabuchodonoſor, eamq; & Regem Joakim cepit, & Babylonem non exiguo cum populo abduxit vti expreſſe refert cap. 1. Daniel contra Joſeph. l. *10.* & alios eum ſecutos, qui non niſi Ioakimi octauo & ſui regni quarto veniſſe Nabuchodonoſorem tradunt. Atque tunc trium Babylonicarum captiuitatum quibus reſiduæ duæ tribus tranſlatæ ſunt; hæc prima fuit in qua fuit Daniel & ſocij.

Reſtitutus tamen regno eſt, cum certū quotannis tributum promiſiſſet. Sed tribus tantum id annis exſoluit, ſeque cum Ægyptijs contra Babylonios iungere voluit. Vnde regni iſtius anno vndecimo, ſuo vero octauo redijt Nabuchodonoſor: eumque iterum cepit, & extra Hieroſolymam interfecit, inſepultumque abiecit, vti prædictum erat Ieremiæ. *22.* D. Hieronymi in eum prophetæ locum verba ſunt hæc. Joachimum interfectum à latrunculis Chaldæorum, Syriæ, Ammonitarum, & Moabitarum Hebræa narrat hiſtoria. vnde & in Malachim mortuus ſcribitur, & ſepultus tacetur. in lib. dierum legimus, vinctum catenis ductum in Babylonem, nec vltra quid refertur de eo. pulchreque ſepultura aſini dicit Ieremias eum ſepeliendum, vt alijs verbis ſignificet non ſepultum iri, hoc eſt à beſtiis auibuſq; lacerandum. hæc eſt enim aſini ſepultura. ita ille. quidā (inter quos eſt iam modo citatus Hieronymus Ezechielis c. *1.*) duas tantum captiuitates faciunt, & hanc primam parum conuenienter Dan. cap. 1. omittunt. rurſumque eam quæ ipſis prior eſt ſub Jechonia, quæ proprie ab ijs dicitur μετοικεσία tranſmigratio. vti Liuius & Suetonius loquuntur. poſterior ſub Sedecia αἰχμαλωσία, deportatio, captiuitas. quod tamen diſcrimen non ſeruatum Eſdræ *2.*

eum in locum D Hier. monens pro ſterili ab Aquila in ſecunda editione verti ἀναύξητον à Symmacho vacuum, à Theodotione & LXX. abominabilem & abdicatum. ab eo filium immolatum tradit quidem Cyrillus: ſed ἀμαρτύρως.

CAPVT XXV.

1. Factum eſt autem anno nono regni eius, menſe decimo, decima die menſis, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus eius in Ieruſalem, & circumdederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones. 2. Et clauſa eſt ciuitas atq; vallata vſq; ad vndecimum annum regis Sedeciæ, 3. nona die menſis: præualuitque fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. 4. Et interrupta eſt ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ, quæ eſt inter duplicem murum ad hortum regis (porro Chaldæi obſidebant in circuitu ciuitatem) fugit itaque Sedecias per viam, quæ ducit ad campeſtria ſolitudinis. 5. Et perſecutus eſt exercitus Chaldæorum regem, comprehenditq; eum in planitie Iericho: & omnes bellatores, qui erant cum eo, diſperſi ſunt, & reliquerunt eum. 6. Apprehenſum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha: qui locutus eſt cum eo iudicium. 7. Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitq; eum catenis, & adduxit in Babylonem. 8. Menſe quinto, ſeptima die menſis, ipſe eſt annus nonus decimus regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps exercitus, ſeruus regis Babylonis, in Ieruſalem. 9. Et ſuccēdit domū Domini, & domum regis: & do-

mos

CAPVT XXXVI.

11. Viginti & vnius anni erat Sedecias cũ regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalem. 12. Fecitq; malum in oculis Domini Dei ſui, nec erubuit faciem Ieremiæ prophetæ, loquentis ad ſe ex ore Domini. 13. A rege quoq; Nabuchodonoſor receſsit, qui adiurauerat eum per Deum: & indurauit ceruicem ſuam & cor vt non reuerteretur ad Dominum Deum Iſrael. 14. Sed & vniuerſi principes ſacerdotum, & populus, præuaricati ſunt iniquè iuxta vniuerſas abominationes Gentium, & polluerunt domum Domini, quam ſanctificauerat ſibi in Ieruſalem. 15. Mittebat autem Dominus Deus patrum ſuorū ad illos per manum nunciorum ſuorum de nocte conſurgens, & quotidie commonens: eo quod parceret populo & habitaculo ſuo. 16. At illi ſubſannabāt nuncios Dei, & paruipendebant ſermones eius, illudebantq; prophetis, donec aſcēderet furor Domini in populum eius, & eſſet nulla curatio. 17. Adduxit enim ſuper eos regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo ſanctuarij ſui, non eſt miſertus adoleſcentis, & virginis, & ſenis, nec decrepiti quidem, ſed omnes tradidit in manibus eius. 18. Vniuerſaq; vaſa domus Domini tam maiora, quàm minora, & theſauros templi, & regis, & principum

tranſtu-

mos in Ieruſalem, omnemq; domum combuſsit igni. 10. Et muros Ieruſalem in circuitu deſtruxit omnis exercitus Chaldæorũ, qui erat cum principe militum. 11. Reliquam autem populi partem, quę remãſerat in ciuitate, & perfugas, qui transfugerant ad regem Babylonis, & reliquum vulgus tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ. 12. Et de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas. 13. Columnas autem æreas, quæ erãt in templo Domini, & baſes, & mare æreum, quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & tranſtulerunt æs omne in Babylonem. 14 Ollas quoq; æreas, & trullas, & tridentes, & ſcyphos, & mortariola, & omnia vaſa ærea, in quibus miniſtrabant, tulerunt. 15. Necnon & thuribula, & phialas: quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argentea, tulit princeps militiæ, 16. id eſt, columnas duas, mare vnum, & baſes quas fecerat Salomon in templo Domini: non erat pondus æris omnium vaſorum. 17. Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna vna: & capitellum æreum ſuper ſe altitudinis trium cubitorum: & retiaculum, & malogranata ſuper capitellum columnæ, omnia ærea: ſimilem & columna ſecunda habebat ornatum. 18. Tulit quoque princeps militiæ Saraiam ſacerdotem primum, & Sophoniam ſacerdotem ſecundum, & tres ianitores. 19. Et de ciuitate eunuchum vnum, qui erat præfectus ſuper bellatores viros: & quinque viros de his, qui ſteterant coram rege, quos reperit in ciuitate: & Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ: & ſexaginta viros è vulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate. 20. Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regẽ Babylonis in Reblatha. 21. Percuſsitq; eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath: & translatus eſt Iuda de terra ſua. 22. Populo autem qui relictus erat in terra Iuda, quem dimiſerat Nabuchodonoſor rex Babylonis, præfecit Godoliam filium Ahicam filij Saphan. 23. Quod cum

tranſtulit in Babylonem. 19. Incẽderunt hoſtes domũ Dei, deſtruxeruntq; murum Ieruſalem, vniuerſas turres cõbuſſerunt, & quidquid pretioſum fuerat, demoliti ſunt. 20. Siquis euaſerat gladium, ductus in Babylonem ſeruiuit regi & filiis eius, donec imperaret rex Perſarum, 21. & compleretur ſermo Domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra ſabbata ſua: cunctis enim diebus deſolationis egit ſabbatum vſque dum complerentur ſeptuaginta anni. 22. Anno autem primo Cyri regis Perſarum ad explendum ſermonẽ Domini, quem locutus fuerat per os Ieremiæ, ſuſcitauit Dominus ſpiritũ Cyri regis Perſarum: qui iuſsit prædicari in vniuerſo regno ſuo, etiam per ſcripturã, dicẽs: 23. Hæc dicit Cyrus rex Perſarũ: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipſe præcepit mihi, vt ędificarem ei domum in Ieruſalem, quæ eſt in Iudæa: quis ex vobis eſt in omni populo eius? ſit Dominus Deus ſuus cum eo, & aſcendat.

cùm audiſſent omnes duces militum, ipſi & viri qui erant cum eis, videlicet quod conſtituiſſet rex Babylonis Godoliam: venerunt ad Godoliam in Maſpha, Iſmahel filius Nathaniæ, & Iohanan filius Caree, & Saraia filius Thunehumeth Netophatites, & Iezonias filius Maachathi, ipſi & ſocij eorum. 24. Iurauitque Godolias ipſis & ſociis eorum, dicẽs: Nolite timere ſeruire Chaldæis: manete in terra, & ſeruite regi Babylonis, & bene erit vobis. 25. Factum eſt autem in menſe ſeptimo, venit Iſmahel filius Nathaniæ, filij Eliſama de ſemine regio, & decem viri cum eo: percuſſeruntq; Godoliam, qui & mortuus eſt: ſed & Iudæos & Chaldæos, qui erant cũ eo in Maſpha. 26. Cõſurgenſque omnis populus à paruo vſque ad magnum, & principes militum venerunt in AEgyptum timentes Chaldæos. 27. Factum eſt vero in anno trigeſimo ſeptimo tranſmigrationis Ioachin regis Iuda, menſe duodecimo, vigeſima ſeptima die menſis: ſubleuauit Euilmerodach rex Babylonis, anno, quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere. 28. Et locutus eſt ei benignè: & poſuit thronum eius ſuper thronum regum, qui erant cum eo in Babylone. 29. Et mutauit veſtes eius, quas habuerat in carcere, & comedebat panem ſemper in cõſpectu eius cunctis diebus vitæ ſuæ. 30. Annonam quoq; conſtituit ei ſine intermiſsione, quæ & dabatur ei à rege per ſingulos dies omnibus diebus vitæ ſuæ.

COMMENTARIVS.

VIGESIMVS REX IVDÆ.

SEDECIAS.

QVi antea Mathanaias vocabatur. D. Hier. in Jeremiæ 22. ait: Hebræi putant omnes *Ioſiæ* filios vocari *S*ellem, ſiue *S*ellum, quod interpretatur conſummatio, ſiue cõpletio: eo quod regnum *I*uda in ipſis finitum ſit; mihi autem proprie hoc dici videtur de Sedechia, in quo vere regnum Juda finitum eſt: ſub quo & vrbs capta eſt. ita Hier. qui eodem loco cum tres tantum *I*oſiæ filios ſemper dicat, hancq; Hebræorum veterum ſententiam adferat, videtur innuere quaſi tam in Hebræo quam in Græco & Latino poſterius additus ſit quartus *I*oſiæ filius Sellum. *1*. Paral. *3*. niſi & hos ipſos, vt ſupra, explicemus tres tantum extitiſſe, qui ſcilicet regnauerint, vt hic c. *23*. v. *30*. *33* c. 24. v. 17. puto tamen in *I*er. *S*challum eſſe *I*oazat.

Porro Sedecias inſtar feræ cauea clauſus eſt, & in Babylonem translatus: quam tamen non vidit, quia Reblathæ exoculatus; prout monet D. Hier. Ezechielis 17. vbi diligenter huius exemplo inculcat, etiam inter hoſtes ſeruandam fidem. adhæc idem Hier. in *2*. Habacuc ſcribit *I*udæos dicere, huic regi in Reblatha datam potionem &c. vti Chriſto *D*omino in cruce &c.

Regnauit *S*edecias annos 11. anno eius nono venit Nabuchodonoſor & *I*eroſolymam obſedit, & tertio cepit, id eſt *S*edeciæ vndecimo, non quod ipſemet tunc in caſtris præſens eſſet (iam enim diſceſſerat Reblatham) ſed duces reliquerat, quos *I*oſephus nominat.

Poſteaquam verò ab his rex captus eſt, miſit rex ipſe Præfectum ſuorum militum, quem Græci verterunt hic Archimagirum, isq; die 10. menſis quinti, vt

habetur

habetur *Ieremiæ* 52. templum incendit. hîc dicitur die ſeptimo, quia tunc vel venit, vel quodammodo vrbis incendium cœptum eſt. In vitis PP. p. 2. dixit Abbas Poemen: niſi Nabuzardan princeps coquorum veniſſet, templum Dei non arſiſſet. id eſt, niſi deſiderium gaſtrimargiæ &c.

Et hæc eſt tertia, ſeu vltima, & perfecta captiuitas Babylonica. vnde 70. annos, poſt quos ex ea liberati ſunt *Iudæi*, numerandos eſſe dicam Eſdræ 1. Incidit hæc captiuitas in mundi annum 3549. Olympiadis quadrageſimæ ſecundæ, annum quartum, ſeu olympiadicum centeſimum quadrageſimum ſeptimum. Genebrardus à templi fundamentis ad captiuitatem Iechoniæ annos ponit 490. Scaliger ad captiuitatem iſtam vltimam 422. Joſephus 470. menſes 6. dies 10. Sed ex dictis ad eandem vltimam vides à templo fundato annos tantum 419. cum illud captum dixerim anno mundi 3130. Paralipomenon finis exponetur Eſdræ 1. cum verba eadem ſint.

Judæi die nono Ab. q. Julij celebrant ieiunium. quia eo die Hieruſalem, & templum primo à Chaldæis, ſecundo à Romanis incenſa ſunt: vt habet calendarium Genebrardi. eoque die canunt threnos Hieremiæ: vti notat in lamentationes Petrus à Figueiro: quia ſperant ex *Iſaiæ* 66. ſe gauiſuros quod fleuerint ſuper Hieruſalem. prior euerſio comparatur Ieremiæ 16 vaſi nondum cocto, quod diſſipatum poteſt in eandem formam vel meliorem reformari. poſterior teſtæ confractæ *Ieremiæ* 16. quæ refici non poteſt. ideoque ira Dei peruenit ſuper illos vſque in finem 1. Theſs. 2.

Hic tamen notentur Pontifices quos ab eodem templo inchoato hucuſque recenſet *Ioſephus* ſeptendecim.

1. Sadoc.
2. Achimas.
3. Azarias.
4. Joramus.
5. Iſus.
6. Axioramus.
7. Phideas.
8. Sordeas.
9. Julus.
10. Joathan.
11. Vrias.
12. Norias.
13. Odeas.
14. Sellum.
15. Heleias.
16. Saraias.
17. Ioſedec. quem Genebrardus Eſdræ fratrem & Jeſu Pontificis, qui cum Zorobabele Iudæos exules reduxit, patrem fuiſſe autumat, ex Hebræis: qui id colligunt ex 1. Paralip. 6. Eſdræ 7.

AD MAIOREM DEI GLORIAM.